Liber Magistri Nicolai de [illegible] Baccalarii [illegible]

Liber magistri Boricze

Iste liber est domini doctoris Jacobi de bochenycza

499

N. Inv. 499

I

Vocabularium
M. Jacobi de Bodzyce.

Registrum

Registrum

Abiectio. Circa abiectionem nota qualiter in scriptura sumitur qualiter sumitur et que abicienda in nobis ostenditur. ¶ Capitulum primum quod sumitur in racione perfecte humilitatis Jone 3o peruenit verbum ad regem niniue et surrexit de solio suo et abiecit a se vestimenta sua et indutus est sacco de qua hac dicitur in ps. 30 in persona domini Ego sum vermis et non homo ¶ Item sumitur in racionem sive in designacione penitencie Treni 3o abiecerunt in terra capita sua virgines iherusalem accincte sunt ciliciis ¶ Item in re(?) solitudinis voluntarie ps. Elegi abiectus esse in domo dei mei et c. ¶ Item in racionem dominacionis Eccl. 20o quod abiectum est non redimoistis ¶ Item in abiectionem subiectionis Treni 3o non enim humiliavit ex corde suo et abiecit filios hominum Jone 2o in persona penitentis abiectus a conspectu angelorum oculorum tuorum verumptamen videbo rursus templum sanctum tuum ¶ Item in designacionem captivitatis Eccl. 18 in omnibus hiis non penituit populus et non recesserunt a peccatis suis usque dum abiecti fuerunt de terra sua ¶ Item in designacionem eterne dampnacionis Ysa. 27 in mensura contra mensuram cum abiecta fuit iudicabit eam ¶ Item in designacionem confusionis Eccl. 42o super filiam luxuriosam confirma custodiam nequando faciet te venire in obprobrium inimicis in abiectione plebis ¶ Circa fm (?) nota quod quosdam abiecit homo quosdam abiecit deus est dez (?) abiecit deus propter superbiam Regum xvi dixit dominus ad samuelem ne respicias vultum eius neque altitudinem stature eius quoniam abieci eum non sic abicit humiles Ysa. 41o servus meus es tu et non abieci te ¶ Item inobedientes Osee 9 abiciet eos deus meus quia non audierunt eum ¶ Item inutiliter operantes Math. xxv servum inutilem abicite in tenebras exteriores ¶ Item verbi dei negligentes Regum xv pro eo quod abiecisti sermonem domini abiecit te dominus ne sis rex ¶ Item est abiectio hominis et hec est quadruplex prima est infidelitatis sive inobediencie Regum viii audi vocem populi in omnibus que loquuntur tibi non te abiecerunt sed me et hec est qua abicitur deus ¶ Item secunda est qua abiciuntur proximi et hec est crudelitas seu sevicia Proverbiorum bene facit anime vir misericors qui autem crudelis est propinquos abicit ¶ Item tercia est qua abicitur anima propria et hec culpe Ezech. xvi proiecta es super faciem terre in die qua nata es ¶ Item quarta est qua abicitur inimicus Eccl. xii non credas inimico tuo in eternum sicut enim eramentum eruginat nequicia illius et si humiliatus vadat abice eum et custodi te ab illo et c. ¶ Circa tercium nota quod quatuor sunt abicienda cogitacio inmunda / assercio maliciosa / Jac. 1o propter quod omnem immundiciam abicientes / operacio tenebrosa Rom. 13 abiciamus opera tenebrarum ¶ Item ydolatria Gen. 35 abicite deos alienos qui in medio vestri sunt Ysa. 31o in die illa abiciet vir ydola argenti sui et ydola auri sui que fecerunt manus vestre vobis in peccatum ¶ Item sunt nonnulla que non sunt abicienda Gratia sponsi sancti ... Galat. 2o non abicio graciam dei ¶ Item consilium amici Eccl. 6o audi fili et accipe consilium

2

intellectus, et ne abicias consilium meum. ¶ Item vocacionem celebritatis. Ecclesiastici iiii° vocacionem celebritati ne abicias. ¶ Item disciplinam domini, et hic epistola romane. Proverbiorum primo ne in tribulacione homo deficiat. Proverbiorum iii° disciplinam domini fili mi ne abicias cum ab eo corripieris. 2° ut homo sapiens fiat. Proverbiorum viii° audite disciplinam et estote sapientes et nolite abicere eam. Tercio ut in felicitate amissa spem habeat. Sapiencie iii° sapienciam et disciplinam qui abicit infelix est, et vacua spes illorum.

Abire sumitur in bono et in malo. Bis. Jeremie. Hoc verbum precepi eis dicens audite vocem meam et ero vobis deus et vos eritis michi populus, et ambulate in omni via quam mandavi vobis ut bene sit vobis, et non audierunt nec inclinaverunt aurem suam sed abierunt in voluptatibus suis et pravo. Abiit quidam in voluptatibus. Ieremie iii° non timuit prevaricatrix soror Iuda eius et abiit et fornicata est eciam ipsa. Jude epistola inde abeuntes post carnem alteram facte sunt exemplum ignis eterni penam sustinentes. Sic abiit Ruben et dormivit cum Bala concubina patris sui. Gen. xxxv°. Item quidam in voluptate. I Esdre iv. abierunt omnes manducare et bibere etc. Sic esau accepto pane et lentis edulio comedit parvipendens quod primogenita sua vendidisset. Gen. xxv. Item quidam ad tenacitatem avaricie. Proverbiorum vii° non est vir in domo sua, abiit viam longissimam. Sic abiit iudas dicens de domino suo iudeis quid vultis michi dare et ego vobis eum tradam. Mat. xxvi. ¶ Item quidam ad temulentositatem ut sic abiit Saul. primo Reg. xx. iratus iracundia Saul abiit ille in ramatha. ¶ Item quidam in sublimitate superbie, sic abiit Abimelech ut fieret princeps adversus suos. Judicum ix. ¶ Item quidam ad excecacionem

in iudice sic abiit Achitophel et suspendendo interiit. ij° Reg. xvii°. ¶ Item quidam ad torporem accidie sic abiit Amasa ut convocaret Iudam et moratus est ultra placitum quod constituerat ei rex. ij° Reg. xx°. ¶ Item abire sumitur in bonum de regibus. Mat. ii°. Et magi cum intelligerent perdicionem regis herodis inquirentis de puero abierunt. ¶ Et nota quod quidam abierunt ad operandum. Mat. xx. Ite vos in vineam meam
2 et quod iustum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Ps. Exibit homo ad opus suum etc. ¶ Item quidam ad primam. Jer. xlix. Fugite et abite in voraginibus. ¶ Item quidam ad pietatem ut Thobias qui abiit et sepelivit mortuum. Thob. ii°. ¶ Item quidam ad exercicium humilitatis, sic Maria Luc. i° abiit in montana ad serviendum Elizabet. Item quidam ad regionem solitudinis. Deut. i° vos autem revertimini scilicet a culpe et abite in solitudinem scilicet in religionis et hoc per viam maris rubri id est per consideracionem passionis. Item quidam ad orandum sic dicens Mat. xxvi°. ¶ Item ihesus similiter abiit et oravit dicens pater mi etc. ¶ Item quidam ad contemplacionem. Ezech. iii° spiritus levavit me et assumpsit me et abii amarus in indignacione spiritus mei et manus domini mecum erat. Cant. i°. Si ignoras te o pulcherrima inter mulieres egredere et abi post vestigia gregum tuorum etc.

2

Abyssus. Nota quod abyssus ¶ habet proprietatem obscuritatis et sic est abyssus ignorancie. Gen. i°. tenebre erant super faciem abyssi. ¶ Item profunditatis et sic est humane malicie. Eccli. xxiiii° Girum celi circuivi sola et profundum abyssi penetravi. Eccli. xxiii° oculi domini multo plus lucidiores super solem circumspicientes omnes vias hominum et profundum abyssi. ¶ Item fluibilitatis aquose et sic est abyssus culpe. Apo. xvii° electi prima

pes eorum plumbi sunt in mari mundo
abissi operierunt eos plumbi sunt
in profundum quasi lapis est abyssus
penes ps. et de abissis terre iterum re
duxisti me ¶ Et contrario e abissus
sapie ps. Judicia tua domine ab
yssus multa Eccl. 1o profundum ab
yssi etc. ¶ Item Gen. vii interrupit ps.
petram in heremo scilicet obstinacionem
et adaquauit in abisso multa ps.
62o qui eduxit eos per abissos quasi
equum non impingentem ¶ Item
e abyssus prudencie Eccl. Et cogita
cione sua placuit abissum ¶ Item
e abissus glorie deuteronomium xiii ubi loqui
tur de terra optima in cuius mon
tibus erumpunt fluuiorum abissi
id est infinite habundancie distillaciones.

Ablucio ¶ Est ablucio culpe
originalis hoc fit per bap
tismum Act. 22o baptizare
et ablue peccata et Zach. 13o In die
illa erit fons patens domui
david etc. ¶ Item est ablucio culpe
actualis et hic fit per penitenciam 1o Cor.
vi nolite errare fratres neque ydol
seruientes neque fures neque latrones
raptores neque ebriosi regnum dei
possidebunt hic cum aliquando fuis
tis sed abluti estis ¶ Item e ab
lucio fame et hoc fit per canonica
defensionem Actuum 25 non est con
suetudo romanis aliquem dam
nare hominem priusquam is qui ac
cusatur presentes habeat accusatores
locum defendendi accipiat ac
cipiat ad abluenda crimina

Abstinencia ¶ Est abstinencia
que est abicque alicuius et mar
tiris Eccl. xxxvii Qui
abstinens est adiciet vitam et hanc
non potest facere mulier nisi de consen
su viri sui Numeri xxx Si vouit
mulier et in marito se constrinxerit
vel iuramento vel ceterarum rerum
abstinencia affligat animam arbi
trio viri sui erit ¶ Item e abstinencia
et hec est triplex prima cordis secunda
cordis et tercia operis prima dupliciter
scilicet a curiositate sciencie quo ad intel
lectum ii pet. 1o Ministrate in fide
vestra virtutem virtutem in uirtute
conscienciam in sciencia abstinenciam
secunda est a desideriorum carnalium
1o pet. ii Obsecro vos tamquam ad
uenas et peregrinos etc. ¶ Item absti
nencia operis duplex a b inordina
cione ciborum Eccl. xxxvii abstinete
aliter et minues peccata ¶ Item ab in
ordinacione pruriendorum Numeri vi
vir siue mulier cum fecerit
votum ut sanctificentur et se vo
luerit domino vino et omni quod
inebriari potest abstinebit ¶ Item
e abstinencia operis et hoc e a cul
pa Eccl. 11o sapiens cor et intelli
gibilem se abstinebit a peccatis ¶
Item a societate peruersa sapientia 1o fili
si te lactauerint peccatores ne acquiescas illis
abstinere se a amicicia inimici tamquam
ab in mundiciis ¶ Item ab omni specie
mala 1a ad thes. ab omni specie mala
abstinete vos etc.

Abhominacio ¶ Circa abhomina
cionem nota quod multa sunt que
faciunt hominem abhomina
bilem quia infidelitas Osee ix
ipsi autem intrauerunt ad beelphegor
et abalienati sunt in confusione
et facti sunt abhominabiles sicut ea
que dilexerunt ¶ Item cogitacionum
malignitas prouerbiorum xv abhominaciones
domini cogitaciones male ¶ Item
instabilitas leuitici xi omne quod
supra pectus suum graditur et
multos habet pedes abhomina
bile erit nobis in pectore nos
affectus scilicet in multitudine pedum
varietas affectuum ingrediendo
inconstancia ¶ Item voluptas
Ezech. xvi In omni capite uie fe
cisti signum prostitucionis tue
id est luxurie et abhominabile fecisti
decorem tuum ¶ Item cupiditas
leuitici xi omne quod reptat super terram
abhominabile erit nobis ¶ Item
per volucres signantur qui secundum
quatuor affecciones variantur
que sunt presumpcio iactancia ela
cio et arrogancia ¶ Item in pietas spiritus

& abhominabiles sunt qui impie
agunt. ¶ Item iudicii peruersitas. Pro
verbiorum xvii. qui condempnat iustum
et iustificat impium vterque abhomi
nabilis est apud deum. ¶ Item
in contractibus dolositas. Prouerbiorum xx
pondus et pondus mensura et men
sura vtrumque est abhominabile a
pud deum. ¶ Et inique consuetu
dinis tenacitas. Iob xv. abhomina
bilis est homo qui bibit quasi aquam
iniquitatem aqua potus est consue
tudinalis et designat peccandi
consuetudinem. Vide Require alibi

Absconsio duplex est absconsio
scilicet culpe. Iob 31o. Si abscondi
quasi homo peccatum meum et cetera
Prouerbiorum xxviio. Qui abscondit scelera
non dirigetur. et hic multiplicat
quia quidam abscondunt ignem
in sinu. Prouerbiorum vio. Nunquid potest homo
abscondere ignem et cetera. Et post sequitur
qui ingreditur ad mulierem proximi
sui non erit mundus cum tetigerit
eam. ¶ Quidam sunt pecuniam
abscondit in perditione. Ecclesiastici xxix. Perde pecuniam
propter amicum et fratrem et non abscon
das eam sub lapide in perditione.
¶ Item quidam manus a labore
et operatione. Prouerbiorum xix. abscondit
piger manum sub ascella sua nec ad os
suum applicat eas. Et xxvio. abscon
dit piger manum sub ascella sua
et laborat si eas ad os conuertit. ¶
Item quidam sapientiam a sublimi
tatis decore. Ecclesiastici iiii. Non
abscondas sapientiam in decore suo.
¶ Item est absconsio gratie circa quan
tum ad quatuor scilicet que abscondenda et a
quibus abscondenda sunt et in quibus
locis. ¶ Circa primum nota quod abscondenda
sunt dei verba bonum ad illumina
tionem in celestibus. Iob xxiiio. In sinu
meo abscondi verba oris eius.
¶ Nec sapientia ad informationem af
fectus. Ecclesiastici xliio. Melior est homo
qui abscondit stulticiam suam quam
homo qui abscondit sapientiam su
am. ¶ Circa secundum nota quod abscon
dendum est nobis a malo culpe

scilicet mortalis ne decipiamur. Prouerbiorum
xxii. Callidus videt malum et abscon
dit se. ¶ Item a malo culpe venia
lis ne in indignatione domini incurramus.
Ysaie xxvio. Vade populus meus intra
cubicula tua et absconde te modi
cum donec pertranseat indignatio
mea. ¶ Item a facie sedentis in thro
no et ira agni ut in iudicio stare
valeamus. Apocalypsis vio. Abscondite
nos a facie sedentis super tronum
et ab ira agni quia venit dies ma
gnus ire eorum et quis poterit stare. ¶ Cir
ca iii nota quod abscondendum est nobis
in tribulatione cordis. iii Regum xviio.
Vade contra orientem et abscon
dere in torrente carith. torrens
tribulationem designat propter illud. Ps.
de torrente in via bibet. quia
tribulatio dat cognitionem. ideo di
citur carith qui interpretatur cognitio.
Item in puluere humilitatis. Iob
xl. Vide impios in loco suo et
absconde eos in puluere. ¶ Item in
cubiculo orationis iuxta illud
Mathei vi. Tu autem cum oraueris et cetera
sequitur ut abscondatis et ideo
sequitur Mathei vio. et clauso hostio
ora patrem tuum et hec forte signat quod
hic abscondit in templo
Iohannis viiio. ¶ Item in campestribus
religionis. i Regum xxvi. Ecce ego
abscondor in campestribus de
serti. et hic forte signat iii Regum
xviii. ubi dicitur quod abdyas abscondit pro
phetas in speluncis et pauit eos
aqua et pane qui sunt tibi et reli
giosorum. Item in fossa humo pas
sionis. Ysaie ii. Abscondit in fossa
humo. hec tamen est corpus Christi quod
que clauus intra fossa fuit.
Item in agro penitentie. i Regum xx. di
mitte me ut abscondar in agro
sicut dauid fugiens saul. Saul
dicitur dauid iustus. ager penitentia
qui foditur quo ad contritionem
aratur quo ad confessionem semi
natur quo ad satisfactionem.
¶ Item in arca militantis ec
clesie. Mathei xiii. Lauat et absterge

et induc eulcioribus vestimentis
absconde. ideo locus pertinet ad
confessionem. Unccio ad devocionem.
vestium induccio ad virtutum ade-
pcionem. quia qui fecerit abscon-
dere se poterit in archa militan-
tis ecclesie etc.

Accedere. Peccatores debent
accedere ad christum tamquam
ad lumen ut illuminentur.
ps. accedite ad eum et illuminamini
et ypo hoc loquitur Math. xv f. Tunc
ad eum accesserunt duo ceci. Item
tamquam ad doctorem ut doceantur
Math. v a. Cum sedissent accesse-
runt ad eum discipuli eius et aper-
iens os suum docebat eos. Item
tamquam ad medicum ut sanentur
Math. viii b. Cum autem intrasset
capharnaum accessit ad eum cen-
turio rogans et dicens domine puer meus
iacet etc. Item tamquam ad
liberatorem ubi a temptacionibus
liberentur Math. xviii f. accesserunt
ad eum discipuli eius domine salva
nos perimus. et ipsi loquitur de tranquil-
litate facta ad imperium suum. Item
tamquam ad vivificatorem ut a mor-
te suscitentur Math. ix c. Ecce princeps
unus accessit ad eum et dixit
ad eum domine filia mea modo de-
functa est. Item tamquam ad pro-
phetam ut de futuris certificentur
Math. xxiiii a. Sedente autem eo
super montem oliveti accesserunt
secreto discipuli eius dicentes
quando hoc erit et hoc erit signum ad-
ventus tui et consummacionis
seculi. Item tamquam ad pastorem
ut ab eo pascentur Math. xv° ubi
loquitur quia turbe venerunt ad eum et
accesserunt ut pascerentur et factum
est hoc in miraculo panum
et piscium. Et ideo quod ad eum accedendum
est tumorose et iuste. Eccl. ii
d. fili accedens ad servitutem
etc. Item sollicite non segniter
Eccl. vi° Quasi arat et seminat accede
ad sapientiam. Item non maliciose
et fallaciter ut ypocrite sed simpliciter
et veraciter Eccl. i e. De
ypocrita dicitur accessisti malig-
ne ad deum etc. Item non faciamus
ut Johannes et Jacobus qui acces-
serunt Marc. x f. dicentes ma-
gister volumus ut quodcumque pecie-
rimus facias nobis. Item ut
temptatores ut illi de quibus
dicitur Math. xxii accesserunt
ad eum saducei et pharisei temp-
tantes et rogantes ut signum
de celo ostenderet eis contra il-
lud facientes contra illud
scripture non temptabis
dominum deum tuum etc.

Accensus. Est accensus
infidelitatis iii Reg. iii a.
Dilexit salomon dominum
ambulans in preceptis david
patris sui excepto quod in excelsis
ymolabat et accendebat thi-
miama. Item pravi erudicionis
Job xli° De ore eius id est malicia
vel suggestione lampades id est
pernicie doctrine quasi tede ig-
nis accense. Item carnalitatis
Ys. l. Ecce vos omnes accenden-
tes ignem et accincti flammis
ambulate in lumine ignis vestri et in flammis quas succendistis. Item
divini furoris Judith v° Non
est sicut ille qui minatur sed provocet
sed qui iram excitet et furorem
accendat. Item est accensus
cogitacionis Luc. xv De muliere
que perdiderat dragmam et acce-
dit lucernam etc. mulier anima
est dragma per quam lucerna verbum
que accenditur cum cogitacione
illuminatur. Item est accensus
affectionis Luc. xii Veni ignem
mittere in terram et quid volo nisi ut accendatur.
Item accensus iustificacionis
in opere Eccl. xxxv° Deus ... tunc
dominum in veniret iusti iudicium
et iusticias suas velut lumine
ardens. Math. Tempus affuit quod
refulsit sol qui ante in nubilo
et ignis accensus magnus ita
ubi omnes mirarentur. Item apie
zelum ps. lxviii° quo zelus domus tue

accenderetur velut ignis zelus eius
Accingere est accinge ad re-
stringendum sive ad succin-
gendum vestes desinat
et sic accinge est castitatis sive
temperancia qua debet constrin-
gi carnalia desideria et opera. Luc.
xii e sint lumbi vestri precincti et
quod hoc legimus danielem vidisse
ad renes precinctum vidisse ange-
lum et Iohannem ad mamillas. Apo-
ca. i. Insignum quod carnalia deside-
ria et opera debent restringi cingulo
castitatis et secundum hoc legitur
duplex zona. pellicea que signi-
ficat mortificacionem carnis
qua restringuntur opera carnalia
et zona linea que significat pu-
ritatem vel honestatem coloris qua
restringuntur interiora desideria
de primo iiii Reg. i. Helias erat vir
pilosus zona pellicea accinctus
renibus. Helias est penitens qui
non dicitur a nigore pure sed
pilosus additum ut extra pure
motus ostendatur qua requiritur
impenitentibus. Et sequitur accin-
ctus renibus zona pellicea id est
mortificacione carnis. De se-
cundo Levit. xvi. Aaron tunica linea
vestietur que significat qualitate
pure temperancie feminalibus lineis
verenda celabit in quo notatur
castitas corporis accingitur zona
linea in quo castitas mentis
hec accinctio requiritur in comesti-
one agni paschalis. Exo. xii.
Renes vestros accingetis in quo
notatur castitas et habebitis calci-
amenta in pedibus id est recordaci-
onem mortalitatis in affectibus
tenentes baculum in manibus
id est dei adiutorium in operibus et come-
detis festinanter in quo notatur
recipientibus corpus christi. Item
est accinge decem christus quo
accinctus preliabitur ante eum
et hoc debet fieri gladio ubi dei
Ephes. Assumite gladium spiritus hoc
gladio sive opus contra diabolum

Math. iiii et ideo dicit ps. Accinge
gladio tuo etc. Et non quod deus accingit
nos ad prelium ii Reg. xxii. Accinxisti
me ad prelium et incurvasti resistentes
subtus me gladio isto ut patet
Math. ultimo ubi iesus iube gla-
dium gladium inde dicens Acc.
gladium suum unusquisque ideo si hoc
quod dicitur Ys. xlv. Accinxi te et non
cognovisti me. Item accinge mi-
nistrandum et hec est honeste con-
versacionis accinctio. i Reg. ii. Samuel
autem ministrabat ante faciem domini
puer accinctus ephot. Item est
accinge ad regendum et ista est iusticie
iiii Reg. iiii. Accinge lumbos tu-
os scilicet cingulo iusticie et tolle ba-
culum id est graciam in manu tua
id est opere et pone super faciem pueri
id est puelle viventis et aiunt. Item
est accinge ad plangendum et hoc
fit cingulo pure ubi debet esse
cilicium asperitatis et saccus humili-
tatis et cineris recordante reso-
lucionis. De primo Iohel i. Accinge vos
accingite vos ciliciis asperitatis
scilicet et plangite scilicet intus et ululate
scilicet exterius. De secundo Iohel primo
plange quasi virgo accincta sac-
co super virum pubertatis tue quia
opus habemus commissione plan-
gere debere sed hic accincti sac-
co humilitatis Ysa. xv. Viri moab
id est penitentem quorum trinum
est contricio confessio satisfactio
accincti sacco scilicet humilitatis de
tercio Ierem. vi. Accinge cilicio scilicet
asperitatis et conspergere cinere scilicet mor-
talitatis recordande et luctum
unigeniti fac tibi. Item est ac-
cinge ad loquendum. Ier. primo. Ac-
cinge lumbos et surge et loquere
ad eos etc. et hoc cingulo fidei et
veritatis. De primo Ys. xi. Erit fi-
des cinctorium renum eius. De secundo
Ephes. vi. succincti lumbos vestros
in veritate mentis vestre. Item ad pu-
gnandum et hic est virtutis. ps. Ker-
ro (?) infirmi accincti sunt robore
et hoc signatur Iosue primo

ubi dicitur quod sacerdotes i. prelati qui
portabant archam domini i. omnes ecclesie
militantes per medium iordanis i.
mundi stabant super siccam humum
i. in siccitate prosperitatis et publice
humilitatis et hic accincti cin
gulo fortitudinis Prov. xxxi^o accin
xit fortitudine lumbos suos
hoc cingulo accingit dominus prelatos
ij Re. xxij deus qui accingit me
fortitudine et complanavit per
fectam viam meam i. vitam perfectionis fecit
michi planam hoc cingulo sunt
accincti deus Ps. preparans mon
tes i. prelatos in virtute tua cum dicto
qui accinctus es potencia hec
cum accinctio pinguedine devo
cionis tingitur Ps. pinguescent
speciosa deserti ¶ Item cum accinctio
gloriose Abacuk iij^o ut requiescam
in die tribulacionis et ascendam
ad populum accinctum nostrum

Acceptum reddunt quedam sunt que
reddunt hominem acceptum
deo intelligibilia Prov. xiiij
quod acceptus est regi minister intel
ligens ¶ Item sapiencia Sap. ix emit
te sapienciam de celis sanctis tuis et a sede
maiestatis tue ut mecum sit et
mecum laboret et sciamus quid
acceptum sit apud te et pariter post
custodiet me in sua potencia et
erunt accepta opera mea et dispo
nam populum tuum iuste et ero di
gnus sedium patris mei ¶ Item
iusticia Prov. xxi facere iudicium bone
mite facere iusticia accepta ante est
magis deo quam immolari hostias
Eccl. xxxv sacrificium iusti accep
tum est et memoriam eius non
obliviscetur deus ¶ Item oracio
lacrimosa est Tho. xii ego obtuli
oracionem tuam domino et quia acceptus
eras deo necesse erat ut probaret te
Thobie ultimo quod omnis generacio eius
in bona vita et in sancta conversacione
permansit ita ut accepta essent
tam deo quam hominibus

Accipe quedam non sunt accipi
enda quedam sunt que ac
cipi non debent ¶ scilicet munera Job
xv ignis devorabit tabernacula
eorum qui libenter munera acci
piunt unde in laude boni viri dicitur
Ps. qui munera super innocentem non accepit et de
ipso dicitur Prov. xvij f. munera
de sinu impius accipit ut pervertat
semitas iusticie vel iudicij ¶ Item
personam in iudicio Prov. xviij b. acci
pere personam in iudicio non bonum
ut declines a veritate iudicij ¶ De
obprobrium adversus proximum vi et
ille habitabit in excelsis ubi dicitur
in psalmo et obprobrium non accepit
adversus proximum suum ¶ Item tria
sunt accipienda gracia Job xx f.
accipite s. s. scilicet ad hec tria sunt necessaria
explicacio cure temporalis recu
biens quietis mentis leticia
spiritualis et tunc sequitur accepto
tunc ornatis de his omnibus Eccl.
xxij Et omne quod tibi applicatum
receperis nec leteris propter illos
illos et ornamentum ergo acci
pies ¶ Item est accipienda disci
plina Prov. viij b accipite discipli
nam meam et in veritate accipere
docet iustum et festinabit accipere
¶ Et nota quod hec doctrina sive dis
ciplina debet audiri ut sciatur
accipi ut habeatur teneri ut cre
datur corrigi ut inhibeatur parari
ut obediatur consulatur firmari ne
amittatur investigari ut ad
memoriam reducatur et nos
manifeste operatur et tunc in
venimus requiem tribula
cionem oblectacionem contra
dolorem protectionem contra inimicorum
insultacionem de his omnibus
Eccl. vi f. audi fili ecce primum est
accipe consilium intellectus ecce
secundum ne abicias consilium meum
ecce tertium inice pedem tuum in com
pedes illius et in torques illius
collum tuum ecce iiij subice hu
merum tuum et porta illam ecce
[illegible] in omni animo tuo acce
de ad illam et in omni virtute con
serva vias eius ecce septimum.

in uestigia illam et manifesta
bitur tibi ecce septimum. et post
sequitur in nouissimis eius in
uenies requiem et uertetur
tibi in oblectationem. et erunt
tibi compedes illius in fortitu
dinem ecce tria ultima. ¶ Ite
accipienda est gloria que erat in
potestate decore et honore de hijs
Sap. v° accipient iusti regni
ecce potestas et decorem ecce de eo
potestas et diadema de manu ecce
honor et gloria [?] illius. Ps. gloria
et honore coronasti eum. Sed ad hanc
accipienda quatuor sunt necessaria
Innocencia operis mundicia cor
dis expulsio uanitatis exclu
sio dolositatis. Ps. innocens ma
nibus ecce primum et mundo cor
de ecce secundum qui non accepit animam
in uano animam suam ecce tercium
nec iurauit in dolo proximo suo
ecce quartum hic accipiet bene
dictionem a domino scilicet glorie de qua Matth.
xxv. venite benedicti patris me
i. Set quia ista gloria datur pro humi
litate subditur et mira dicto sa. f.

Accubitus triplex est accu
bitus scilicet nature culpe et
gratie. ¶ Nature triplex ad
hospitandum. Luc. vii° Et ecce mu
lier que erat in ciuitate peccatrix
ut cognouit quod accubuisset Ihesus
etc. ¶ Item ad requiescendum. Gen. xlix
requiescens accubuisti ut
leo. Item ad edendum. ¶ Item ad
comedendum. Tob. ii° Epulicus
de accubitu suo etc. ¶ Item est accu
bitus culpe et hic fit tripliciter
in uoluntate, in opere, in consuetu
dine. ¶ De primo Eccl. ix° cum muliere
aliena ne sedeas omnino nec ac
cumbas super cubitum aliena
mulier concupiscencia carnalis
est que nos ab omni te anima in
troducta est cum qua sedendo
non est accumbendum super cu
bitum hic est non consenciendum
¶ in uoluntate sicut eum radi
catur manus in cubito etc.

operatio in uoluntate. ¶ De accubitu
in opere. Judicum xix f. bibe uti desi
derio et uoluntate accumbe et expe
cta in iocunditate ubi sunt holo
fernes i. demonis. ¶ De accubitu in
consuetudine. Ys. xxvii° Ciuitas
munita desolata erit speciosa
relinquetur et dimittetur quasi de
sertum ibi pascetur uitulus quia
ibi accubabit et consumet ciuita
tes eius. Ciuitas munita est
anima a deo munita gratia desolatur in
delicie, relinquetur in consensu
dimittetur quasi desertum in opere
ibi pascitur uitulus lasciui lasti
uia consuetudo et accubabit per
assuefacciones et consumet ciui
tates eius i. intenciones uolu
tatum operum. ¶ Item est accubitus
gratie et hic illius accionis actionis
contemplacionis placacionis. ¶
De primo Ys. xi° habitabit lupus cum
agno et pardus cum edo accubabit
uitulus et bos et ouis simul mo
rabuntur. puer paruulus mina
bit eos. Lupus peccator agnus in
nocens pardus ypocrita edus pe
nitens uitulus lasciuus leo
superbus ouis simplex qui deuen
ient simul accubat ad operacione
ut puer paruulus i. xpus mi
net eos et reget. ¶ De accubitu con
templacionis Gen. xlix Ysachar
asinus fortis accumbens inter
terminos. vidit requiem quod esset bona
etc. Ysachar penitens qui pugnat
pro ciuitate qui debet esse
asinus in sensu prudencie car
nalis sed fortis in uirtute operacionis
sed accumbas inter terminos prime
et glorie et tunc debet uidere requiem
in contemplatione paradisi et requi
em glorie et supponere humerum ad por
tandum et quod sit in labore prime
¶ De accubitu placacionis Gen. xl°
Cum esset in accubitu suo rex
etc. placatus est accubitus regis
accubitus placacionis est et hunc
sequitur accubitus gratie Ezech.
xxxiiii requiescent in herbis

vrrentibus z in pascuis pingui-
bus pascentur sup montes
israhel pasca oves meas z ego
accubare faciam dicit dns. Vnde
b̅ barnard. Vegetacio z decor est
corporum glificatorum pascua
pinguia exuentes glo anima-
montes isrl angeli sunt sup
quos pascentur oves. oves .i. sancti
qui fres sunt dei z accumbat
i consideracione sue beditat(is)

Accusacio triplex e accu-
sacio exorumus penite-
cialis civilis. De pa. Ex po-
sicione d. pectus est frm accusator
frm meor. z de secunda Eccl. x.
li no est accusacio inde Im fuo
decta glosa meo pu. Evidencia
peccati sterilis no indiget cla-
more accusatoris. Prima tplex
est. quia quidam accusant ad
infamandum clericos Eccl. Vnd
qui accusabit adusus clericos
dei hanc accusacionem euasit
samuel Eccl. xliii q peccuniam
z usqz calciamenta no accepit
ab omni carne no accusauit
homo eum. Sa est ad iscordia
seminanda Gen. xxxvii. accusauit
yoseph fres suos crimine pessi-
mo. Item ad dampnum afferendum
sequa dicit decretalis si le-
gitima no fuit accusator
non fatigator accusatus. De
ista accusacione accusauit in-
dei paulum Act. xxiii q audiag-
te cum venit accusacio tua. Sa
pecci oppn ait. xii interrogabat
eum dicentes si licet sabbato cu-
rare ut accusarent eum Math.
xii Luc. vi. De tcio accusacione fu-
it accusatus miphiboseth. ii.
R. xix. ubi ille dicit claudus
eram z insup seruus meus ac-
cusabat me apud dnm meum
Secunda est penalis z h triplex
Prima ptinet ad iustificacionem
z hoc fiunt in confessione Prov.
xviii iustus in pricipio ac-
cusator est sui. Secunda ad hu-
miliacionem z hoc in humili resur-
rectione de hac in mundo. Cum omnia
bene fecimus dicamus inutiles
servi sumus. Tercia est in ordine
ouderre tribunal iudicii ubi debet
esse consciencia accusans memoria
testis. Tercia est accusacio civilis
z h triplex. Prima e ad corripi-
endum z hic tpe est de venialibus
z hanc facit tpe platus in stru-
ctivo z recipienda est in pacia
in cuius rei signum dicitur quod
cum ihus accusaretur a princi-
pibus sacerdotum nichil re-
spondet. Secunda est ad depone-
dum siue degradendum z hoc
facit eps in concilio z por-
tet testium deposicionem. I Thi. v
adusus psbiterum noli accipe
accusacionem nisi sub duobus
testibus. Tercia causa e ad co-
dempnandum z hanc facit
princeps civium in capitulo z
hoc de magnis est criminibus
Joh. viii mulier ubi sunt
qui te accusant. Act. xxv non
est consuetudo romanis pri-
usqz is qui accusatur presentes
habeat accusatores locumque
defendendi habeat ad abluenda
crimina. Sequitur ad

Acquisicio multiplex e
acquisicio. Prima e pru-
dencie Prov. xvi acquire
prudenciam quia preciosiore
est argento. Prov. iii d. melior
est acquisicio eius negociacione
auri z argenti. Ite I Thess. v
e no posuit nos deus in ira
s magnificacione salutis. Item
victorie z honoris Prov. xxii
victoria z honore acquiret qui
dat munera. Item placionis pa
I Thi. iii q enim bene ministrauit
bonum gradum sibi acquiret
Ite gle ii. Thess. ii f vocauit nos
deus per euangelium nrm in ac-
quisicionem gle. Ite dampna-
cionis Sap. i. nolite zelare mor-
tem in errore vite nre neq

aquitatis perditionem moribus
inanium unaz. Rom. xiii° qui resis-
tit sibi ipsi dampnacionem acquirit.

Acquiescere est acquiescere
sapientie obedientie pacien-
tie amicicie iniquitatis
et iusticie deceptionis adulatoris
carnalitatis nature. Prima
Job xxii c. acquiesce ei et habeto pa-
cem per hoc habebis fructus
optimos. Secunda Prov. i° fili mi si te lactaverint
ariolandi et pugnaturi quasi
scelus ydolatrie noli acquiescere.
Tercia Prov. xvii c. qui acquies-
cit argenti glorificabit et xvii
qui acquiescit increpacioni-
bus possessor est sui cordis.
Quarta sap. iii° quod qui confidunt
in domino intelligent veritatem
et fideles in dilectione acquiescent ei.
Quinta Rom. ii° his autem qui sunt
ex contencione qui non acquiesc-
unt veritati credunt autem ini-
quitati ira et indignacio et an-
gustia et tribulacio in omnem
animam operantis malum. Se-
xta Prov. i c. fili mi si te lactave-
rint peccatores non acquiescas eis.
Septima Gal. i° continuo non
acquievi carni et sanguini
neque veni in Ierosolimis ad ante-
cessores meos etc.

Adiutorium triplex status
indiget scilicet adiutorio di-
vino incipiencium et pro-
ficiencium et perfectorum. Nota ergo
quod necessarium est adiutorium dei inci-
pientibus et hoc eos a casu re-
uelando a desperacione liberando
dyabolos terrendo graciam benea-
gendi infundendo. Propter primum
dicitur Eccl. xxxiiii quod deus est
adiutorium casus. Propter secundum
dicitur Judith viii si autem non
venit adiutorium supple dei fa-
ciemus verba hec et reddemus civi-
tatem Holoferni id est dyabolo
verba enim desperacionis erant a quibus
liberat adiutorium dei. Propter quod
proponebatur sermo venit adiutorium

in signum tercium dicitur i Regum vii. Intonuit
dominus fragore magno et post sequitur
quod perterruit exercitum philistinorum
id est demonum propter quod ille vocatus est
lapis adiutorii. In signum quarti
dicitur Eccl. vel in nocturni domini non
dereliquat etc. Item adiutorium
dei est necessarium proficientibus et hoc
maxime scilicet dyabolos expugnando
temptaciones eludendo a tribula-
cionibus eripiendo confortan-
do sive graciam pugnandi dando.
In signum primi dicitur Ps. apprehen-
de arma et scutum etc. In
signum secundi dicitur Ps. intende in ad-
iutorium meum domine deus meus etc.
et an per unum dicitur Ps. ne derelinquas
me domine deus quod pertinet ad con-
flictum temptacionum. Tercio
adiutor in tribulacionibus.
Quarto Rom. viii° spiritus adiuvat
infirmitatem nostram dicitur de Stepha-
no Act. vii. Quinti pugnans vidit
Ihesum stantem dicit glo. id est paratum
in adiutorium eius. Item est necessarium
statui perfectorum et hoc in utroque primo
a potestate dyaboli pene et tempta-
cionibus eripiendo Ps. anima
nostra sicut passer erepta est etc.
et post adiutorium nostrum etc. Item
omnem culpam remittendo
Ps. adiuva nos deus salu-
taris noster etc. et ecce ei deus ad-
iuvat nos etc. in quo notatur
culpe remissio non enim eam
susciperet nisi ei omnes offensas
remitteret. Item ad salutem recti-
ficando et informando Ps. ad-
iutorium nostrum etc. Item graciam per-
severandi in bono conferendo Ps.
qui habitat in adiutorio altissimi.

Adolescencia tripliciter est
consideranda prout est apta
nata simpliciter aut prout
est viciata aut prout est gracia
informata. Secundum primam con-
sideracionem sunt ibi tamen lascivia
et ideo subicienda est. Prima Petri v
adolescentes subiecti estote et in
Eccl. vii° filii tibi sunt erudi illos

suam a iuventute sua. Item lecius
impressio patet quod dicit salomon Prov.
xxii quod grecum quod ignorant est ma
nifestum in adolescencia et ideo materia
est bona opacio sine erudicio et io
dicitur Tren. iii bonum est viro
cum portaverit iugum domini ab adoles
cencia sua. Secundum est impressionis
retinencia in illud quod nova
testa capit in veterata sapit
et ideo materia est boni operis assue
factio Prov. xxii adolescens iuxta
viam suam etc. Item consideran
da adolescencia prout corrupta
et viciata iuxta illud Job xx ossa
eius implebuntur viciis adoles
cencie sue. Et nota quod tria sunt que
compellunt istam iniquitatem
divina correpcio contricio sive re
morsio sermonis divini confirmacio
Primum significatur Luc. vii ubi te
tigit dominus lectulum mortui et
sanatus est et dixit ei adolescens
tibi dico surge adolescens ani
ma scilicet mens que moritur per pec
catum mortale lectus est cor
pus quod tangit deus cum corripit
et flagellat et inquietas adolesce
ncie compellitur. Secundum significatur Luc.
xv de adolescente proficiente in
regione longinquam per peccatum
qui in se reversus per suam conside
racionem dixit surgam et ibo
ad patrem meum quod fit per contricio
nem et dicam ei pater peccavi quod
fit per confessionem fac me sicut
unum etc. in quo notatur satisfac
cio et sic facta est morum composicio
Tercium Prov. in quo corrigit adole
scens viam suam et rudet in custodiendo
sermones tuos. Item conside
randa est prout gratia informa
da vel informata et secundum hoc sunt
multa necessaria. Primum est vere
cundia in loquendo Eccl. xxxii a
dolescens loquere in causa tua vix. Secundum
est leticia mentis in bono Eccl.
xi letare iuvenis in adolescen
cia tua et in bono sit cor tuum.
Item est devocio in predicando Job
xxxiii revertetur ad dies adolescen
cie sue et deprecabitur deum et placa
bilis erit et videbit faciem eius
in iubilo. Quartum est fervor in di
ligendo Cant. i adolescentule di
lexerunt te nimis. Quintum est cogni
cio in proficiendo Job xxix cum lu
cerna eius ambulabam in tene
bris sicut in diebus adolescencie
mee quando secrete erat in tabernacu
lo meo. Ultimum est exitus in
contemplando Ps. Beniamin a
dolescentulus etc.

Adoracio triplex est adoracio
est enim adoracio quo adoratur
deus est adoracio qua adora
tur vir iustus vel angelus
et est adoracio qua adoratur dy
abolus. Prima est adoracio latrie
secunda dulie tercia ydolatrie sive ig
nominie. De prima dominus tuum adorabis
deum tuum. De secunda Gen. xix ubi
dicitur quod cum venissent angeli
adoravit loth pronus in terram.
De tercia Mt. iiii dixit dyabolus
hec omnia dabo tibi si prostratus ca
dens adoraveris me. Prima est
triplex quia aliter adorat angelus
deum aliter iustus aliter dyabolus.
Angelus adorat ministrando
quia omnes administratorii sunt
spiritus. Patet quod dicitur in Ps. adora
te deum omnes angeli eius.
Item iucundando unde et angeli
dei sunt iocundi et hoc significatur
in angelo Gabriele secretum in
carnacionis Marie nunciante.
Item adorant in contempla
do quia semper vident faciem
patris. Item quod cantat sancta
ecclesia in excelso throno etc. Item
adorant laudando Apoc. vii a
dorant deum dicentes amen be
nediccio claritas etc. Item adorat
iusti deum reverendo obedien
do orando gratias agendo et sac
rificando. De primo Gen. xviii Cucur
rit abraham in occursum de
hostio tabernaculi et adoravit
in terra. De secundo Gen. xxii Expectate

hic cum asino quo illud usque pro-
portantes adorauerunt per quam
reuelentur ad nos ¶ Sexta Gen.
xlviij adorauit israel deum conuer-
sus ad lectuli caput ¶ Septima
Exo. iiij° audierunt quod uisitasset
dominus israel et respexit afflictionem eorum
proni adorauerunt scilicet in signum gra-
tiarum actionis ¶ Sequitur ¶ i Re. i ascen-
debat ille de ciuitate sua statu-
tis diebus ubi adoraret in
Silo ¶ Item adorauit diabolum dominum
credendo et conuertendo ministrando
et obediendo de duobus primis de
Iacobi quod demones credunt et
contremiscunt ¶ Sexta habetur
[illegible] ¶ Sequitur de secunda ado-
ratione qua adoratur angelus
uel uir iustus que dicitur ado-
ratio dulie et talis differentia in-
ter duliam et latriam quia latria
est honor exhibitus deo in quantum
est principium causans et conseruans et
finis beatificans. dulia uero est ho-
nor exhibitus creature in quantum
est aliquid diuine bonitatis partici-
patiua. adoratio ergo dulie est
adoratio illa qua adoratur ange-
lus uel uir iustus et hec est quin-
tuplex ¶ Prima est obediencie
Gen. xxvij seruiant tibi populi et
adorent te tribus scilicet obediendo
¶ Secunda est prudencie Gen. xxxiij
Iacob progrediens adorauit
pronus in terram septies donec
appropinquaret frater eius et hec
fuit adoratio prudencie ut per
hanc mitigaret iram esau
¶ Tercia est excellencie Gen. xxxvij
numquid ego et mater tua et fratres tui
et cetera scilicet adoratione excellencie
¶ Quarta est amicicie Exo. xviij
Egressus moyses in occursum
cognati sui adorauit et osculatus est eum ¶ Quinta est reuerencie
Hest. iij° flectebant genua et
adorabant Aman ¶ Tertio quod ado-
ratio dulie etiam bona facit ira-
tos [illegible] reconciliat fugatos
reuocat misericordie et omnia que

sibi sunt necessaria impetrat ¶ De prima
Numeri xxij Balaam uidit ange-
lum stantem euaginato gladio
adorauit eum pronus in terram et pro-
piciatus est ei ¶ De secunda ij Re.
xiiij quod mulier thecuites adora-
uit dauid et impetrauit quidquid
uoluit pro absolone fugato apud
eam iudicem maiestatis ¶ De tercio Exo.
xviij loquitur in Iethro [illegible] ado-
rauit dauid qui fecit eum [illegible]
¶ Sequitur de tercia adoratione que
est ydolatrie de qua dicitur Exo. xx-
xiiij noli adorare deum alienum
et hec est triplex ¶ Prima qua ado-
ratur deus alienus [illegible] creato
[illegible] corporalis in imagine fic-
ta ¶ Secunda est qua adoratur ipsa cul-
pa [illegible] Saraceni et iu-
dei ¶ secundam hereticorum ¶ Tercia falsi-
tatis ¶ de prima dicitur iij Re. xxviij
Factum est cum adoraret sena-
cherib in templo nesrach de-
um suum et adramelech et sarasar
filii eius percusserunt eum gla-
dio ¶ De secunda Iudicum xviij de
reliquo operatus est deum et a-
dorauit et fecit sculptile ante
illud et ciuiliatus est ¶ Tercia ydo-
latria et dicitur illa proiciet homo ydo-
la argenti et simulacra auri sui
ubi adoraret talpas et uespertilio-
nes ¶ Prima inhibetur Exo. xx
dicitur non habebis deos alienos quos
habent iudei et saraceni quia
iudei messiam expectant futu-
rum et saraceni machometum
prophetam fuisse dicunt ¶ Secunda
secunda inhibetur ubi dicitur non
facies sculptile sculptile est
ymago que nullius rei repre-
sentatiua est hanc ydolatriam
exercent heretici Non enim de deo cre-
dunt nisi quod ymagine et fanta-
sia fingunt ¶ Exo. xx tibi fecisti
deum similem antiquum ymaginem
ponens et uere sculptile ¶ Tercio
inhibetur ubi non facies tibi ne
fieri que in celo et cetera hanc etiam
ydolatriam exercet peccator Ramus[?] sa-

em xpianus similitudinē q̄ colit
ut deum sicut em dicit Jeronim⁹ q̄
aliquis plus amat hoc ille de
us eius est ¶ Quatuor sunt genera ho
minum qui adorant deum obe
dientes timentes confitentes
et glorificantes ¶ Obedientes in
faciendo mādata illius ps̄ adorabunt
eum omnes reges omnes gentes ser
uient ei ¶ Timentes in suppli
cando ps̄ adorabo ad templum
sanctum tuum in timore tuo ¶ Con
fitentes in predicando ps̄ adora
bo ad templum sanctum tuum et con
fitebor nomini tuo ¶ Glorifican
tes in laudando vnde Apok xix
in seniores qui adorabant do
minum cantabant sanctus sanctus sanctus
et cetera Secundum adoracione dicit ps̄ ado
rabunt te dn̄e et glorificabunt no
men ¶ Primi adorant deum quia fide
les et iustus ps̄ lxxi reges vide
bunt et consurgent principes et ado
rabunt dominum quia fideles est
¶ Secundi adorant quia mag
nus dns ps̄ magnus dominus
et laudabilis nimis ¶ Tercii ado
rant quia sanctus ps̄ adorate sca
bellum pedum eius quoniam sanc
tum est ¶ Quarti adorant quia deus
pē Omnis terra adoret te deus ¶ Ex
prima oracione respitur deus a
lienus ps̄ israel si me audie
ris non erit inte deus recedes
neque ado. et cetera ¶ Secundam efficitur
homo deuotus Ecc̄i xxxv qui
adorat deum in oblectacione sus
cipietur oratio illius et usque ad
nubes appropinquabit ¶ Tertiam
efficitur homo Regius exem
de ezechia qui conuertit se ad pariete
in pectore et contricionem et fleuit lacri
mas contricionis et adorauit dnm
illum scilicet confitendo et dati sunt
ei quindecim anni ad vitam ege
dam ys̄ xxxviii ¶ Quarta fit ho
letus et iocundus ps̄ adorate
deum omnes angeli eius et cetera ¶ Primi
adorant in conspectu maiestatis
eius que ubique est et ideo se scribunt
ps̄ adorate in conspectu eius bonus
sanctus et cetera ¶ Secundi adorant matris
sue sanctitatis et ideo se deuotos
inueniunt ps̄ adorate eum in
atrio sancto eius ¶ Tercii in monte
sancto contemplacionis et ideo paci
fici sunt ps̄ xcviii adorate dnm
in monte sancto suo quia est Jherusalem
Qui igitur pax quia sequitur ad con
templacionem Jherusalem enim interpretatur
visio pacis ¶ Quarti scilicet glorificantes
adorabunt ad orientem id est introi
tum ciuitatis ubi omne bonum fe
cimus Ba. i. b. quia precinxit sole suum
i. ciuitatis sol (?) super fit pregnans infusam in
ma que hic vocatur vindicta do
mi enim secundum abundaciam tuam et ad
orientem solis a introitum ciuitatis
adorate i. glorificate et admodum
angelorum triplex est adoracio
latrie dulie ydolatrie et i(?) ¶
Septima Danielis xiv Daniel a
dorabat dnm deum suum scilicet ¶ Sep
tem Genesi de Loth qui adorauit an
gelos ¶ Tercia dicit Exo xxxiv
facies deos aureos neque argen
teos et cetera ¶ Prima continet quinque
et inde etiam v. quinque que comprehen
hendentes sunt licet fides sa
piencia reuerencia sacrificium
oracio de primo Deut vi et iii
mo ibi dnm deum tuum adora
bis et illi soli seruies ¶ De secundo
dicitur in ps̄ adorate dnm omnes
angeli eius ¶ De tercio dicit an
gelus in Apok Joh noli me
adorare et cetera ¶ De quarto Eze xlvi
adorabit populus terre ad
ostium porte illius in sabbatis et
kalendis ¶ De quinto in Josephi adora
bunt dnm viri de loco suo quia fit
orando et Zach xiv ascendet
de annis in annum ut adorent dominum
exercituum et Joh iiii o secundum de hoc enim
venit hora et nunc qui veri ado
ratores et cetera ¶ Iste adoracio hec
quinque facit que contraria sunt ad
curacionem quinque humani que
rem sunt que totum humanum
genus corrumpunt ignorancia.

credendo eorum iudicia cogitacionum enormitatis operacionum obstinacionem temptacionis dyabolice debilitatis bonorum accionum ¶ Primum humanum genus excecavit ¶ Secundum leprosum efficit ¶ Tercium occidit ¶ Quartum demoniacum fecit ¶ Quintum ceca quosdam debonis debilitavit ¶ Sed in tempore gracie adveniens Christus vera lux cecos illuminavit graciam coctionem infundendo leprosos curavit mundiciam conferendo mortuos suscitavit vitam prestando demonia fugavit animas sanando ad baptismum contulit spiritum sanctum hominibus confirmando ¶ In signum primi stella apparuit regibus qui volebant adorare dominum Matthei ii° quod significatum in hoc quod angelus filius Thobie quod statim cum intravit domum adoravit dominum deum suum et postea linivit oculos patris sui ex felle piscis id est memoria passionis et aperuit oculos eius scilicet oculus intellectus et affectus Thobie xi ¶ In signum secundi dicitur Matthei viii quod leprosus veniens adoravit dominum et mundatus est ¶ In signum tercii dicitur Matthei ix quod quidam princeps adoravit dominum quod filia sua defuncta erat fidem in adorando ostendens dominus filiam eius mortuam suscitavit ¶ In signum quarti dicitur Matthei xv quod filiam mulieris chananee propter adoracionem matris sue sanavit ¶ In signum quinti dicitur Actuum viii quod eunuchus qui venerat adorare a Philippo meruit baptizari ¶ Secunda adoracio est dulie de qua dicitur Hester iii adorabant et flectebant genua coram Aman et cetera Similiter hec bona facit amorem generat et legitur Genesis xxxiii ubi dicitur quod Iacob est adeptus graciam Esau eo quod adoravit eum cum prius in terra septies ¶ Item corda feroria domat ubi ut patet Iudith que adoravit Holofernem et strinxit se super terram et cor eius fortissimum domavit Iudith x et Hester v iiii° que adoravit regem Assuerum et cor eius fortissimum erga iudeos domavit ¶ Item iratos reconciliat ubi ut patet Numeri xxii de Balaam qui angelum iratum contra eum adorans reconciliavit ¶ Item fugatos revocat ut patet in ii Regum xiiii in muliere sapiente que adorans David impetravit revocacionem Absolonis ¶ Item temporalia multiplicat ubi ut patet in Mifiboseth qui adorans David misericordiam meruit et sua rehabuit ut legitur ii Regum ix ¶ Item est adoracio ypocrite dulie de qua legitur Ezechielis viii Ecce quasi viginti quinque viri habentes dorsum contra templum et faciem contra orientem orabant adorantes solem et hec adoracio que dicitur ¶ ypocrita et cominacionem militatem inutilitatem cassum ponitenciam ¶ In signum primi dicitur Ieremie i° loquar iudicia mea id est ypocrita et cominaciones cum eis que deliquerunt me ydolis libantes exhibendo et libaverunt diis alienis sacrificando et adoraverunt opus manuum suarum [illegible] adorando orando ¶ In signum secundi dicitur Ieremie viii post ydola ambulaverunt que coluerunt et quesierunt que et [illegible] et adoraverunt quod est actum et ideo non colligentur supra adorabile domino [illegible] omnium non sepellientur in monumentis post ipsorum sed in sterquilinio erunt super faciem terre quod est signum vilitatis evidentissimum ¶ In signum tercii dicitur Ieremie xiii abierunt post deos alienos ubi servierunt eis et adorarent eos et ideo erunt sicut lumbare quod nulli usui aptum est ¶ In signum quarti dicitur ille dyabolus Matthei iiii° hec omnia dabo tibi si cadens adoraveris me quod est cadens adorantis et Danielis iii° cadentes

adorare statuam ¶ Sequitur 8t Aug
Apoc. xiiij Si quis adoraverit statu-
am vel bestiam id est diabolum vel ymagi-
nem eius id est antichristum et acce-
perit caracterem in fronte sua quod
fit operando que habet de amore
dei et cruciabitur igne et sul-
phure in conspectu angelorum sanctorum
et ante conspectum agni et fumus tor-
mentorum eius ascendet in secula
seculorum nec habebit requiem
die ac nocte etc.

Adhesencia multiplex est
adhesencia quia bonorum
malorum malorum multiplex
quarum prima fit per avariciam
Ps. Adhesit pavimento anima
mea etc. ¶ Secunda per superbiam
que signatur ij Reg. xviij de in Absolo-
ne cuius caput quercui per crines
adhesit ¶ Tercia per luxuriam Ps. in
pullis alicuius adheserunt et
explicat adhesencia per incontinenciam aliqui
dissipacio bonorum temporalium et malum
est et signatur Luce xv in filio
prodigo qui adhesit uni civium
regionis dissimilitudinis et
expendit omnia bona sua vivendo
luxuriose ¶ Item occisio generum
quod penosus est ut patet Gen. xxxiiij
de Sichem qui adhesit Dine
propter quod et multi occisi sunt
¶ Item separacio a corpore Christi mistico
et edificatio in corpus meretricis
i Cor. vi nescitis quod corpora vestra
membra sunt Christi mem-
bra meretricis ¶ De hac triplici
adhesencia scilicet luxurie avaricie
superbie Job xxxi Si deceptum est
cor meum super mulierem etc. Et sequitur
prima Si secutus est oculus cor
meum et manibus meis adhesit
macula. Et secunda si ambulavit
in dolo pes meus et vanitate
et tercia ¶ Item quarta fit per infi-
delitatem Josue xxiij Si vo-
lueritis omnium gencium que inter
vos sunt erroribus adherere
erunt vobis in foveam atque laque-
um et offendiculum ¶ In fovea

vos excecata in laqueo captivata
in offendiculo lesio error enim
infidelitatis excecat intellectum
captivat affectum ledit effectum ¶
Item quinta fit per aspiracionem et sig-
natur Job xli Squamis be-
hemoth de quibus dicitur una alteri
adherebit et tenentes se nequaquam
separabuntur ¶ Item est adhesencia
bonorum Unde nota quod quidam
adherent deo per fidem quidam per
spem et quidam per caritatem ar-
bor enim adheret terre et hinc sumit
vitam sic et homo qui dicitur
arbor inversa illud Mt iij Omnis
arbor etc. adheret deo per fidem ut
boni filii adhuc ne adhererent
domino ut colant eum colere
enim fidei est et explicat adhesencia
adipiscitur vitam quia dicit
Abacuk ijo Justus ex fide vi-
manum ut ostendat puritatem pecc-
oris quia qui in verbo non offen-
dit hic perfectus est Jacobi i. Pre-
terea actus oris medius est
inter actum cordis et operis me-
dium sapit naturam extremorum ut
ergo ostendat purgacionem oris
nichil addit de corde vel de ma-
nu solum modo de tactu oris dicitur
tetigi labia tua etc.

Altitudo est multiplex alti-
tudo dei et hominis et dyabo-
li ps. Altissimum posuisti
refugium tuum de altitudine hominis
Ier. xviii ne despicias vultum
eius neque altitudinem stature
eius quoniam abieci eum ¶ Et nota
quod altitudo dei triplex est ¶ quia
est altitudo potencie que attri-
buitur patri ps. secundum altitudi-
nem multiplicasti filios ho-
minum multiplicacio eorum homini ex al-
titudine dei ¶ Item est altitudo
sapiencie que attribuitur filio
Ro. xi. O altitudo diviciarum
sciencie et sapiencie dei quam incomp-
rehensibilia iudicia eius et in-
vestigabiles vie eius ¶ Item est altitu-
do bonitatis que attribuitur spiritui sancto
ps. secundum altitudinem celi corrobo-
ravit misericordiam suam timentibus
se i. sicut exaltatum celum a terra
plus quam possit cogitari eum
multa beneficia et innumerabilia
infudisse terre ita altitudo divi-
ne miseracionis licet ipse peccato-
rum multum debent elongari
a nobis eum multa beneficia
timentibus prestat et sicut ista
beneficia prestantur a celo terre su-
periori et naturaliter ita a deo eius
proprium est misereri incessabiliter
prestantur et ipse hoc dicitur corroborare
ut despiciamur eius misericordie
firmitatem ¶ Item est altitudo
hominum et hec multiplex quia
est altitudo culpe Ys. ii oculi
hominis sublimis humiliabuntur
et incurvabitur altitudo virorum
et exaltabitur solus deus ¶ Item
est altitudo temporalis pene ps.
ab altitudine diei timebo etc. ¶
Item est altitudo pene eterne
Sap. x. Inimicos autem eorum
demersit in mare et ab altitu-
dine inferni illos eduxit ¶ Item
est altitudo paupertatis et glorie
ii Cor. viii. altissima paupertas
eorum etc. ¶ Item est altitudo pri-
orum Eccli. i. altitudinem
celi et latitudinem terre et profun-
dum abyssi profunditas suppli-
ciorum latitudo terre temeritas
temporalium gaudiorum altitu-
do celi sublimitas premiorum

Alimentum est alimen-
tum nature ii Re. ix.
Operare ei terram tu
et filii tui et inferres cibum
domini tui ut alatur de
tibi Miphiboseth illud de-
bet ministrari pauperibus ad
exemplum Job. i. Esurien-
tes alebat ¶ Item parentibus
indigentibus Gen. xlvii.
Joseph alebat omnem domum
patris sui prebens cibaria sin-
gulis ¶ Item sibi ipsi ad ne-
cessitatem non ad voluntatem
i Thy. vi. habentes alimenta et qui-
bus tegamur etc. ¶ Item est
alimentum gracie ps. Ecce o-
culi domini super timentes eum
et post ut eruat a morte cul-
pe animas eorum et alat se gra-

cos in fame scilicet prave. ¶ Ite de vo-
cantibus. Apoc. xii. date sunt mu-
lieri .i. anime penitenti due a-
le scilicet mortificatio carnis et con-
tritio cordis ut volaret per deser-
tum solitudinis solidos cum
requirunt ad contemplacionem
[illegible] illud. Tren. iii. sedebit so-
litarius et levabit se super se in
bi aliorum cibo devotionis. ¶ Iste
est alimentum leticie et exul-
tationis. Joel i. nunquid non coram
oculis vestris alimenta perierunt
de domo dei nostri leticia et ex-
ultatio et cetera.

Amor est amor divinus
et humanus. Amor divinus
duplex. Generalis quo amat
omnem creaturam. Sap. xi. Tu di-
ligis omnia que sunt et nichil
odisti eorum que fecisti. ¶ Specialis quo
amat [illegible] ibidem par-
cis omnibus quia tua sunt do-
mine quia amas animas et hic
recipit comparatione. ¶ Quia est
amor specialis specialior spe-
cialissimus. ¶ Specialis quo amat
animas existentes in statu cul-
pe et hoc [illegible] nature et non culpe.
Ro. v b. Commendat deus cari-
tatem suam in nobis quoniam cum
adhuc peccatores essemus secundum
tempus Christus pro nobis mortu-
us est. ¶ Iste amor quasi na-
turalis est sibi [illegible]
et quasi cogit eum naturaliter
peccatores atrahere ad [illegible]
Jer. xxxi. in caritate perpetua di-
lexi te ideo atraxi te miser-
ans tui. ¶ Item est amor spe-
cialior quo amat ipse et recipit
penitentes. Jer. iii. ubi loquitur
anime peccatrici. Tu fornicata
es cum amatoribus tuis
multis tamen revertere ad me
dicit dominus quod fit per primam et ego
suscipiam te scilicet in filium et a-
micum. Hoc significatum est
Luc. xv f. in filio prodigo
qui postquam voluit reverti

ad patrem pater suscepit eum ad os-
cula in signum recompati [illegible] ad patrem
pater suscepit eum ad oscula in sig-
num recuperati amoris. ¶ Iste est
amor specialissimus quo amat
perfecte diligentes se. Prov. viii. E-
go diligentes me diligo. Hec
omnia signata sunt Joh. xi. d
ubi dicit quod Jhesus diligebat
Martham Mariam et Lazarum.
In Lazaro peccatores, in Martha
penitentes, in Maria perfecte di-
ligentes. ¶ Et nota quod amor
iste honorat, felicitat illa que
[illegible] dulcorat, stringit suaviter
[illegible] [illegible] Aug. [illegible]
sancti amoris quam feliciter
honoras quam dulciter [illegible]
quam stringis quam [illegible] suavis
[illegible] amoris multa sunt sig-
norum primum est in [illegible]
in [illegible] Joh. xi. Ecce quem amas
infirmatur. Item secretorum
revelatio. Joh. xv. Iam non dicam
vos servos sed amicos quia omnia
quecumque audivi a patre meo et hoc
manifestum est in hoc ma-
gis diligo et magis secreta
sua revelavit. ¶ Item sin-
gularis apparitio et hoc manifes-
tum est in Magdalena cui ap-
paruit eo quod plus diligebat.
Item est amor humanus
et hic duplex est. ¶ Primus est
a quo amamus deum. ¶ Secundus
quo amamus nostras creaturas
de primo [illegible] aperto [illegible]
[illegible] dicens. Joh. xxi. Simon
Johannis amas me et hoc querit
tibi ut ostendat quod eum debemus
amare ex toto corde et ex tota
anima et ex tota mente. ¶ Et non
quod multis de causis debemus
eum amare. ¶ Primo ut ergo
digni simus. [illegible] xv f. qui amat
patrem [illegible] ¶ [illegible]
pre [illegible] pater [illegible] et filius
correlativi [illegible] sunt ut
qui amat unum amat et reli-
quum. Joh. xvi f. Ipse pater vos amat

amat quia vos me amastis ¶
Et ut non exprimentur vel ab eo
separemur qui non diligunt Ihesum
Christum anathema sit Primo Cor. ul-
timo ¶ Item ut secure habitemus cum eo
in cordis habitaculo Hoc patet
Deut. xxxiii Beniamin aman-
tissimus domini habitabit confidenter
in eo quasi in thalamo morabitur
die ¶ Iste est amor quo amat
homo creaturam et iste duplex
bonus et malus multiplex quia
est amor quo quis diligit secu-
laria et iste est periculosus Unde Thym.
iii In novissimis temporibus erunt
tempora periculosa homines seipsos a-
mantes Zoph. ii a Convenite et
congregamini gentes gens non ama-
bilis Hoc amore deceptus fuit
Ysaac Gen. xxvii Ysaac amabat
Esau eo quod de venatione sua vesce-
retur Iste amor periculosus ut
dictum est et vere quia periculosa
quia virtutem enervat mentem
pungit et mortem accelerat ¶ De
primo Prov. xxi scilicet qui amat vi-
num et pinguia non ditabitur ¶ De
secundo Ozee ii dixit vadam post
amatores meos qui dant michi
panes et aquas meas et lanam meam
et post pauca Ecce sepiam viam
tuam de spinis De tercio Eccl. ix
Qui amat peribit in illis ¶ Iste
amor pecunie est nequius Eccl.
x Nichil iniquius quam amare
pecuniam ¶ Et iste amor facit de-
linquere viam rectitudinis in
iudicando ¶ Item errare in di-
ligendo sequi malos imperando
in peccatis Derelinquentes viam
rectam Ecce primum erraverunt Ecce
secundum viam secuti Balaam ex Bo-
sor Ecce tercium qui mercedem
iniquitatis amaverunt ¶ Item est
amor superbie Luc. xx Attendite
a scribis qui volunt ambulare
in stolis et amant salutationes
in foro et primas cathedras in
synagogis et primos discubitus
in cenis qui devorant domos
viduarum longam orationem si-
mulantes hii percipient damp-
nationem maiorem Secundo sunt
hypocrite elati qui volunt per fa-
miliam religionis Propter hoc sub-
ditur qui volunt ambulare
in stolis Stola longa vestis est et
signat religionem ¶ Tercio in salu-
tatione communi propter quod subditur
et amant salutationes in foro
¶ Item in conciliis iudiciis ¶ Item in
honorificencia convivii et corone
longarum ad dampnationem
ipsorum Et ideo subditur et primas
cathedras in synagogis etc. ¶
Item est amor lascivie et hic est
meretricis Gen. xxxiiii de Sichem
qui amabat Dinam Iste amor
miserabilis hominem decipit
quod signatum est Iudic. xvi ubi
dicitur de Dalida que decepit
Sampsonem ubi tria notantur
Primum abscisio oculorum crinium et
pedum et manuum ligatio Crinium
abscisio significat moralium bonorum
cogitationum amissionem per
quos amittitur fortitudo spiri-
tualis Eruicio oculorum signat
amissionem considerandorum
¶ Ligatio manuum et pedum significat
impossibilitatem amandorum
et operandorum que omnia per decep-
tionem carnalis lascivie fuit
¶ Item iste amor insaniam generat
Ose ix a fornicata est super-
be et insaniunt amatores su-
os ¶ Iste homines in bestias mu-
tat eque amatores in feminas
et emissarii facti sunt ¶ Item
est amor bonus et hic multiplex
quia est ¶ Amor iusticie Job
xxiii Nunquid qui non amat iudi-
cium sanari potest ¶ Item est amor
sapientie Prov. xxix Vir qui amat
sapientiam letificat patrem ¶ Iste
est amor veritatis Prov. xxvi Glo-
sa fallax non amat veritatem
¶ Item est amor correctionis Prov.
xv Pestilens non amat
eum qui se corripit ¶ Iste est amor

congregacionibus / *i petri iii* / Esto pacientes fraternitatis amatores. Item est amor bonus et hec fit aliquando racione virtuositatis et secundum hoc dicitur ii regum i / *in tren.* / Saul et ionatas amabiles et decori. Item racione consolacionis et sic dicit / *Eccli. vii* / quod oculis omnium graciosa videbatur. Item aliquando racione humilitatis et sic dicitur / *Gen. xxix* / vidit dominus humilitatem meam nunc amabit me vir meus. Item racione bonitatis / *Gen. xxxvii* / Israel autem amabat Joseph. Item racione bone societatis / *prov. xviii a* / vir amabilis ad societatem magis erit amicus quam frater / *et in Eccli.* / sicut mater amat unicum filium etc.

Amicicia triplex est amicicia celestis spiritualis et temporalis / De prima / *Eccli. vi* / qui timet deum eque habebit amiciciam bonam quoniam secundum illum erit amicus eius. Item amicus dei qui sunt deum timentes ut dicitur hic. Item mundiciam cordis diligentes / *prov. xxii* / qui diligit cordis mundiciam propter graciam labiorum habebit amicum regem iste rex deus est labia ista sunt intellectus et affectus quorum nichil aliud est quam mundicia. Item humiles / *Luce xiiii* / ubi dicit humili in loco sedenti novissimo amice ascende superius amicum vocat eo quod humilem eum esse sciebat. Item credentes / *Jacobi ii* / Abraham credidit deo et postea sequitur quod factus est amicus dei. Item est amicicia spiritualis et hec est duplex / prima est qua diligitur frater spiritualis scilicet confessor et in hoc sacerdos proprie dicitur amicus. Item qua diligit fratrem spiritualis vel spiritualiter / De primo / *Eccli. ix* / vinum novum amicus novus i. sacerdos qui pungit arguendo. postea quasi vinum novum est sed in fine dulcescit reconciliando et ideo sequitur in eadem auctoritate veterascit et cum suavitate bibes illud et optime dicit quia postquam confessor est arguens ita suavis est quod vix aut misse relinquunt. Iste tria facit / primo investigat secreta conscientie secundo consilium dat afflicto peccatis tercio confortat / De primo / *prov. xviii* / Iustus prior est accusator sui venit amicus i. confessor et investigabit eum hoc enim proprium est confessorum. Item consilium prudens dat et ideo dicitur consiliarius / *Eccli. vi* / multi pacifici sint tibi et consiliarius sit tibi unus de mille consiliarius dicit quia confessor consilii est unde dicit unum addendum signandum quod vix possumus unum bonum confessorem invenire. Item animus confortatur / *prov. xxvii* / unguento et variis coloribus delectabitur cor et bonis consiliis amici scilicet confessoris anima dulcoratur i. sicut unguenta et varii odores cor delectant sic et varia confessorum consilia animas dulcorant. Item est amicicia temporalis qua diligitur proximus et huius quadruplex est signum identitas voluptatum conformacio affectuum assiduitas cogitacionum qntas gm sine exceptione aliqua / De primo / *Aug. Tullius* / Idem velle idem nolle vera amicicia est. / De secundo / Amicicia scio quod amor tuus vita tua est sed ea nisi dileccionis est ut in eius similitudinem quam diligis conformeris. / De tercio / *Aug.* / dileccio est confidencia animi suspiciosa vite amata et cogitaciones vite amandam assiduitas. / De quarto / *Tullius* / huius amicicie finibus utendum est arbitror ut cum correpti fuerint mores amicorum sit inter eos rerum omnium voluntatum omnium consiliorum

pure exceptione quantitas. Sic et ami-
cicia temporalis iuxta illud poete si
vis amari ama. Et secundum hoc
distinguitur amicus bonus et a-
micus malus. De bono Eccli. vi.
Amicus fidelis medicamen-
tum est vite et immortalitatis.
De secundo ibidem. Est amicus qui
convertitur ad inimiciciam. Est ergo
amicus bonus et verus et ad
hunc habendum debemus mul-
tum anhelare unde quod
dicitur: facite vobis
amicos de mammona iniqui-
tatis. Eum quia dicit Eccli. x-
xv decem qui in mente amicum
verum ille debet multum pro-
bari antequam iungatur ei quod
patet quod dicitur Eccli. vi. Si possides
amicum in temptacione posside
illum. Item in eius probacionis multa
sunt signa quia multa sunt
que ostendunt verum amicum.
Quorum primum est stabilitas sive
firmitas dilectionis Eccli. vi. A-
micus si permanserit tibi fir-
mus id est stabilis maiorem et
constans equalis erit tibi. Se-
cundum est fidelitas Eccli. xxii.
Fidem posside cum amico in
paupertate illius. Eccli. vi. Ami-
co fideli etc. Tercium est lenitas
indulgencie Eccli. xxii. Ad a-
micum si produxeris gladium
non desperes. Est enim regressus
ad amicum. Quartum est sup-
portacio Eccli. xxii. Amicum sa-
lutare non confundar et a fa-
cie illius non abscondar et
et si mala michi evenerint
per illum sustinebo. Quintum
est concordia Eccli. xl. Ami-
cus et sodalis in tempore
convenientes. Sextum est con-
solacio Luce xii. Dico autem vo-
bis amicis meis ne terreamini.
Septimum est secretorum revelacio
Iohannis xv. Vos autem dixi amicos
quia quecumque audivi a patre me-
o etc. Octavum est de bono a-
mici letificacio Iohannis iii. Amicus
sponsi stat et audit eum et gaudio
gaudet propter vocem sponsi. Item
Nonum est negligencia dampni
proprii. Proverbiorum xii. Qui negligit dampnum
propter amicum hic iustus est. Deci-
mum est dilectionis perpetue conti-
nuacio Proverbiorum xvii. Omni tempore diligit
qui amicus est. Undecimum
est unanimitas cordis Eccli.
vi. Si a facie tua absconderit se
unanimem habebit conscienciam
bonam. Duodecimum est dul-
cedo locucionis Eccli. vi. [struck: illegible]
[struck: illegible] verbum dulce mul-
tiplicat amicos. Tercium decimum est
fiducialitas accionis Eccli. vi.
Et in domesticis tuis fideliter
agit et loquitur de amico bono.
Quartum decimum est amicabilitas
societatis Proverbiorum xviii. Vir amica-
bilis societatem etc. Quintum decimum
est audacia defensionis Eccli.
vi. Amicus fidelis proteccio
fortis. Item hanc amiciciam
multa tollunt quorum primum
est mendacium pro bono Eccli. vii.
Noli amare mendacium ad-
versus fratrem tuum neque in amicum
similiter facias. Secundum est con-
viciacio Eccli. xxii. Qui conviciatur
amico solvit amiciciam. Tercium
est secretorum revelacio Eccli. xxvii.
Qui denudat archana a-
mici fidem perdit nec inveniet
re post amicum. Quartum est
detractio Eccli. xxvi. Qui respicit
terram longum non habebit regere.
Quintum est turpis confessio
quia Eccli. xxviii. dicitur vir pec-
cator conturbabit amicos.
Item est amicos malos eius
multa sunt signa quorum primum
est subsannacio Eccli. xxxiii.
Equus emissarius hinnit sic
amicus subsannator. Secundum
est supplantacio Ieremie ix. Omnis
frater supplantans supplanta-
bit et omnis amicus frau-
dulenter incedit. Tercium est et

fraudulenta contumelie illacio
Abacuk ii f Ve qui potum dat a-
mico suo mittens fel et inebri-
ans ut aspiciat nuditatem eius
Quartum est insidiosa prodicio Ie-
remie ix In ore suo pacem cum a-
mico suo loquitur et occulte po-
nit ei insidias Quintum est de-
risio Iob xii Qui deridetur ab
amico suo sicut ego Sextum est
verbositas Iob xvi Verbosi amici
mei Septimum est doni prolonga-
cio Prov. iii g Ne dicas amico
tuo vade et cras dabo tibi cum
statim dare possis dare Octavum
est recessus facilitas Prover-
biorum xviii Occasiones querit qui re-
cedit ab amico Nonum est adula-
cio Prov. xxix Vir iniquus lactat
amicum suum et ducit eum viam
non bonam Decimum est occulta
mali perpetracio Prov. xxvi f Sic-
ut noxius est qui mittit lanceas
et sagittas in mortem sic vir
qui nocet amico Undecimum
est aperta impugnacio Ps. Amici
mei et proximi mei etc. Duode-
cimum est cupiditas Prov. xiiii c
[illegible] vel amici proximo suo
erit pauper odiosus Prov. xix Divi-
cie addunt amicos plurimos
et a paupere autem et hii quos habet
separantur Multi colunt perso-
nam potentis et amici sunt
dona tribuentis Tredecimum
est mutabilitas Eccl. vi Est a-
micus socius secundum tempus
et non permanebit in tempore tribula-
cionis Quartumdecimum est gulosa
carnalitas Eccl. vi Est amicus
socius mense etc. Quindecimum
est [illegible] animositas Eccl.
vi Est amicus qui convertitur
ad inimicicias et est qui odium
et rixam et convicia denudabit
Hec amicicia stulticia [illegible]
propter Prov. xiii Amicus stultorum
efficietur similis Item ad
scandalizacionem Prov. xxii Noli
esse amicus iracundo neque

ambulabis cum viro furioso ne forte
discas semitas eius et scandalum
anime tue Item exprobracio
Prov. xviii occasiones qui rece-
dit ab amico omni tempore erit ex-
probrabilis Item dei inimi-
ciam Iac. iiii Amicicia huius
mundi inimica est deo etc.

Amaritudo anime triplex
est amaritudo pene est
amaritudo mortis et ama-
ritudo culpe iudicii et gehenne
De primo dicitur Eccl. vii Non
irrideas hominem in amaritu-
dine anime Hec triplex est
scilicet contricionis confessionis et
satisfaccionis De primo dicitur
Iob ix Non concedit quiescere spiri-
tum meum et implet me amaritu-
dinibus Duo tangit que sunt
in contricione commocio spi-
ritus in consideracione peccatorum
et amaritudo sequens in con-
temptu eorum Ad hanc amari-
tudinem scilicet contricionis invitat
deus hominem cessanti amicijs
et recedenti a criminis Iere. xv f Solus
sedebam quia amaritudinibus
replesti me in sessione non cum
amicis in solitudine a criminis
in hac amaritudine debemus
cogitare peccata affecciones digne
contricionis informare De primo
Ys. xxxviii Recogitabo tibi omnes
annos meos in amaritudine
anime mee Unde notamur
quatuor necessaria ad peccatorum
renunciacionem Primum est quod
sit frequens unde dicit Reco-
gitabo Secundum quod sit deum hono-
rificans unde dicit tibi
Tercium sit omnium in tantum compre-
hendens unde dicit omnes annos
meos Quartum quod sit dolorem
anime sentiens unde dicit in
amaritudine anime mee
De secundo Iere. xxxi Statue tibi specu-
lam pone tibi amaritudines
dirige cor tuum in viam rectam
Statuendo specule sunt cogitaciones

passio amaritudinis contricionem que
sequitur dulcedo cordis que sequitur afflic-
tionem. ¶ Exemplum Regum primo I. Cum esset
anna amaro animo oravit dominum
flens largiter et votum vovit dicens.
¶ Nota necessaria ablucione cordis ama-
ritudinem vocis prompcionem lacrima-
rum effusionem boni faciendi
firmam stabilitatem. ¶ Primum cum dicitur
cum esset anna amaro animo
secundum est oravit ad dominum. ¶ Tercium
ubi dicitur flens largiter.
quartum ubi votum vovit domino. ¶
Item amaritudo confessionis ubi
tria sunt necessaria apta peccatorum ma-
nifestacio amaritudinis quiete
cum separans desperacio de primis duobus
Job x vij. Non parcam ori meo
etc. primum loquar in tribulacio-
ne spiritus etc. secundum quando de-
tur exponit auctor cum subdit
confabulabor in amaritudini-
bus anime mee. Tercio Job x. Lo-
quar in amaritudine anime mee dicam
deo etc. ¶ Item est amaritudo satis-
faccionis. Amos viij. Et ducam
super dorsum vestrum saccum et super
omne caput vestrum calvicium et po-
nam eam quasi luctum unigeniti
et novissima eius quasi diem amarum.
per novissima designatur satisfaccionis
opera que ponit dominus quasi diem
amaram cum respicit tribulacionem
illuminacione. ¶ Et nota quod quecumque
dicit saccum in quo notatur aspe-
ritas calvicium in quo notatur
humilitas luctum unigeniti
in quo notatur lacrimabilitas
que omnia debent vel precedere
vel comitari opera satisfaccionis.
¶ Item amaritudo vite. Ecclesiastici x-
xx melius est mori quam ama-
ra vita et requies eterna quam
languor perseverans. Vita a-
mara est vita ista que ama-
ritudinibus est dispersa. Unde
et dicit quidam hoc considerans
ve misero nascenti ve nato
ve morienti. ¶ Hec amaritu-
do compatientium aliquando vel racione

amarorum ciborum vel racione amarorum
potuum vel racione amarorum comi-
torum vel racione amarorum sociorum.
¶ Primum signatum est iiij Regum iv
in colloquintidibus agri quas cum
gustassent filii prophetarum exclama-
verunt dicentes mors in olla vir
dei. ¶ Secundum signatur Exodi xv. In Ma-
ra quia non poterant bibere pre ama-
ritudine. Tercio Mathei x. ut ante
finivit hunc sermonem accessit
cum dominus dolor istorum et ama-
ra inter nos tormenta. ¶ Quarto
Ecclesiastici xxix. Vitam nequam hos-
pitandi de domo in domum et ubi
hospitabitur non fiducialiter aget
ut capiet hospitaberis et pascet et
potabis ingratos et ad hec
amara amara audiet. Propheta hic
ubi dicitur miseram vitam
ducentes. Jeremie vi. Luctum unige-
niti fac tibi planctum amarum
quia repente veniet vastator
super nos. ¶ Item est amaritudo
culpe. Ecclesiastici vij. Inveni morte
amariorem mulierem. Mulier
hec concupiscencia est carnalis
que morte amarior est quia non so-
lum corpus sed animam occidit.
Proverbiorum v. Favus distillans la-
bia meretricis et nitidius oleo guttur
eius. Novissima illius a-
mara quasi absinthium. Meretrix ista concupiscencia
est cuius labia id est suggestiones
comparantur favo distillanti
et oleo nitendi propter apparen-
ciam exterioris dulcedinis. Post
dolor quia novissima eius
sunt amara quasi absinthium
id est opera. In cantico Deuteronomii xxxij
uva eorum uva fellis et botrus
amarissimus. Botrum vocat opera
peccatorum que sunt amara
in experimento amariora in
offensam peccatorum recogitan-
do amarissima in penam pro
peccatis sustinendo. ¶ Item est ama-
ritudo mortis. I Regum xv. Siccine
me separat amara mors. Hec
mors amara est infidelibus

qua de alia vita diffidunt divi-
tibus qua divicias accipiunt
ociosis qua desinunt viribus non
confidunt fortunatis qua for-
tuna sua cito deficit concupiscen-
tibus qua infirmari oportet de-
liciis omnibus. Eccli. xli a. O mors
quam amara est memoria tua
homini iniusto i. infideli. Dicit
glosa et pacem habenti in substanciis
suis i. diviciis et possessionibus
suis que sunt substancia sua
viro quieto i. ocioso et cuius vie
directe sunt in omnibus fortu-
nati et adhuc valenti accipere
cibum i. famis. Item est amari-
tudo iudicii. Sophonie i. Vox diei domini
amara tribulabitur ibi fortis.
Item est amaritudo pene eter-
ne. Deutero. xxxii. Devorabunt enim
aves i. demones morsu ama-
rissimo etc.

Ambulare. Romanorum viii. Unde
legitur quod deus filium
mittens in similitudi-
nem peccati de peccato dampnavit peccatum
in nobis qui non secundum carnem
sed secundum spiritum ambulamus. Ex
quibus datur intelligi quod est
duplex ambulacio secundum carnem
et secundum spiritum. De ambulacione
secundum spiritum Gal. v. Spiritu ambula-
te quod fit tripliciter digne caute
et honeste. Digne quo ad deum
Col. i. Non cessamus pro vobis o-
rantes et postulantes ut im-
pleamini agnicione voluntatis
eius in omni intellectu ut ambu-
letis digne deo per omnia pla-
centes. Item caute quo ad seipsum
Ephes. v. Videte fratres quomodo caute
ambuletis. Honeste quantum ad
proximum. i Thess. iiii. Honeste
ambuletis ad eos qui foris sunt.
Et nota quod digne ambulandum
est deo tripliciter i. secundum tria
que sunt rectitudo cordis sanc-
titas oris complecio operis. His
tribus modis legitur David
ambulasse. iii Regum iii. Dicit Salo-
mon tu fecisti cum David patre
meo misericordiam magnam sicut
hic tripliciter in conspectu tuo am-
bulavit in veritate et iusticia et recto
corde. Item ambulandum est
caute quo ad seipsum et hoc tripli-
citer i. secundum tria que adhec sunt
necessaria prudencia. Prov. ix. Relin-
quite infanciam et vivite et
ambulate per viam prudencie.
Item sollicitudo. Exo. xv. Filii Israel
ambulaverunt tribus diebus
per solitudinem tres dies sunt status
adolescencie iuventutis et senec-
tutis in quibus ambulandum
est filiis Israel i. penitentibus
per solitudinem que designat a
curis secularibus et societa-
tibus sequestracionem. Tercium
carnis mortificacio quod signatur
ibidem ubi dicitur quod filii Israel
per siccum in medio maris.
Medium maris signat flexi-
bilitatem mundane carnali-
tatis siccum est mortificacio
carnis. Item ambulandum
est honeste quo ad proximum
quod fit tribus modis nocentem
contristando. Ro. xiiii. Si propter
cibum tuum frater contristatur iam
non secundum caritatem ambu-
las. Item desolatos consolando.
Eccli. vii. Non desis plorantibus
in consolacione sed cum lugen-
tibus ambula. Item male mo-
rigeratos informando. i Thess.
iiii. In sapiencia ambulate. Se-
quitur de ambulacione secundum
carnem que fit tripliciter
voluptuose. Philip. iii. Multi
ambulant de quibus sepe dicebam
vobis et adhuc flens dico in-
imicos crucis Christi. Item ociose.
ii Thess. ultimo. Audivimus
enim quosdam ambulare inter
vos inquiete nichil operantes
sed curiose agentes. Item
contenciose. i Cor. iii. Cum enim inter
vos sit zelus et contencio nonne
carnales estis et secundum carnem

ambulacionis ¶ Item circa ambula
cionem nota circa tria a quo ambulan
dum est et cum quo et per quem
¶ Primum a quo recedendum est
peccatum est a quo recedendum experi
tia que sunt ibi impedimenta fati
gacio angustia et difficultas et diffi
cultas de primo Judith v. Nos di
miserunt a deum parentes suos
ut viam deorum suorum per quam
ambulabant quam sequerentur de aliis
duobus Sap. v. Lassati sumus
in via iniquitatis et perdicionis
et ambulauimus vias diffici
les iniquitate et perdicione vocat
peccatum sed iniquitate quo ad re
atum culpe sed a perdicione quo
ad obligacionem pene ¶ Sequitur
per quas vias ambulandum est
¶ Secundo quod per vias prime est equitatis
et iusticie ¶ Via prime ad actiones
pertinet et de hac Ysa. xxx. Hec
est via ambulate in ea per hanc
viam ambulauit tribus annis
nudus et discalciatus tres an
ni tres prime partes sunt con
tricio confessio satisfactio ¶ Se
cunda via est equitatis de qua
psalmista in domum dei ambulauimus cum consensu e
quitatis et cetera et hoc pertinet ad
contemplatiuos et de hac Exo.
xv. Filii israel id est deum videntes
in contemplacione siue qui am
bulant per desertum prime et hoc
per tres dies antequam venie
bant ad locum deuocionis sancte
[?] tres dies sunt tres consi
deraciones mentis contempla
tiue scilicet beneficiorum recordacio
in creacione nostra in recrea
cione deliciarum glorificacione
¶ Item est via iusticie que perti
net ad prelatos Prov. xxviii. Qui
ambulat in iusticiis et loquitur
veritatem et cetera Num. xxxiii.
ambulantes per desertum castra
metati sunt in Marath am
bulare per desertum a quo primas
est tres dies sunt contricio sa
tisfactio confessio castra

metari in Marath pertinet ad
contemplaciones dulcedinem
acquisitam in amaritudine
tribulacionis manere per tres
dies pertinet ad statum prelatorum
scilicet in iudicando exequendo et
exemplum dando ¶ Secundo notandum quod
per vias ambulandum est caute
Ephe. v. Videte quomodo caute am
buletis ¶ Et notandum quod qui caute
vult ambulare debet a quatuor
cauere que sunt error casus
defectus periculum et contrario de
errore quod deuiet casus ne
corruat defectus ne deficiet
periculum ne dampnum habeat
¶ More contrario ne dietam a
mittat ¶ Moraliter loquendo
est ignorancie error casus cul
pe defectus pigricie periculum dam
pnacionis iniquitate contrario
in offensionis inhoneste ¶
Contra primum debemus am
bulare in luce quia dicitur
Joh. xii. Qui ambulat in tenebris
scilicet ignorancie nescit quo va
dat et ideo subditur dum lucem
habetis scilicet veritatis credite in
lucem ¶ Secundum scilicet casus cul
pe a quo cauendum est quia dicit
Apostolus Qui stat videat ne
cadat et hoc fit per simplicita
tem que generat confidenciam
Prov. x. Qui ambulat simpli
citer ambulat fideliter ¶ Tercium
est defectus pigricie contra quem
ponenda est sollicitudo accionis
bone Miche vi. Indicabo tibi
homo quid sit bonum et post
pauca sollicite ambulare cum
domino deo tuo ¶ Quartum periculum
dampnacionis iniquitate contra
que ponenda est cautela cir
cumspectionis calliditatis sancte
Prov. xxii. Noli esse amicus ho
mini iracundo neque ambules
cum homine furioso et quare
subdit qui tangit picem co
inquinabitur ab ea ¶ Quintum
est more contrario et signum moali-

offensionem temptacionis ps
xc dirigam te presencias equita
tis etc. Sic ergo oportet nos ambu
lare in luce veritatis contra
errorem simpliciter contra dupl
licitatem contra pigriciam inno
center contra temptacionem honest
te contra temptacionis offensio
nem. ¶ Sed nota quod quatuor cau
se sunt propter quas contingit
errare hec sunt maximum mul
tiplicitates venerancium vari
tas temporis obscuritas signorum
mutabilitas qui faciunt fac
nes ut faciant devias ¶ Primum
signat diversitates concupis
cenciarum de quibus ecc. xxi
ps concupias et non eas quia ta
les non errant in pet. iii. Illo
nissimus temporibus venient
illuminantes etc. secundum propria con
cupias ambulantes. ¶ Secundum
est varitas venerancium designat
nat paucitatem dancium ex
empla de quibus ps in no
cturnis precepta tua nec similiter
ambulas coram te coram domino
est ambulare bonum exemplum
perficiendi dare. ¶ Tercium est obscu
ritas temporis etc. designat igno
ranciam doctrine ps Nescierunt
neque intellexerunt in tenebris
ambulant. Quartum est signorum
mutabilitas etc. designat mu
tabilitatem ypocritarum et tales
eciam errant Ier. ii. Oblati sunt
et ambulaverunt post vanitatem
cordis sui hoc facit illud
Job v ait ipse xxxi si ambula
vi in vanitate et festinavit
in dolo pes meus simpliciter ma
le michi accidit contra hunc
errorem debemus ambulare
in luce veritatis scribitur enim
ad Ephes. v ut filii lucis am
bulate. Vnde nota quod quatuor sunt
que facit ipsa lux veritas con
tra ista quatuor que faciunt
errare ut omnem causam errorum
et ignoranciam expellit. ¶ Primum

est quod diligit omnem plenitatem
dissolvendo. Ideo dicit Job xxix
ad lumen eius ambulabam
in tenebris lumine applicat ipsam
veritatem tenebras concupiarum
per perplexitatem. ¶ Item gaudium
generat sectas cum lucis generalis
gaudium oculis sanus ut vult
Augustinus sic et lux veritatis oculis
spiritualibus generat gaudium ad
miracionis Joh. in canonica
sua quia audivi de filiis tuis
ambulantibus in veritate. ¶
Item illuminat per doctrinam Joh.
xii dum lucem habetis credite
in lucem etc. et ibidem qui
sequitur me non ambulant
in tenebris ps Illum autem tu
ambulabunt ps Beatus qui
ambulat iuxta in lu. mag.
¶ Item certificat et emendat ap-
cates contra mutabilitatem
et falsitatem ypocritarum. Vnde primo pe-
tri relinquite infanciam et
vivite et ambulate per viam pru-
dencie. ecc. x Joh. i. Si autem
in luce ambulamus sicut et ipse
lux est societatem habemus ad i-
nvicem et sanguis ihesu filii
eius emundat nos ab omni pec-
cato. ¶ Secundum a quo cavendum
est nobis est casus. ¶ Et nota
quod triplicater contingit cadere
aut propter lubricum viae per quod
designatur luxuria ps Fiat
via illorum tenebre et lubri-
aut propter foveam avaricie
ps foderunt ante faciem mea
fo. aut propter laqueos superbie
ps in via qua ambulabam
absconderunt laqueum mihi. Ideo ca-
vendum aut istas causas debe-
mus ambulare simpliciter ubi
dictum est quia qui ambulat
simpliciter ambulat confide-
nter. ¶ Secundo quod ambulare sim-
pliciter tria bona facit volu-
ntatem dei adesse intimat sec-
tatores suos informat salu-
tem impetrat. Secundo Prov. x.

volutas eius in hiis qui ambu
lant simpliciter Prov. xi.
Et iustus qui ambulat in sim
plicitate sua beatos post se filios
relinquet. Prov. xx. Qui
ambulat simpliciter salvus erit.
Tercium quod est cavendum in via est
defectus qui refertur ad crepidinem
tem operationis quod assumendum est soli
cite. Deut. vi. Meditabis in domo
tua sedens et ambulans in itinere
dormiens et consurgens et ligabis
ea quasi signum in manu tua. Lo
quitur de adimplecione mandatorum
torum vel preceptorum que adimplen
da sunt solicite ne a defectu tepi
de operationis reprehendamur. Non
dicit quod debemus meditari ea
sedendo dormiendo resurgen
do et deambulando. Ibi debent
ligari in manibus nostris que ad re
fert ad operationem. Et nota quod
defectus ille provenit triplici
de causa ex inercia penuria ex
nimia asperitate et animi inbecilli
tate. Inercia vel acedia est defec
tus doctrine quod enim fuit Helias
non potuit ambulare sed dor
mivit sub umbra iuniperi id est sub
umbra penitencie. iii Re. xix.
Asperitas que est timor pene
de quo Genesis c..... Gen. xiii. De
Iacob qui dixit Nosti domine mi
quod parvulos habeam teneros et
oves ac boves fetas mecum
quas in ambulando si plus
fecero laborare morientur una
die cuncti greges. Inbecilli
tas enim est remissio accidie.
Levit. xi. Quod ambulat super ma
nibus est ambulare super
manus debilitatis est et ideo
accidiam designat. Et nota
quod tria sunt vere cause solicite
ambulandi. Primus prime con
fortantis de hoc comedit He
Helias et ambulavit in for
titudine cibi illius xl die
bus. iii Re. xix. Secundum est spes
...s xl qui sperant in domino et ...

Quartum est virilitas. Thob. in ca...
is ludentibus nunquam miscui
me nec cum hiis qui in le... am
Quintum est quod cavendum periculum
lum quod designat insultum te
ptacionum. Et nota quod est periculum
flumium latronum falsorum fratrum
in quibus dicit se Apostolus fuisse.
Primum ponet ad temptacionem
carnis. Secundum ad temptacione cu
piditatis. Tercium ad temptacionem
sublacionis. Debemus contra hec
in nocte ambulare et hoc tri
plici de causa. Prima est quod inno
centes ambulantes a temptacione
one conservat. Sap. xix. Sicut ....
ambulaverunt in igne scilicet temp
tacionum non combusti sunt. Secunda
est qui eos bonis suis non pri
vat. Ps. Non privabit eos bonis
qui ambulant in innocencia.
Tercia est qui talibus ministra
di graciam prestat. Ps. Ambulans
in via inmaculata hic michi
ministrabit. Sextum est quod est
cavendum detractio in ore
quod signat leves offensiones
Set non quod mora protrahit aliqui
pro amenitate patrie vel prelati
vel carni vel in implicacione nego
ciorum. Primum designat delectacionem
in mundanis delicijs. Secundum signat
inpaciam in iniurijs illata sibi.
Tercium super fluam solicitudi
nem. Mentis contra debemus
honeste ambulare. Primo ut
carnalia desideria non teneamus.
Gal. v. Spiritu ambulate et desi
deria carnis non perficiatis.
Secundo ut motus ire refrene
mus super aspidem et aspides vene
na diffundens et basiliscus
nocens flatu sunt ... ...
in iniuriarum super quos ambulat
honeste conversatur. Tercio ut curas
super fluas descramus. Nemo
enim militans deo implicat
se secularibus negocijs qui
impediunt vitam spiritualem
conversacionem sive honestam.

de ambulatione. Gal. v. Si spiritu vi-
vimus spiritu et ambulemus. Se-
quitur. Vide etiam ad quem am-
bulandum, scilicet ille deus. Act.
xiij. Venit ad me vel ipsa celestia
gloria. Ysa. xxxv. Et ambulabunt qui li-
berati fuerint et redempti a domino
et venient in syon etc.

Anathema est. Anathe-
ma multiplex: tempora-
lis culpe. Zach. xiiij. Et
anathema non erit amplius
et ierusalem secura erit. Item ge-
hennalis pene. j. Cor. ultimo.
Si quis non amat dominum Ihesum
anathema sit. Item in iudicio
Deut. vij. ne facias anathema
sicut est hodie. Item iudicialis
pene mala perlatio etiam anathe-
mate. Item sub suspensionum
Iosue vj. sit ciuitas hec anathe-
ma. Item blasphemie. j. Cor. x-
ij. nemo loquens in spiritu sanc-
to dicit anathema ihesu. Item
excommunicationis et dampnationis
j. Mach. v. Iudas applicuit ad eos
iudas et anathematizavit eos.

Angelus. Circa distinc-
tionem angelorum. Nota
ierarchias ordines et
officia. Circa primum nota quod
triplex est ierarchia angelorum
superior media et inferior que
grece dicuntur epiphania, yperphania,
ypophania. Superior scilicet epipha-
nia continet tres ordines:
cherubin, seraphin et tronos.
Media ierarchia que dicitur yp-
phania continet tres ordines:
principatus, potestates et domina-
tiones. Tercia ierarchia que dicitur
ypophania continet tres ordi-
nes: virtutes, angelos et archan-
gelos. Seraphin igitur, cherubin
et troni sunt primi ordines.
Seraphin interpretatur ardens qui
angelorum primi ordinis caritate ar-
dere homines in dilectione dei
quem ceteri vel spiritus habent ardentius, et
hoc signatum est Iudicum sexto

ubi a summo ascendit angelus domini cum spiritu
est sacrificium Gedeonis. Gedeon
vir iustus est qui spiritum suum in
tribulatione tamquam sacrificium offert
deo. Angelus ille est de seraphim
ordine qui ardet salvatoris sui
amore. Virga huius angeli est in-
stilla amoris qua cum tangit
sacrificium viri iusti et statim totum
incendit scilicet igne amoris et recte
quia angelus iste totus est ar-
dens. Iudicum xiij. ubi dicitur quod
ascendit in celum viri cum flam-
ma sacrificii. Iste est qui pur-
gavit labia. Ysa. vj. Secundus
est ordo cherubin qui interpretatur
plenitudo scientie. Psalmus. Qui sedes super
cherubin. Huius ministerium est docere
quod signatum est Apoc. x. in ange-
lo qui habebat libellum apertum
in manu sua in quo ostenditur
manifesta doctrina. Tercius or-
do sunt troni et dicuntur throni
quia sedes iudicis eo quod secretis
divini iudicii acceperunt quia
per istos dominus exercet iudicia sua.
Mt. xiij. Exibunt angeli et separa-
bunt malos de medio iustorum
et significa huius rei Ioh. vidit
angelum. Apoc. xiiij. qui ha-
bebat falcem acutam. Ab hiis
tribus ordinibus recepimus
tria ut dicit dyonisius: purgationem,
illuminationem, perfectionem, et sic patet
quod primus ordo denominatur a
dono iudicii. Et hoc satis patet
caritatis secundus a dono scientie tercius
a dono iudicii, et hoc satis patet
ubi descriptione epiphanie que
sic describitur a magistris ecclesie
Dyonisii. Epiphania est mea-
lescentis incendio affectionis
altioris intellectus fastigio
iudicii libra resultatio distri-
buta. Resultatio dicitur ordo an-
gelicus epiphanie quia in eo
resultat expresse pulcritudo
dei distributa dicitur quod singulis tri-
buta officiis et ponuntur ubi
tres ablationes et tres ordines

angelorum superiorum que continet epi-
fania. Sic dicitur est ut sensus est:
epiphania resultatio distributa
in medio i. per incendium celeste
tis affectionis. Et hoc pertinet ad se-
raphin qui interpretatur plenitu-
do scientie. Iudicum libri xiii per tunc
ad ... nos agnus accepimus donum
iudicii. Et dicitur epiphania ab epi
quod est super et phanos quod est apparicio
quia in istis ordinibus expres-
sius apparet plenitudo dei quam
in aliis. ¶ Secunda scilicet yperphania
continet tres ordines,
principatus, potestates et dominationes.
Primi igitur angeli sunt principa-
tus et hii sunt qui docent qui-
bus obeditur obediendum sic
et quibus in ... dicta peccavit
et ideo apparuit angelus Iosue
cum gladium. Iosue v. Secundi
angeli sunt dominationes per quorum
ministerium docemur dominari sensibus
et membris ... nimis
indulgendo et ideo apparuit an-
gelus Gedeon purgenti tri-
ticum cum virga qua percussit
lapis de quo exivit ignis et con-
sumpsit sacrificium Gedeonis pur-
gans triticum per mites virga
moderata afflicto ignis ...
Tercii angeli sunt potestates quorum
ministerium est arcere demones ¶
Nota Seraphaele qui ligavit
demonium in deserto superiori Egi-
pti. Et non quod recepimus a principi-
bus donum recognoscere ab ... actio-
nibus donum regiminis a potestati-
bus donum fortitudinis. Et hoc
patet per diffinitionem epiphanie
que sic diffinitur: Epiphania
est divina ... sui principis
... reverencia in signi-
mens ... pertinet ad dominationes
arcere ... principatus ...
dominandi ... quod pertinet ad
dominationes arcere ... quod dicitur
... potestates. Et dicitur epiphania
ab ypo quod est infra et phanos
quod est apparicio quasi inferior

apparicio. Sequitur de ypophania
que continet virtutes angelos
et archangelos. Virtutes operantur
... miracula. Apocalypsis xvi dicitur
quod Iohannes vidit septem ange-
los habentes phialas ire dei etc.
Archangelos maiora nun-
ciat ut Christianis ut in paradiso
introducuntur. Luc. xv ...
... mendicus etc.
Secundus quod a virtutibus accepimus
donum fortitudinis operandi et archan-
gelis donum contemplandi
ab angelis donum ... Et hoc
patet per diffinitionem ierarchie
ultime que ypophania dicitur
et sic diffinitur: ypophania est divi-
norum preceptorum nature legibus ...
currens quod pertinet ad virtutes
que miracula faciendo occur-
runt legibus nature. Sequitur
in diffinitione secreta reve-
lans. Et hoc pertinet ad archan-
gelos qui semper deo assistunt
contemplantes in speculo se-
creta eternitatis et inde ange-
lis inferioribus revelantes. Se-
quitur in diffinitione pro capaci-
tate discreta. Hic dicuntur ...
angelos quorum capacitas in-
telligitur et discernitur ab aliis
... minor. Et dicitur ypopha-
nia ab ypo quod est infra et
phanos quod est apparicio quia minor
... et quia in aliis apparet
similitudo dei. ¶ Tertius quod ...
omnium istorum ordinum posuit in se
ipso Ihesus Christus de quo dicitur
Deut. ... amat enim ut ca-
ritas esse seraphin. ...
veritas esse cherubim. Sedet
ut equitas esse throni. Prin-
cipatur ut maiestas esse prin-
cipatus. Regit ut imperium
esse dominationes. Tuetur ut sa-
lus esse potestas. Operatur ut virtus
esse virtutes. Assistit ut arch-
angelus esse angeli. Reve-
lat ut lux quod pertinet ad an-
gelos inferiores. Sequitur de

de officiis angelorum. ¶ Circa que nota quod omnes angeli ad adiutorium omnium saluandorum mittuntur. Heb. i. omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi etc. ¶ Nota quod est triplex status hominis scilicet culpe gratie et glorie ad quos et per quos sunt necessaria ministeria angelorum. ¶ Circa statum culpe nota tria que hominem totaliter subiciunt culpa temptacio et pena et a quolibet istorum liberat angelus. ¶ Primo igitur liberat a culpa quod signatum est Actuum xii in liberatione petri et eductione de carcere quod signat liberacionem de peccato ad quam necessarium est ministerium angelicum unde ibi dicitur quod astitit angelus qui petrum illuminauit percussit et excitauit. In quibus notatur illuminacio intellectus castigacio illuminacionis affectus excitacio torpentis effectus ¶ Liberat ergo a culpa ministerium angelicum et hoc fit tripliciter impediendo peccatum futurum ne fiat increpando preteritum ut ab eo quis recedat violenciam inferendo ut a priori eripiat. ¶ Primum signatur Numeri xxii in balaam qui mercede conductus corruptus incedebat super asinam ad maledicendum israel et ipse impeditus ab angelo qui euaginato gladio id est angelicum ministerium impediens agere peccatum et hoc propter hoc quod ingerit crudelitatem extremi iudicii que designatur in gladio deutero xxxii euaginabo gladium et arripiet eos manus mea ¶ Secundum signatur Iudicum ii ubi ascendit angelus ad locum flencium increpauit filios israel de ingratitudine et prauaricatione dicens eduxi vos de terra egipti etc. Cumque loqueretur eleuauerunt vocem suam et fleuerunt in quo designatur

quod increpantibus angelis peccata preterita deserimus moniti ad fletum contricionis. ¶ Tercium signatum est in erepcione loth et uxoris sue et filiarum suarum a sodomis ne perirent in scelere ciuitatis Gen. xix. Loth enim primus est mentaliter uxor caro et due filie cogitacio et affectio que cum anima coguntur exire a sodomis id est peccati consuetudine et hoc per ministerium angelicum. ¶ Item est malum temptacionis et ab hoc liberat deus quod signatum est Exo. xiiii ubi dicitur quod angelus dei qui custodiebat castra israel interposuit se inter egipcios persequentes filios israel et populi exercitum et ista liberacio fit tripliciter ligando demonis potestatem Apoc. xx in angelo qui ligauit dyabolum et misit in abyssum et Thobi viii de angelo religato in deserto superiori cuiusmodi ligacio nichil aliud est quam potestatis eius restrictio ¶ Item liberat a temptacione ministerium angelicum tangendo neruum femoris eius quod signatum Gen. xxxii ubi dicitur quod angelus luctabat cum Iacob usque mane qui cum non posset superare tetigit neruum femoris eius et statim emarcuit. Sicut ista fit iudici beata ordine brachia ant sunt fletus compunctionis et deuocio per que in malestiam angelos sedem quod dicit Exo. xxiii in malum ad angelum etc. ¶ Item signando signo crucis quod expressum est Apoc. vii Nolite nocere terre et mari neque arboribus etc. hoc signum est memoria et amor dominice passionis quam imprimit angelicum ministerium in animabus electorum Ezech. ix Signa thau in frontes virorum gementium qui hoc insigniti sunt non timuerunt percussorem angelum.

Unde ibidem dicitur Elige quem uide-
ris tecum non occidat ¶ Ite est
malum pene et ab hoc liberat mi-
nisterium angelicum et hoc sic uel co-
fortando ut patet Luc. xxii. immi-
nente passione christi apparuit
ei angelus domini confortans eum
uel confirmando Mt. ca. illud Ps.
angelis suis mandauit de te uel rapinam
restando uel minuendo ut Dan.
iii. ubi angelus domini descendit
in fornacem cum tribus pueris
et fecit medium et cetera ¶ Secundus status
est gratie qui comprehendit incipi-
entes proficientes et perfectos quibus
necessarium est ministerium angelicum
¶ Incipientibus igitur necessarium
est quia sanat oculos cordis
a contritione purgat labia ad con-
fessionem congaudet ad satis-
factionem ¶ Primum signatum
est Tho. xi. ubi dicitur quod thobi-
as minor ad documentum raphae-
el liniuit oculos patris sui
ex felle piscis et sanum recepit
Tho. minor inferior cogitatio ra-
tionis tho pater liberum arbitrium
est excecatum per peccatum fel piscis
amaritudo contritionis de cuius
linitione que fit dolore et detes-
tatione reuelatione illuminantur
oculi conterentes ¶ Secundum sig-
natur Ysa. vi. ubi purgantur
labia ysa. per angelicum ministerium
unde et ibidem dicitur quod uolauit
angelus ad eum et dixit ecce te-
tigi labia tua et auferetur ini-
quitas tua et mundabitur peccatum
¶ Tertium signatum est Luc. xv. quod magis
est gaudium super uno peccatore et cetera
¶ Item necessarium est ministerium an-
gelicum hominibus proficien-
tibus et hoc triplex excitan-
do intellectum ad speculationem
et ad considerationem et pigritiam
Zach. iiii. angelus domini
excitauit me quasi hominem
qui excitatur a sompno sic
excitauit petrum dormientem
petrum dormientem in carcere

tenebrosi accidie Act. xii. ¶ Item
cibum apportat ad confortandum
affectum quod signatum est iii. Re. xix.
ubi apportauit angelus panem que
et paucem subcinericium ad caput
helie et comedit et ambulauit
in fortitudine cibi illius xl.
diebus usque ad montem dei oreb
Item deducit et reducit proficien-
tes per uiam pure ut quod proficiat
effectum quod signatum est Tho. v. in
angelo qui eum duxit et reduxit
¶ Item angelicum ministerium est
necessarium perfectis eos accendendo
ad amorem Ps. qui facit ange-
los tuos spiritus et cetera ¶ Iste ordines
defendendo a demoni multipli-
catione Tho. xii. cum orabas cum
lacrimis et sepeliebas mortuos
ego obtuli orationem tuam domino ¶ Ite
corda uisitando ad contemplationem
Gen. xxviii. ubi dicitur quod jacob in pere-
grinus uidit in sompnis scalam
contemplationis per quam et angelos
ascendentes et descendentes
per eam tunc angeli descendunt cum
de ulteriori ante afferunt sed as-
cendunt cum alium in contemplatione
efferunt ¶ Item est status glorie et ad
hunc necessarium est ministerium angelicum
et hoc triplex uiam preparando Malach.
iii. Ecce ego mitto angelum
meum qui preparabit uiam ante faciem tuam ¶ Item
ducendo Exo. xxiii. Ecce ego mit-
to angelum meum qui precedat
te et custodiat in uia quam preparauit
patribus tuis ¶ Item in paradisum
deportando Luc. xvi. factum est autem
moreretur mendicus et cetera ¶ Nota etiam quod
angelus dicitur creatura illa
simpliciter et spiritualis et rationalis
sicut uero dicimus esse ordines an-
gelorum x. pius Job xxxiii. Si fuerit
pro eo angelus loquens unum de
similibus ut an. ho. c. iii. ca.
i. xix. Johannes baptista Malach. iii.
et Mt. xi. Cum sublatus fuerit time-
bunt angeli hoc est deo seruientes sep-
timum est Ecce mitto angelum
meum et cetera predicator Job.

Iob xl. Cum sublatus fuerit time-
bunt angeli &c. ibi supplicio (?) Eccli.
in magnum est peccato prevaricacionis sa-
cramentum &c. Appellat angelus pre-
latus Apoc. ii. vii. vocat Iohannes
prelatos vii ecclesiarum angelos de quibus
Ysa. xxxiii angeli pacis amare fle-
bunt. Sacerdos Malach. ii. Labia
sacerdotis custodiunt scienciam &c. quia
angelus domini exercituum &c.

Angustia multiplex est.
angustia quia culpe
Eccli. xxvii a. Sicut in me-
dio compaginis lapidum palus fi-
gitur sic inter medium empcionis
et vendicionis angustiabitur peccatis
quod est dicere sicut palus inter lapi-
des fixus fortiter stringitur sic
homo existens in medio emp-
cionis i. ementis et vendentis pec-
catis angustiabitur anima. Secundo
de ista angustia liberatur iustus
et impius affligitur. Prov. xii. d.
propter peccata labiorum ruina proximat
mala effugiet autem iustus
de angustia. Mala vocat emp-
torem et venditorem ruinam
et angustiam peccata labiorum pec-
cata vendencium et emencium
que sunt in labiis propter que an-
gustiantur peccatores sed iusti libe-
rantur. Prov. xi. Iustus de ang-
ustia liberatus est tradetur
autem impius pro eo. Item est an-
gustia Sopho. i. Dies illa dies
ire &c. dies angustie tribulacionis
et angustie dies tenebrarum et
caliginis dies nebule et tur-
binis dies tube et clangoris.
Item est angustia pene eter-
ne. Rom. ii. tribulacio et angustia
super omnem operantem malum
angustia interior tribulacio
exterior. Item est angustia mor-
tis. Ps. Ista super me et inter fi-
ce me quoniam tenent me angus-
tie. Item afflictionis temporalis
Apoc. i. Ego Iohannes frater vester et
particeps qui venit super nos tri-
bulacio et angustia. Ier. viii. g.

tribulacio et tenebre et dissolucio
et angustia et caligo persequens
non poterit avolare de angustia
sua tribulacio est ex malis. Ier.
caritatem suam in nobis quoniam cum
adhuc peccatores essemus secundum tempus
christus pro nobis mortuus est. Et i
Joh iii in hoc cognovimus carita-
tem quia ipse animam suam pro no-
bis posuit. Item in attrahendo
ad penitenciam Jeremie xxxi in perpetua
caritate dilexi te ideo attraxi te
miserans tui. Item in convivifica-
cione a morte peccati. Ephes ii deus
autem qui dives est in misericordia propter
nimiam caritatem qua dilexit
nos cum essemus mortui convi-
vificavit nos christo. Item est ca-
ritas hominis triplex ordinans
fundans et perficiens. De primo
dicitur Cant ii introduxit me
rex in cellam vinariam i. ecclesiam
ubi est vinum devocionis compunc-
cionis et leticie spiritualis ordina-
vit in me caritatem i. caritatem
ordinantem mihi dedit et hec
est incipiencium et multa facit
quia delicta operit. Prov x univer-
sa delicta operit caritas et Petri iiii
ante omnia mutuam in vobis ipsis
caritatem habentes etc. Item
ab insidiis demonum defendit
et ideo dicitur lorica. i ad Tess.
v. Induite loricam fidei et cari-
tatis. Item omne bonum bonum
informat et perficit et ideo dicitur
i Cor xiii a Si linguis hominum loquar
etc. Item mundi dilectionem refugit.
i Joh ii Qui diligit mundum
non est caritas in illo. Item scan-
dalum factum vitat. Ro xiiii
si propter cibum frater tuus scan-
dalisatur iam non secundum
caritatem ambulas. Item defec-
tus eorum supportat. Ephes iiii suppor-
tantes in caritate. Item servicium
corporale sibi prestat et ideo ad Gal
v. per caritatem spiritus servite in-
vicem. Item bona ei communicat
i Joh iii Qui habuerit substanciam
mundi et viderit fratrem suum
necessitatem habere. Item est caritas
fundans. ad Ephes iii ut deus
vos multiplicet et fundare fa-
ciat caritatem [illegible]
et de hoc dicitur Prov xv melius
est vocare ad olera cum caritate
quam ad vitulum saginatum cum
odio et hoc est perficiencium et multa.

facit ¶ Domo cum homine in innocencia custodit Ephes. i Elegit nos ante mundi constitucionem ut essemus sancti et inmaculati in conspectu eius in caritate ¶ Item ad custodiam mandatorum inducat i Joh. v a Hec est caritas dei ut mandata eius custodiamus Item solicitudinem asperitatis ydonio eligere facit Jeremie ij Recordatus sum tui miserans adolescenciam tuam et caritatem desponsionis tue quando secuta es me in terra que non seminatur Item in bono semper homine crescere facit Ephes. iiij Veritatem autem facientes in caritate crescamus in illo ¶ Item animas castificat i Pet. i Castificantes animas vestras in obediencia caritatis ¶ Item omnes et ubique edificat prima Cor. viij Sciencia inflat caritas autem edificat ¶ Item ferventem facit Can. viij Aque multe non poterunt extinguere caritatem Item filium efficit dei etc i Joh. iij a Videte qualem caritatem dedit nobis deus ut filii dei nominemur et simus ¶ Item est caritas perficiens et hec perfectorum qui verbis dei mediante caritate perficiunt i Joh. ii b Qui autem servat verbum eius vere in eo perfecta est caritas ¶ Item hec caritas timorem excludit i Joh. iiij In hoc est perfecta caritas nobiscum ut in die iudicii fiduciam habeamus Item inseparabiliter nos deo coniungit Ro. viij Quis nos separabit a caritate etc Coll. iij Super omnia caritatem habete ¶ Item spiritualibus donis reficit Ro. v a Caritas dei diffusa est in cordibus vestris per spiritum sanctum ¶ Item in excellenciori statu hominem ponit i Cor. xij Adhuc excellenciorem nobis viam ostendo caritatem ¶ Item hominem morti exponit Joh. xv Maiorem caritatem nemo habet etc ¶ Item celestia apprehendere facit Ephes. iij in caritate radicati et fundati ut possitis apprehendere cum omnibus sanctis que sit longitudo latitudo etc ¶ Item omnes virtutes excellit i Cor. xiij Maior horum autem est caritas etc

Carnalitas est carnalitas originalis culpe Ro. vij Ego autem carnalis sum venundatus sub peccato ¶ Item affectionis inordinate i Pet. ij d Obsecro vos tamquam advenas et peregrinos etc ¶ Item luxurie Jude b Odientes eam que carnalis est maculatam tunicam ¶ Item inperfectionis vite i Cor. iij Non potui vobis loqui quasi spiritualibus sed quasi carnalibus ¶ Item temporalis leticie ij Cor. x a In carne enim ambulantes non secundum carnem militamus nam arma milicie nostre non sunt carnalia etc

Carmen multiplex est carmen avaricie Eze. xxxiij quod avaricia sequitur cor eorum et est eis quasi carmen musicum quod suavi dulcique sono canitur ¶ Item lascivie Amos v f Aufer a me tumultum carminum tuorum et cantica lire tue non exaudiam Item victorie Exo. xv Tunc cecinit Moyses et filii Israel hoc carmen domino cantemus domino etc ij Re. xxij Locutus vel locutus est David verba hec carminis huius in die qua liberavit eum dominus de manu omnium inimicorum suorum etc Item oracionis Ps. Inmisit in os meum canticum novum etc Item consolacionis et iubilus mittit dominus in nocte tribulacionis Job xxxv Ubi est deus qui fecit me et dedit carmina de nocte Item compassionis Eze. xxxij Fili hominis cane carmen lugubre super multitudinem Egipti et Eze. xxxij quod assumet super te carmen lugubre et plangent te ¶ Item etiam gaudii Eze. ii g et erat liber scriptus intus et foris et ico erant scripte lamentaciones prime

carnis eterne glorie sed ve penetene
Castigacio Circa castigacionem
nota per que castigatur
homo et a quibus et que mo-
neant deum ad castigandum
Circa primum nota quod castigatur
homo per vigilias et cruciacionem ps
castigacio mea in matutina Item per ma-
num operacionem Job xiii verbum
emitto dei fuimus castigavit me
deus etc Item per flagellacionem
ps castigans castigavit me dominus
etc Circa secundum nota quod castigatur
homo ad simplicie et presumpcionis
purgacionem Ier xxx Dum te ante
non faciam in castigacionem sed
in iudicio ut tibi non videaris
et innoxius et xlvi quod castigabo
te in iudicio et quasi innocenti non par-
cam tibi Item ad carnalitatis
repressionem ii Cor vi ut castiga-
ti non mortificati etc i ad Cor
ix castigo corpus meum et sub me
etc Item ad erudicionem Ier xxxi
castigasti me et eruditus sum
Circa tercium nota quod tria movent
deum ad castigandum Primum est
amplioris sue dileccionis heb xii
quem enim diligit deus casti-
gat et ipse dicit Apok iii ego
quos amo arguo et castigo Item
virtutum recipientis unde Tho-
bie dictum sunt quia acceptus
eras deo necesse ut temptacio pro-
baret te et de hac reddit gracias
Thob xi e dicens benedico tibi
domine deus Israel quia castigasti
et salvasti me Item enormitas
iniquitatis et tunc castigat dominus
castigacione crudeli Ier xxx Dum per
plaga inimici percussi te castiga-
cione crudeli propter multitudinem
iniquitatis tue etc

Castitas Est castitas men-
tis ii pet i quod castigantes
animas vestras in obediencia
caritatis Item est castitas operis
Iudith xv erat autem iuncta casti-
tas ad virtuta igitur ut corpus
esset virum omnibus diebus vite
sue et i ad Tim v te ipsum castum
custodi hec generat carnis conforta-
cionem operis strenuositatem dum
sustentacionem eciam benedic-
cionem debitis omnibus Iudith
xv tu gloria Ierusalem tu leticia Israel
tu honorificencia populi nostri quia
viriliter egisti etc strenuositas operis
et confortatum est cor tuum etc co-
fortacio cordis eo quod castitatem
amaveris et post virum tuum alterum
nescieris ideo manus domini con-
fortavit te etc benedicta
eris in eternum etc etc quartum Item
generat vite tranquillitatem virtutum
ornamus morum castitate et
pietate Item bona famam
sap iiii a O quam pulchra est casta
generacio cum caritate immortalis
est enim memoria illius Item
dei et amicie inseparabilem unio-
nem ii Cor xi a despondi
enim vos etc Sequitur

Castra Sunt castra peccatorum
carnis mundi dyaboli et
dei Castra peccatorum sunt ca-
stra egipciorum que secuntur Israel
in penitentes sed in mari rubro
submerguntur de hiis dicitur Exo
xiiii f respiciens dominus super
castra egipciorum interfecit exer-
citum egipciorum et hoc signatur
Zach xiiii f erit ruina equi et
muli et asini et aliorum iumen-
torum in castris illis equus su-
perbus luxuriosus asinus pigri-
cia mulus invencio vicia
que sunt in castris peccatorum sed
ruunt cum dominus graciam infundit
et ideo dicebat ps si consistant
adversum me castra non timebit cor
meum Item sunt castra carnis
hec castra philistinorum peccatorum
cadencium in quibus goliath
id est dyabolus gladiatur de istis dicitur
Amos iiii quod feci putredinem
castrorum in nares vestras et vos
rabistis experimentum est in pecca-
tum ipsi sentimus hic in eo ex-
amus ad eum extra castra ...

in prelium eius pertantes ¶ Item sunt
castra mundi et hec castra feri sy-
ne [iiii Re vii] Inimus ad castra
syrie et inuenimus ibi
hominem sed tantum equos et asinos
i. stultos et luxuriosos et fixa ten-
toria maiore tremore et hec
subuertenda [Hebr xi f] fortes fac-
ti sunt in bello castra uerterunt
exterorum ¶ Item sunt castra dy-
aboli et hec sunt assiriorum que
ierosolimitas i. uiros stultos
blasphemare non cessant uel per-
secutiones i. suggestione bonorum
aut inuidos i. detractores
qui per rapsacem designatur hec
percutit manum consilii [Ys xxx-
viii] hec sunt castra madyan
que subuertit gedeon iudicum vii
¶ Item sunt castra dei et hec sunt
multiplicia quia sunt castra
obedientium [Ioel ii c] multa sunt
castra domini fortia fortia nimis
et facientia uerbum eius ¶ Item
sunt castra militantium et quo
ad istos dicitur ecclesia esse ter-
ribilis ut castrorum acies ordi-
nata [Cant vi] ¶ Item sunt castra
innocentium siue contemplantium
[Gen xxxii] Iacob autem abiit in
itinere quo ceperat et abiit obuiam
angelis domini quos cum uidis-
set ait castra dei sunt hec ange-
li sunt innocentes siue contemplantes

Cathedra multiplex est ca-
thedra doctrine [Mat xxiii]
super cathedram moysi se-
derunt scribe et pharisei que dicunt
facite etc. ¶ Item iudicii [iii Re x]
ut dicitur salomon fecit sibi thro-
num i. cathedram ubi erant leun-
culi manibus et gradus in gradi-
bus discretio i. leunculis terror
i. manibus una hec enim tria
exiguntur ad iudicandum discre-
tio in cause discussione iusti-
cia ad quam pertinet terror in sua
promulgatione una in executione
Et non est erat ibi due manus ut
noceat duplicem unam i. affectio-

nem ¶ Item duo leones per duas par-
tes iusticie que sunt declinare
a malo et facere bonum sed sex gradus
sunt ibi in quibus notantur sex
gradus discretionis necessarie ad ca-
thedram iudicii qui sunt primus [Bern]
diiudicatio inter licitum et illi-
citum deliberatio inter expediens
et non expediens dispositio inter
ordinatum et inordinatum dispen-
satio inter optimum et inoptimum
moderatio inter moderatum et im-
moderatum perelectio que distin-
guit utilissimum ab utiliori
hec est cathedra de qua dicitur
[Iob xxix b] qui procedebam ad portam
ciuitatis in platea parabant
cathedram mihi ¶ Item est cathedra
uite [ps] in cathedra seniorum lau-
dent eum in senioribus bona
uita designatur ¶ Item est cathe-
dra prelationis [ii Re xxiii] dauid
sedens in cathedra sapientissimus
inter tres ipse est quasi tener-
rimus ligni uermiculus cathedra ista
prelationis est super quam qui se-
dere uult debet dauid ut hic for-
titudine manus imperando
et pulcritudine aspectus mo-
nstrando ¶ Item debet esse sapi-
entissimus ut sit sapiens
in facta subditorum inuestigando
sapientior in discutiendo sapi-
entissimus in corrigendo et hoc
inter tres saluandorum ordines
siue status qui sunt continentes
iusti et uirgines ¶ Item debent
esse quasi tenerrimus ligni uermi-
culus quo nichil lenius cum
tangitur nichil asperius cum
tangit i. benignus in patiendo as-
peras in puniendo ¶ Item est cathe-
dra ypocrisis [Ez xxviii] ubi
dicitur in persona principis tyri
eleuatum est cor tuum et dixisti in
cathedra sedi ¶ Item cathedra
est elationis [Mat xxiii b] dilatant
philacteria sua et magnificant
amant primos recubitus in ce-
nis et primas cathedras in sinagogis

que est dampnabile et ideo dicitur Luc. xi
f. ve vobis phariseis qui diligitis
primas cathedras. Item est cathedra
cupiditatis in qua sedent symo
niaci. Mt. xxj b. Et intravit ihesus in
templum dei et eiciebat omnes ven
dentes et ementes de templo et
mensas numulariorum subvertit
et cathedras vendencium colum
bas evertit. Item est cathedra pes
tilencie que est hereticorum. ps. beatus
vir etc. Item est cathedra glorie
et hec signatur ys. vj a. p solium excel
sum quod vidit ysaias super quod sede
bat dominus etc.

Cathena multiplex est cathe
na culpe et de hac dicitur
Judicum xvj f. quod philisti
cum apprehendissent sampsonem sta
tim eruerunt oculos eius et dux
erunt gazam vinctum cathenis et
clausum in carcere fecerunt mole.
Sampson a quo recesserat for
titudo dei propter abscisionem ca
pillorum suorum signat peccatorem
quorum cum bone affecciones abra
duntur fortitudo dei recedit. phi
listei sunt demones qui samp
sonem comprehendunt cum iusti
in temptacione succumbunt sed
oculos eruunt eo cum cognicio
nem auferunt sed in gazam du
cunt cum eos in peccato delectari
faciunt sed cathenis vinciunt cum
diversis peccatis innectunt sed in
carcere claudunt cum eum in
durant sed mole faciunt cum
pravam consuetudinem peccan
di ei placere faciunt sed cathena
ligat cor aliquorum ne possit cogi
tare bonum et secundum hoc dicitur
ys. lviij si abstuleris de medio
tui cathenam id est de corde cul
pam et destiteris ostendere di
gitum quod pertinet ad peccatum
oris cum effuderis esurien
ti a. t. per compassionem et animam
afflictam repleveris tunc orie
tur in tenebris lux tua et hec
cathena ligat aliquorum caput

ne homo possit bonum loqui vel
le ad eterna dirige. Levit. xxvj c.
Ego dominus qui confregi cathe
nam cervicum vestrarum ut ince
deretis erecti. Item ligat pedes
ne possit homo in bono proficere
et hoc signatur Act. xij ubi dicitur
quod petrus erat vinctus cathe
nis duabus que sunt omissi
onis et commissionis. Item ligat ma
nus ne possit homo operari ma
nibus cum operari sed dicit Ier. xl
a. Ecce solvi te hodie de cathe
nis que sunt in manibus tuis.
Item ligat totum corpus ut
totus homo peccato subdatur
quod signatum est ij paralip. xxxiij
ubi dicitur quod manassen vinc
tum cathenis atque compedibus
duxerant in babilonem. Item
est cathena pene temporalis. Eze.
xxxiij g. Et scient quod ego dominus
cum contrivero cathenas iugi
eorum. Item est cathena pene
eterne. Apoc. xx a. vidi ange
lum descendentem de celo ha
bentem clavem abissi et cathe
nam magnam in manu
sua. Sap. xvij. Una enim cathe
na tenebrarum omnes erant
colligati. Item est cathena pure
Eph. ultimo f. pro quo legacione
fungor in cathena ista. Item est
cathena religionis. Eccli. vj g.
decantate cathenis quia est dic
mendum quis abstinum carcer
religio cathene institutiones.
Item est cathena preceptorum dei de
qua non possunt ligari peccatores.
Mt. v. Occurrit ei homo in spiri
tu immundo qui domicilium habebat
in monumentis. Neque quis eum
ligare poterat. tales peccatores qui
a demonibus arripiuntur et ideo
cathenis preceptorum dei ligari
non possunt immo quod plus est
rumpunt atque destruunt quod
signatum est Luc. viij. c. vin
ciebatur cathenis et compedibus
custoditus et ruptis vinculis

agebatur a demoniis infecto a
theue sunt precepta moralia com
pedes angelica euangelica con
silia singula constitutiones eccle
sie que ea rumpunt pedites et
agitantur a demoniis · i · suggestionibus

Cauenda Nota quod multa
sunt cauenda quia scilicet quedam
quo ad custodiam cordis
quedam quo ad ordinacionem oris
quedam ad irreprehensibilitatem
operis ¶ Item quo ad primum nota quod caue
da sunt tria error ne decipiatur
a deo recedendo Deutero xi d cauete
ne forte decipiatur cor vestrum
et recedatis a deo ¶ Item inmundi
cia Leuit xv docebitis filios Is
rahel ut caueant inmundiciam
ne forte moriantur in sordibus
suis quod fit per consensum in peccato et i
deo dicitur Tho iiii caue ne aliquando
peccato consencias et pretermittas pre
cepta dei ¶ Item beneficiorum dei
oblivio Deutero xxv c cum dominus
deus tuus dederit tibi requiem
et subiecerit cunctas per circuitum na
ciones caue ne obliviscaris
¶ Item quantum ad os duo sunt ca
uenda asperitas verbi quo ad pro
ximum et iniuria blasphemie
quo ad deum primum dicitur
Gen xxxi caue ne quicquam
aspere loquaris contra loquaris
contra iacob ¶ ij Num xxii f ca
ue ne aliquid preter quam precepero tibi loqua
ris dixit angelus balaam ¶
Item quedam sunt cauenda quantum
ad opus et hoc est multipli
citer secundum diuersos status quia
quedam sunt cauenda acti
uis quedam prelatis quedam
contemplatiuis tria sunt
cauenda actiuis pacti initi
in baptismate inito Deut
iiii d caue ne quando obliuisc
aris pacti domini dei tui quod
pepigit tecum et facias
sculptas similitudines ¶ Item
preceptorum transgressio Josue xxii
c caue deuijs ne nobis que
precepta sunt aliquid confingatis
¶ Item iniquitatis commissio Job
xxxvi f caue ne declines ad
iniquitatem ¶ Item prelatis tria
sunt cauenda ¶ auaricia Luc
xii b videte et cauete ab omni
auaricia ¶ Item superbia Mar xii
cauete a scribis qui volunt
ambulare in stolis et cetera id est ab imi
tacione scribarum qui in superbijs am
bulant ¶ Item familiaritas
lasciua Ecci xxvi d ab omni ir
reuerencia oculorum eius caue et
et loquitur de oculis stulte mu
lieris ¶ Item tria cauenda con
templatiuis presumpcio et ideo
dictum est filiis Israel · i · contem
platiuis Exo xix d cauete ne
ascendatis in montem et loqui
tur de monte in quo erat do
minus loquens moysi et docens
legem ¶ Item ypocrisis Mat
xvi b cauete a fermento phariseorum
et saduceorum fermentum ubi ypo
crisis dicitur ¶ Item societas per
uersa Exo xxxiiii c caue ne
umquam cum habitatoribus illius terre
iungas amiciciam tuam que sit
in ruinam habitatores illius terre
sunt mundani cum quibus
non est ineunda amicicia
quia nobis sunt inimici
nobis enim semper insidiantur
et ideo dictum est regi Israel
iiii Reg vi b caue ne transeas ad
locum illum quia Siri ibi
in insidiis sunt racio ad hoc
Pro xxii c ubi dicitur qui cauet
laqueum securus erit

Causa multiplex est causa
causa anime que pertinet
ad forum dei et causa
corporis et possessionum que pertinet
ad forum iudiciale causa anime
ad forum distinguitur in confessione
Ps iudica me deus et discer
ne causam meam et cetera ¶ Item
reuelatur in confessione Jer xi
tibi reuelaui causam anime
me ¶ Item a deo diffinitur

inpure contritione. Treni iii
Iudicasti domine causam anime mee.
Item execucione tradite volu-
ntatis faciendi penam in-
iectam dacione. ps. qui fecisti
iudicium meum et causam me-
am. Item est causa que pertinet
ad formam iudicis et ad hanc per-
tinent quatuor. investigatio
Job xxix causam quam nescie-
bam diligenter investigabam.
Item investigare ponderatio
Job xxix iustus novit causam
pauperum. Item investigare et
cognitione diffinicio. ps. ix
iudicium decernat causas. Item
diffinitive execucio. ps. xxxiv
Exurge domine intende et te
iudicet causam meam, id est ex-
ecucionem demandat.

Cecitas est cecitas cul-
pe et est cecitas igno-
rancie. quo ad primum
Nota quod cecitas dicitur pecca-
toris excecationem. Apoc. i am-
bulaverunt ut ceci quia pecca-
verunt. Item quod est cecitas
luxurie. Treni iiii erraverunt ceci
in plateis polluti sunt san-
guine. hinc est quod dominus percus-
sit Sodomitas cecitate. Item
est cecitas superbie. Zach. xii
omnem equum id est superbum percu-
tiet cecitate. Item avari-
cie. Deut. xvi munera exce-
cant oculos sapientum et
mutant verba iustorum. Apoc. iii
tu dicis quia dives sum et cetera.
Item invidie. Sap. ii excecavit
eos malicia sua. Item [illegible]-
die hec est cecitas Pauli qui
excecatus est hinc. Item acci-
die hec est cecitas Thobie ia-
centis in lecto. In Thob. Item
gule. ys. lvi speculatores
eius omnes ceci. Item quod ceci-
tas superbie curatur hinc humi-
liatione humane condicionis con-
sideratione. Joh. ix posuit lu-
tum super oculos meos et video.

Item cecitas avaricie fellis
amaritudine id est memoria
mortis. In Thob. Item cecitas
luxurie aque ablucione. Joh.
ix abiit ergo ad natatoria
Siloe et lavit et venit videns.
Item cecitas invidie
mellis dulcedine id est caritatis
devocione. i Reg. xiv Jonathas
gustavit et cetera. Item cecitas ira-
cundie collirii id est passionis
Christi meditacione. Apoc. iii collirio
inunge oculos tuos et cetera.
Item accidie cecitas tactu Chri-
sti quod fit per oracionem. Mt. xx tetigit
Jesus oculos eorum et confestim
viderunt. Item cecitas gule
panis comestione id est sacre
scripture exposicione. Luc. xxiv
porrexit Jesus panem
discipulis suis et aperti sunt
oculi eorum. Item cecitas cor-
ignorancie et eius sunt quatuor in-
commoda. errare in electione boni
et mali. Treni iiii erraverunt ceci
in plateis. Item palpare in
operacione non videndo quo
aut quo tempore sit procedendum
in accionem. ys. lix palpavimus
sicut ceci parietem. Item ces-
pitare quod est pedum et hoc est
in consilio. Jo. xi contingens
precepit pedibus offendentis
currere. Item cadere in desperacione.
Mt. xv si cecus ceco ducatum
prestat et cetera. Item quod cecitas in
ignorancia credendorum. ii ad Cor. iiii in
quibus deus huius seculi excecavit
mentes infidelium. Item
ignoranciam faciendorum. Eph. iiii ut
non ambuletis sicut gentes
in vanitate mentis sue sive
tenebris habentes obscuratum
intellectum. Et hec simplex ignorancia
culpabilis est omnibus. Item
est ignorancia sciendorum.
ys. xxxv tunc aperientur oculi
cecorum et cetera. ys. xlix dedi te in
fedus populi mei et cetera. Item cecitas
ignorancia docendorum. Rom.

confidis te ducem cecorum et hec duplex ignorancia in sacerdotibus dampnabilis est ¶ Item ignorancia iudicandorum Eccli xx Exenia et dona excecant oculos iudicum ¶ Item est cecitas ignorancia regendorum Math xv Sinite eos ceci sunt et duces cecorum Hec duplex ignorancia dampnabilis in prelatis etc.

Cedrus duplex est cedrus est enim cedrus sordidus et delectabilis carnalitatis Zac xi Ulula abies quia cecidit cedrus et in psalmo dicitur vox domini confringentis cedros ¶ Item est cedrus dulcis temporalis qui refertur ad avariciam Ezech xvii Aquila grandis que tulit medullam cedri ¶ Item exaltate impietatis que refertur ad elacionem Ps Vidi impium superexaltatum et elevatum sicut cedros Libani ¶ Item alte nobilitatis Ezech xxxi Cedri non fuerunt altiores eo ¶ Item placacionis Eccli xxiiii Quasi cedrus exaltatus sum etc. ¶ Item perfecte actionis iii Reg vi Operuit Salomon domum suam tabulis cedrinis i. bonis actionibus ¶ Item contemplacionis Ys xli Dabo in solitudine cedrum

Celum multiplex est celum anima ecclesia religio et propria anima dicitur celum racione luminositatis fidei Eccli xxiiii Ego feci ut in celis oriretur lumen indeficiens ¶ Item altitudinis spei Eccli xxiiii Itinerem altitudinis celi ipse suspexit et Job xxxv Suscipe celum suspice celum et intuere ethera quam altior te sit ¶ Item latitudinis in caritate dilectionis Job ix Extendit celos solus Extensio est affeccionis latitudo ¶ Item ecclesia dicitur celum racione ornatus in varietate donorum et graciarum Job xxvi Spiritus domini ornavit celos ¶ Item racione ordinate disposicionis quoad diversitatem statuum qui sunt status continencium coniugatorum et virginum et aliorum huiusmodi et secundum hoc dicitur Job xxxviii Numquid nosti ordinem celi i. ordinacione statuum militantis ecclesie ¶ Item racione incorruptibilitatis celum enim incorruptibile est respectu aliorum corporum Job xxxvii Tu forsitan cum eo fabricatus es celos qui solidissimi quasi ere fundati et hoc pertinet ad stabilitatem ecclesie que durabit usque in finem mundi cum petri ut dicunt sancti concurrunt et sed non subiungi ¶ Item celum dicitur religio pulchritudinis stellarum ibi fixarum et hoc pertinet ad pulchritudinem conversacionis religiosorum Eccli xliii Species celi pulchritudo et gloria stellarum ¶ Item racione firmitatis quod pertinet ad fortitudinem Ps Verbo domini celi firmati sunt et spiritu celi religiosi sunt qui verbo domini in constancia firmantur et spiritu oris domini in omni bono roborantur ¶ Item racione continue annunciacionis divine glorie quia quemadmodum celi et ea que in eis sunt annunciant gloriam dei etc. continue sic et religiosi Ps Celi enarrant gloriam dei etc. ¶ Item celum dicitur gloria racione iocunditatis quo ad eternitatem et secundum hoc dicitur Eccli xxiiii Gyrum celi i. iocunditatem eternam sola et est liber divine sapiencie cuius solius est iocunditatem glorie tenere sine eternitate ¶ Item quo ad concentum sive armoniam que notatur in motu sive in mobilitate celorum que pertinet ad visionem sive contemplacionem continuam Job xxxviii Quis enarrabit celorum racionem et concentum celi quis dormire faciet i. armonie glorie cessare ¶ Item quo ad speciem que est in visione glo-

Act. xxiii a spes celi inclusione
Glo. ad istud celum debemus ten
dere continue ut dicamus cum
apostolo nostra conversatio in celis est quod
fit per ingentem meditacionem ¶ Item
ad ipsum debemus currere per prima
¶ Item debemus rapere per eorum
violenciam regnum enim celo
rum pacitur etc. ¶ Tercio quod illud
celum legimus sepies apertum
in signum quod septem gradibus homini ibi
ascendere patet ¶ Nota ergo quod primo
celi aperti fuerunt in baptismo Christi
sicut in 2º sermone Act. x ubi legitur
quod Petrus erat in excessu men
tis et vidit celos apertos ¶ Tercio Eze.
i ubi dicitur cum essem in medio
captivorum celi aperti sunt ¶ Quarto
Apoc. xix vidi celum apertum
et xx apertum est ¶ Quinto Io. i ubi di
xit Natanaeli videbitis ce
los apertos quod licet non legimus
factum tamen certum est factum fuisse
quod dominus dixit faciendum sicut
dicit Glo. ¶ Sexto Act. vii ecce
video celos apertos et hoc signa
tur quod septem gradibus homini celum
aperitur innocentibus qui per
ipsum penitentibus qui per Pe
trum compacientibus quod per
Ezechielem contemplativis qui
per Johannem prelatis qui per Natha
nael religiosis qui per Stepha
num designantur etc. etc.

Celebritas multiplex est
celebritas culpe Ezech.
xxxvi celebre immundum nomine
multum in quo dividant & immer
sabantur ¶ Item fame Job xv
iii f. pereat memoria eius
de terra et non celebretur nomine
eius in plateis ¶ Item gratie Exo.
o xii circumcidetur prius omne
masculinum eius et tunc recte
celebrabit per masculinum signifi
cantur opera fortia que debent
circumcidi ab omni curiositate et sup
erfluitate et tunc erit celebritas
in anima ¶ Item festive solemp
nitatis in psal. xxx [illegible] facta
est celebritas gaudiis in urbem Naum
i celebra festivitates tuas
Iuda et redde domino vota tua quia
non adiciet ultra ut pertranseat in
te Belial universus periit vel in
teriit et tangit tria que requi
runtur ad observanciam festi
vitatum quorum primum est solemp
nisacio ¶ Secundum quod dicitur ij Mach.
ultimo omnibus qui consilio de
creverunt nullo modo diem istum
absque celebritate preterire ¶ Et Ecc.
xxxiii b in illis diebus festos
celebrabitis ad horam etc. et propter
hoc dicitur celebra festivitates
tuas Iuda ¶ Secundum est bona ac
cio spiritualis quod dicitur et redde do
mino vota tua et ista accio spiri
tualis est ut oracio vel fidei confes
sio non enim [illegible] dicitur
Heb. xi c fide Moysi celebravit
pascha ¶ Tercium est affectio cessacio
sive ab opere servili propter quod dicitur
non adiciet ultra etc. et secundum
hoc dicitur Num. xxviii f. dies vi
mus erit celebrior et sanctus
et sanctus vobis omne opus
non facietis in eo etc.

Clamare multiplex est
celare ypocrisis Amos
ix a si celaverit me
ab oculis meis in profundo ma
ris ibi mandabo serpenti
et mordebit eos et loquitur
ypocritis oculi domini sunt prelati
et doctores a quibus se celant
ypocrite peccatores et hoc in profundo
maris quod dicit asperitatem pre
ceptiori ¶ Et dominus mandat serpe
nti et mordet eos cum permissio
ne domini a demone diversis
temptacionibus cruciantur
¶ Item predicacionis Job xx b cum
enim dulce fuit in ore eius
malum abscondet illud sub
lingwa sua et parcet illi et non
derelinquet illud et celabit in
gutture suo et panis eius ver
tetur in aspidem in utero eius
et loquitur de proditore intimo

ore dulce est malu(m) p(re)dictionis p(ro)pt(er)
q(uod) abscondit illud sub lingua sua si-
a ut sup(er) illud liceat sc(undu)m z non
p(ro)piciatur ne moriatur ignorans
confusionis z ideo peccat aliqu(ando)
sed tamen no(n) delinquit illud
malum sed retinet z celat illud
i(n) gutture i(d est) in corde ut postea
effundat z ideo sequit(ur) q(uod) panis
eius i(d est) voluntas siue appetitus
eius in ventre/ in utero illius i(d est)
in corde in fel aspidum q(uod) signat
venenum rancoris q(uod) effundit
quando p(otes)t p(er) vos detractionis ut de-
tibus ps dicit venenum aspidu(m)
sub labiis eo(rum) z de ista celacione
dicitur Gen. xxxvii quid p(ro)dest
nobis si occiderimus fr(atr)em n(ost)r(u)m
z celaverimus sanguinem eius
¶ Item carnalis delectionis ut qui
celat delictum alterius p(ro)pter
delectionem eius acquirendam Pr.
xvii b qui celat delictum
amicicias querit ¶ Item discre-
tionis Eccl. xx melior e(st) qui insipie(n)-
ciam sua(m) qui celat q(ua)m homo
qui sapientiam suam condit ¶ Item
infidelitatis ut cu(m) quis ce-
lat commissum alterius ne infamiz
Pro. xi qui fidelis est celat a-
mici commissum ¶ Item secreti
z hoc est honoris Pro. xxv gl(ori)a
dei est celare verbum z c.

Cella triplex e(st) cella sine
cellarii p(ri)ma e(st) doctrine
Pro. xxiii Indoctura re-
plebuntur cellaria ¶ Ite(m) e(st) cella
caritatis Can. ii introduxit me
rex in cellam vinaria(m) ordinauit
in me caritatem ¶ Item e(st) cella
aromatice contemplacionis
Is. xxxix ondit eis ezechias
cellas aromatum auri z ar-
genti z odoramentor(um) z vngen-
ti optimi ¶ In aromatibus no-
tatur deuocio in argento dis-
crecio in auro celestis i(n)tencio
i(n) odoramentis dulcis z sancta
affectio in vngento optimo
pietatis compassio e(st) o(mn)ino cella
contemplacio

Cena multiplex est cena
culpe z hec triplex volup-
tatis Judith xii holofernes
fecit cenam seruis suis z ine-
briatus ¶ Item ambicionis Mt.
xxiii amant p(ri)mos recubitus
in cenis z Mr. vi de cena herodis
¶ Item fidelitatis z avaricie
a qua debet surgere qui vult ad
cenam appropinquare Joh. xiii
surrexit ihesus a cena z c. i ad
Cor. x si quis infidelium z c.
¶ Item est cena gr(aci)e z hec est
triplex sancte affectionis Apoc.
iii Ego sto ad hostium z c. ¶ Item
sancte hospitalitatis Joh. xii
fecerunt aut(em) ih(es)u cenam z mar-
tha ministrabat ¶ Item contem-
placionis Apoc. xix Beati qui
vocati sunt ad cena(m) z c. ¶ Item est
cena penitencie Luc. xiv homo qui-
dam fecit cenam z c. hoc pro-
ponitur incipientibus Math.
vi ubi dicitur q(uod) pedestres i(d est)
penitentes cucurrerunt ad ih(esu)m
quibus dedit quinque panes z
duos pisces qui sunt actus
penitencie contricio confessio oratio ie-
iunium z elemosina duos pis-
ces z caritas ¶ Item datur p(ro)-
ficientibus Mt. xv ubi dominus
misertus turbe quia sustinu-
erat eum triduum contricio
confessio satisfactio dedit sep-
tem panes i(d est) vsum septem
donorum z fconu(m) ¶ Item p(er)fectis
datur Joh. xxi z ibi fuit panis
celestis consolacionis vel co-
fortacionis z piscis dulcedinis
diuine ¶ Item est cena eucha-
ristie i Cor. xi conuenientibus
nobis in unu(m) z c. z hec data
sub triplici tropo sub tropo
agni quo ad innocencia(m) man-
ne qua ad dulcedinem vini z
panis quo ad caritatem ¶ Item
cena glorie z hoc figuratur in cena
ozie qua actitar Judicum vi
z hoc p(er)tinet ad sp(irit)ualem cuius
libet consolacionem ¶ Item in cena

darii qua fecit universis principi-
bus Esdre iii et hoc pertinet ad signi-
ficacionis spiritualitatem. Item
in cena assueri Hester i et hoc quan-
tum ad iocunditatem unde et ibi
dicitur quia ibi pendebant ex
omni parte tentoria. Ratio totius quod
sequitur. Item est cena pene
Apoc. xix venite et congregamini
etc. In hac panis est mors. Psalmus
mors depascet eos. potus ig-
nis sulphur etc. carnes assate
lingue ipsorum Apoc. xvi capitulo x
quod manducaverunt etc. pitancia
magna bufo vel vipera Iob
xxiiii dulcedo illius vermes etc.

Cenaculum autem multiplex
est cenaculum quorum pri-
mum est cenaculum iudi-
cium in regressus est Achitophel ad Gelon
ipse autem sedebat in cenaculo
estivo et ibi occisus est cenacu-
lum estivum cenaculum culpe
in quo occiditur qui in eo ma-
net peccati immoratur. Item est
gracie iiii Regum iiii Heliseus dixit
in cenaculum et dormivit
et requievit ibi. Item est cena-
culum pietatis iii Regum xvii portavit
infantem in cenaculum ubi
ipse manebat et posuit super
lectulum suum et clamavit
ad dominum et expandit se super
puerum et sic sanatus est et lo-
quitur de Helya qui typum
gerit predicatoris. infans sta-
tum peccatoris designat. cenaculum
pietatis lectulus sollicitudo
sive quies pietatis clamacio
ad dominum oracio expansio super
puerum informacio per continuum
bonum exemplum. Item est ce-
naculum ecclesie de quo quis
cadit per culpam moritur spiritu-
aliter. Actuum xx de Euthico dormi-
tans sompno cecidit. Item de tercio
cenaculo est mortuus et sana-
tus est ad preces Pauli Euthi-
cus adolescens peccator est lasci-
viens sompnus gravibus solitu

de temporalitatis quo dixit levi-
Item de tercio cenaculo labitur id est cena-
culo ecclesie quod tercium dicitur eo quod
primum cenaculum gracie est sed
prime ut dicitur et tercium est ecclesie
quod ille per Paulum suscitatur quia
per prelatos peccatores ecclesie reconci-
liantur. Item est cenaculum
compassionis ii Regum xviii contristatus
itaque rex ascendit cenaculum
porte et flevit et sic loquebatur
vadens fili mi Absalon etc. non habens
Item est cenaculum oracionis Dan-
ielis cum ingressus est domum id est consciencia
et apertis fenestris in cenaculo
contra Ierusalem tribus temporibus
flectebat genua sua in die
Dan. vi penitens est domus con-
sciencia cuius fenestre sunt af-
fectiones que aperiri debent in ce-
naculo oracionis quod est contra Ierusalem
id est versus celestem Ierusalem et tribus
temporibus quia pro peccato cordis oris
et operis in die [illegible] flectebat
genua sua in signum humilita-
tis et devocionis. Item est cena-
culum religionis iiii Regum iiii
faciamus viro sancto cenacu-
lum parvum et ponamus in eo lectu-
lum et mensam et sellam et
candelabrum. cenaculum parvum
religio est per humilitatem in qua
debet poni lectulus quietis
spiritualis et mensa refectionis
et sella devocionis et candelabrum
divine conversacionis et de hoc
dicitur Actuum i cum introisset
in cenaculum suum id est religionis
ascendebant superiora ad sta-
tum contemplacionis. Actuum primo
et ibidem. Luce xxii ipse mo-
strabit vobis cenaculum gran-
de et illic parate nobis pascha.
cenaculum contemplacionis
cenaculum grande est quia est
grandium id est perfectorum et ibi pascha
domino paratur quia contemplatis summe re-
... est. Finis.

Cena dei et est cena hominis
cena dei ad dominum est ad istum [illegible]

siue inuscendum Exo xiiij cupiebant
dus q' pergere ad inuidendum vocant
eum de medio rubi r ps parum
no appres huc solue calciamentum
rc ¶ Item ad flagellandum Exo xx
xij b ait dns ad moysen eo quod
populus ille dure ceruicis sit dimitte
obsecro ut irascat furor rc ¶ Item
est cupie honoris et hoc multiplex
quia e cupie adolescentium in tabuli
bus et hoc avaricie Eccl lv b qt
p(ro)dest possessori nisi q cernat di
uicias suas ¶ Item est cupie libidie
Gen xxx Cernens aut rachel q
esse infecunda inuidit sorori
sue et ait marito suo da michi
liberos alioquin moriar ¶ Item
est cupie ime Exo ij b cumque
paruulum in fiscella vagiente
miserta est eius ¶ Item e cupie
gaudij Gen l Cernens Ioseph
ruit sup faciem patris flens et de
osculans ¶ Item est cupie caute
tele ubi cum aliqui videt ma
la alior ut peccos se corrigant
Ecc xxxviij c Preciti te ante facie
regum rc et decidit te ut cuncret
te loquitur de ethe et vub ¶ Item
est cupie contemplacionis Ys xx
xiij c regem in decore tuo vi
debunt oculi eius cernet a longe

Certamen multiplex est
certamen quorum primum e
curiositatis Ecc iij Secca
re que te no molestat no cta
mis ¶ Secundum est animositatis Ecc
xxviij de certamen festinante
incendit ignem ¶ Tercium e ius
ticie Ecc iiij a pro iusticia certa a
gonizare et usque ad mortem certa
pro iusticia ¶ Quartum est ignorancie
Sap iiij a in coinquinatorum
certaminum premium vincens ¶ Quin
tum est fortitudinis Sap x d
certamen forte dedit illi ut vi
ceret ¶ Sextum prudencie Sap
viij d in certamine loquele illius
¶ Septimum est fidei i ad thi
vi certa bonum certamen fidei app
rehendit vitam eternam ¶ Octavum

est martirij siue passionis Zach
xiiij a Egredietur dns et preliabitur
contra gentes i gentiles per
sentes sicut preliatus e in die cer
taminis siue passionis ¶ Illud
certamen aggrediendum est au
dacter ad phi i g decretum est
nobis pro xpo non solum ut creda
tis sed ut pro xpo paciamini ¶ Item
et certamine virtutes q'le indiscre
me ... ¶ Item prudenter Coll
i g docentes omnem hominem
in omni sapiencia ut exhibeamus
omnem hominem perfectum in xpo
ihu in quo laboro certando secundum
operacionem eius quam operatur in
me in virtute ¶ Item paciente
hebre xij a per pacienciam curramus
ad propositum nobis certamen
Item perseueranter ij ad thi iiij
bonum certamen certaui rc Hugo p
seuerancia est vigor virium
virtutis et consummacio victrix
ad iniciatum mediatrix ad pre
mium soror paciencie constan
cie filia amica pacis amicia
ciarum nodus unitatis vincu
lum propugnaculum sanctita
tis tolle perseuerancia nec obse
quium mercedem habet nec benefi
cium graciam nec laus laudem For

Certitudo ¶ Certitudo
multiplex e certitudo fi
dei ij ad thi i scio cui cre
didi rc ¶ Item experiencie Ths
in f hoc perto lest omnis qui
colit te quia si uita eius in
probacione fuit coronabitur si in
tribulacione liberabitur ¶ Item
ueritatis Deut xiij si inuenis
certum esse q dicitur q hanc ab
hominacionem ope perpetrata statim
percucies habitatores habitatores ur
bis ¶ Item solercie siue astucie
et de hac in precedenti dictum Eccl xix
f. est solercia certa rc q' emittit
verbum certum enarrans veritatem
¶ Item e instabilitatis Sap vij f
e in illa spus unicus sanctus
et per certus et suauis rc ¶ Item est

revelacionis. Ysa. xxi. Heu sum
in quo velox fit depredacio tabernaculi
mei. Sum quod dicens michi significa
vit. Item presumpcionis de bono
alieno. Ro. xv. Certus sum enim
fratres mei et ipse ego de vobis quia
plenum est dilectione. ¶ Item constan
cie. Ro. viii. Certus sum enim quia neque
mors neque vita etc. ¶ Item oppor
tunitatis sine prudencie. Eccl. x
xii. Quis dabit ori meo cus
todiam et super labia mea sig
naculum certum. Certitudinem
docentem me locum loquen
di modum et causam etc.

Cervix multiplex ela
cionis. Ps. Dominus iustus
concidet cervices pecca
torum. Nichil adeo displicet deo
sicut cervix erecta per superbiam. ¶
Item obstinacionis. Exo. xxxii.
Video quod populus iste dure cervicis
sit. ¶ Item presumpcionis. Job xv.
Cucurrit adversus deum col
lo erecto et pingui cervice ar
matus est. ¶ Item cordis las
civi. Eccl. xxxviii. Tristicia cordis
flectit cervicem. ¶ Item contraccio
nis. Act. vii. Dura cervice et in
circumcisi corde etc. ¶ Item incor
rigibilitatis etc. Ysa. xlviii. Scio
quia durus es tu et nervus
ferreus cervix tua etc.

Cessacio. Circa cessacionem
Nota quibus cessandum
est et a quibus non est ces
sandum et que facit deus ces
sare. ¶ Circa primum nota quod cessan
dum est a vanitate gaudiorum
temporalium quoad carnales. Ysa. x
xiiii. Infirmata est vitis et in
gemuerunt omnes qui letaba
ntur corde et cessabit gaudium
tympanorum etc. Vitis est vita
carnalis que cum infirmatur
absorbetur leticia, mentior inge
mitum dicitur et gaudium mundi
cessat. ¶ Item a tumultu curarum
temporalium. Job iii. Ibi impii ces
sant a tumultu et hoc per adventum

¶ Item ab irrogacione contumeliarum.
Prov. xxii. Eice derisorem et exibit
cum eo iurgium, cessabunt contu
melie. ¶ Item a voracitate gulosi
tatum. Eccl. xxxi. Noli non mandu
care multum ne forte odio habearis
et cessa prior causa discipline. ¶ Item
ab oppressione miserorum. Ysa. xiiii. Quomodo
cessavit exactor, quievit tri
butum. ¶ Circa secundum nota quod est
cessandum a clamore predicacionis.
Ysa. lviii. Clama ne cesses, quasi
tuba exalta vocem tuam. ¶ Item
ab orationis ordine quod facie
bat Paulus sicut dicitur Coll. i. Non
cessamus orantes pro vobis. ¶ Item
a sciencia bone operacionis. Eccl.
xi. Mane semina semen tuum
et vespere non cesset manus tua. ¶ Circa
tercium nota quod a carnalibus facit
deus cessare gaudium. Ozee ii.
Cessare faciam omne gaudium
eius. ¶ Item a potentibus adiu
torium. Ysa. xvii. Et cessabit adiu
torium ab Effraym. ¶ Item a super
bis memoriam. Eccl. x. Sedes ducum
fecit et disperdidit eos et
cessare fecit memoriam eorum
arida arefecit auferendo prosperi
tatem, disperdidit dissipando
potentiam et ... cessa
re fecit memoriam eorum
annichilando potenciam. ¶ Item
gemitum a penitentibus. Ysa.
xxi. Omnem gemitum eius cessare.

Cibus animalis ¶ Est
triplex. Est cibus. Est cibus
cibus necessitatis corpo
ralis. Exo. xvi. Preparant omnia
que inferant. ¶ Item vor
agentibus. Eccl. xxxvi. Omnem
escam manducabit venter
et cibus cibo melior. Et nota quod
circa cibum istum sit cavenda
emulacio scandali. Ro. xiiii.
Si frater tuus propter cibum scan
dalizatur, iam non secundum ca
ritatem ambulas. ¶ Item a mo
cio omnis voluptatis quod fe
cerat Job cum dicebat. Job iii.

quibus nolebat tangere anima
mea nunc pre angustia cibi mei
sunt q.d. que prius delectam adso
lutatem nunc recipio ad necessita
tem pre angustia et tribulatione ex
pulse. Item ut decor fiat ex pla
pietatis Malach iii c. Inferte
omnem decimam in horreum me
um ut sit cibus in domo mea
Item est cibus culpe Abacuk
i c. incrassata est pars eius et cibus
eius electus et loquitur de cibo dya
boli qui est cibus culpe. Iste
multiplex est primus est adu
lationis Prov xxiii a ne desi
deres de cibis eius in quo est
panis mendacii. Item est
est cibus proditionis Prov xxiii
a ne comedas cum homine invido
et ne desideres cibos eius. Item est
cibus cupiditatis Job xxx
a radix iuniperorum cibus eorum
glo. i. amarorum. Item mundane
et voluptuose prosperitatis Job x
xx increpat quoque per dolorem
i. dolores immissum lectulo s.
voluptatibus omnia ossa eius i.
virilitates eius marcescere
facit i. deficere abhominabilis
ei fit in vita sua panis ci
bus ante desiderabilis panis
ille est voluptatis mundane
sive prosperitatis qui fit abho
minabilis ipsi dolore percusso
licet ante doloris immissione
esset ei desiderabilis. Item cibus
est gulositatis Tren i de de
runt pretiosa pro cibo ad refo
cillandam animam et de hoc Eccl x
xxi b confundite in cibis tu
is donec exclamat te bibu
ter. Item est cibus gratie que
parat deus penitentibus Ps
parasti cibum illorum et iste
triplicatur secundum triplicem statum
incipientium proficientium et
perfectorum sive activorum contempla
tivorum et prelatorum. Cibus activorum
triplex primo Prov xiii sunt mul
ti cibi in novalibus primum nova

lia primum designant statum prime
in quo sunt multi cibi i. delecta
tiones. Item obedientie Joh iiii
f. meus cibus est ut faciam
voluntatem patris mei. Item
misericordie ii ad Cor ix a si desti
buero in cibos pauperum etc. Item
est cibos contemplativorum et hic
est triplex caritatis unde
Ps qui simul mecum dulces ca
piebas cibos etc. dulces cibi
caritatis est. Item est cibus
doctrine Job xxxviii quis
preparavit corvo escam
suam cum pulli clamant
ad deum vagientes eo quod non
habebant cibos. Corvus pe
nitens est esca doctrina que
preparatur deo penitenti unde
illud Ps pasti cibum illorum pul
li affectiones interiores que cla
mant ad deum vagientes
eo quod non habent cibos doctrine
et cogitationibus. Item contem
plationis Ps panem ange
lorum manducavit homo.
Item est cibus prelatorum et hic
triplex est iustitie Eccl xiiii
ante obitum tuum operare
iustitiam quia non est apud
inferos invenire cibum suum.
Item eucharistie qui etiam
dicitur cibus prelatorum eo quod
in eo delectari tenentur
Jo vi caro mea vere est cibus
et sanguis meus vere est potus. Item
correctionis salutaris et ne
cessaria prelatis Eccl xv cibavit
illum pane vite et intellectus.
Item est cibus glorie Mt x b
dignus est operarius cibo suo
iste cibus est invisibilis de quo
dicitur Tho xii f. Ego cibo in
visibili et potu qui ab homini
bus videri non potest

Cilicium multiplex est
cilicium est enim cilici
um contritionis Jo
el i b accingite vos ciliciis
et plangite et ululate quia

nos est causa ira furoris domini
a nobis. Item doloris natura
lis .i. insignum doloris natu
ralis. Gen. xxxvii quod scissis
vestibus indutus est cilicio
lugens filium suum multo
tempore et noluit consolari qui lu
gebat Joseph. Item indumentum
quibus cilicio compassionis in
signum. Ezech. xxvii quod accingen
tur ciliciis et plorabunt te in
amaritudine anime sue planc
tu amarissimo. Item insignum
carnis mortificacionis. Ju
dith viii b lumbos super lumbos
suos cilicium ieiunabat omnibus
diebus vite sue. Ps. Cum mi
molesti essent induebar. Item
insignum pro insignio penitencie
oris. Mt. xi c. Ve tibi corozaim
ve tibi bethsaida quia si in
tyro et sidone facte essent vir
tutes que in te facte
sunt olim in cinere cilicio et cine
re penitenciam egissent et sciendum dicit
... et cilicium sunt arma pe
nitencium. Item insignum
humiliacionis. Iere. ii ... conspe
rserunt cinere capita sua ac
cincti sunt ciliciis. Item insig
ni humilitatis ad graciam. Ju
dith iv a induerunt se cilicio
posuerunt cinerem super caput su
um et prostrati se clamaverunt
ad dominum. Item est cilicium
eterne dampnacionis. Ys. iii g
erit pro crispanti crine calvicium
et pro pectorali cilicium.

Cymbalum est cymbalum
multiplex quia cum di
versitatis sec[undum] I ad Cor. xiii
in a si linguis hominum loquar
et angelorum caritatem autem non ha
beam factus sum etc. In lingua
hominum notatur scientia natura
lis. In lingua angelorum scientia
moralis que sine caritate
eri sonanti et cymbalo tinnien
ti comparatur. Item est cymba
lum presumpcionis et arroga

ncie. Ys. xviii a. Ve cymbalo ter
re alarum se elevat i. tumentibus ar
rogantibus qui ad modum alarum
se elevant et ad modum que
cymbali iactancie sonitum
prestant. Item iocunditatis fes
tive. II Reg. vi c. David autem et omnis
Israel ludebat coram domino in
omnibus lignis fabrefactis
et liris et cytharis et tympanis
et cymbalis. Item oracionis de
vote. I Paralip. xv c. Dixit da
vid principibus levitarum ut
constituerent de fratribus suis
cantores in organis musicorum
et cymbalis ut resonaret in
excelsis sonitus leticie. Item
iubilacionis sancte. Ps. Lauda
te eum in cymbalis etc.

Cingulum est multiplex
est cingulum fidei. Ys. xi
fides cinctorium renum
eius. Item iusticie. Ys. xi c. Erit
iusticia cingulum lumborum
eius. Et Eccl. xlv ... circumcinxit
eum zona iusticie. Item cin
gulum castitatis quo cinge
batur aaron que erat de bis
so retorta. Et Ezech. xvi. Unxi
te oleo s[cilicet] gracie et vestivi te dis
coloribus s[cilicet] caritatis et calcia
vi te iacincto celestis desiderii
et cinxi te bisso s[cilicet] castitatis et in
dui te subtilibus contemplacionis
eterne veritatis et ornavi te orna
mento bone conversacionis. Item
est cingulum humilitatis. Job xii Ducit
sacerdotes ingloriosos et optimates supplantat
... regum dissolvit et precinget
fune renes eorum. Hic funis signat
cingulum humilitatis. Istud cingulum
amittitur superbi et mundani. Jere
xiii d. Transivit ultra flumen
filia mar[?]. et loquitur de cyro
qui gerit typum superborum. Item
est cingulum fortitudinis. Ysa. v
f. Non dormitabit neque dormi
et nec solvetur cingulum renum eius
Ps. ... precinxit fortitudine etc.
Item est cingulum penitencie. Ys. xxii

Invocavit dominus deus exercituum in
die illa ad fletum et planctum ad cal
vicium et cingulum sacci et ecce
gaudium et leticia occidere vitulos
iugulare arietes. Item est cingu
lum veritatis. Psal. Succincti
lumbos mentis vestre in veritate.
Item est cingulum dignitatis. Ysa.
xxii. Induam illum tunica
tua et cingulo tuo confortabo illum
et potestatem tuam dabo in manibus
eius et erit quasi pater habitantibus in
iherusalem. Item sobrietatis. i pe. i.
propter quod succincti lumbos mentis vestre so
brii et perfecte sperate in eam que vo
bis offertur graciam. Item boni
tatis divine et hoc signatur
per zonam auream qua precinctus
erat ad mamillas quem vidit
Joh. apok. Item est cingulum
voluntatis proprie. Joh. xxi. Cum
cum esses iunior cingebas
te et ambulabas ubi vole
bas cum autem senueris etc. Item
obediencie cum autem senueris
extendes manus tuas etc.
Item est cingulum afflictionis
et tribulacionis. Job xix. Saltem intel
ligite quia deus non equo iudicio
afflixerit me et flagellis suis
[...]uis apula cinxerit.
Quadruplex est cinis et iste
ponitur in scriptura.
Primo insignium reco
gitande creacionis. Job xxx. Com
paratus sum luto et assimilatus
sum faville et cineri. Item in
signium recogitande resolu
tionis eo quod in cinerem resolve
mur et de hoc dicit Job xxx
iiii. omnis caro deficiet et homo
in cinerem convertetur. Eccl. xvi
dicitur sunt omnes terre homines
terra et cinis et insignium istorum
duorum dicit sacerdos in die cine
rum memento quia cinis etc. Item
insignium humiliacionis. Eccl. xl.
Occupacio magna creata est
omnibus a presidente super sedem
gloriosam usque ad humiliatum in terra

cinis et unde homines superbire
est quasi monstruo sunt et ideo
Eccl. x. quid superbis terra et cinis
vir et superbus dicitur. Job xiii. Me
moria vestra comparabitur cineri
et redigentur in lutum cervices
vestre. Item insignium amaritu
dinis et doloris. Je. vi. consper
gere cinere luctum unigeniti fac
tibi. Hest. iiii. Mardocheus scidit
vestimenta sua et indutus est
sacco spergens cinerem capiti suo.
Item insignium penitencie. Job ult. Au
ditu auris audivi te et hoc primo
insignium contricionis que est
prima pars penitencie. Ps. cinerem tam
quam panem manducabam etc. Item
insignium confessionis. Treni
iii. confregit ad numerum dentes
meos et cibavit me cinere
dentes sunt peccata que in con
fessione ad numerum confringuntur
cum homines quelibet singu
lariter confitentur sed cinere cibantur
cum lacrimabiliter et amare con
fitentur. Cinis enim amaritu
dinem designat cibacio quod fit ore
confessione. Item insignium sa
tisfactionis. Job xvi. operui cinere
carnem meam et facies mea
intumuit a fletu. Duo dicit
ex quibus conficitur prima
scilicet carnis mortificacionem
et devocionem. Primum notatur
cum dicit operui cinere carnem
cum dicitur facies etc. Item in
signium recordande fragilita
tis proprie. Hest. xiii. a cum disposu
isset Hester vestes regias fle
tibus et luctui apta indumen
ta suscepit et pro unguentis variis
cinere implevit caput suum
et corpus suum humiliavit
ieiuniis. Nota quatuor de
posicionem vanitatis cum dicitur
cum deposuisset Hest. vestes
regias manifestacionem
contricionis cum subditur fleti
bus et luctui apta indumenta
suscepit. Recordacione humane

fragilitatis et pungentis
variis curis implevit caput
suum caput mentis cum hec
fragilitas humana vnge-
ta varia diversa peccata. certum
est mortificacio carnis sicut quod
dicitur ps. ea et humiliavit cor-
pus suum ieiuniis. ¶ Item ponitur
insignum deiectionis. Eze. xx-
vii. dabo te in cinerem super
terram in conspectu omnium viden-
cium te. ¶ Et ideo quod in cineratorum
per penitenciam sine humilitatem
interest deo loqui et rogare
de secretorum suorum manifesta-
cione et ideo abraham volens
loqui ad dominum et rogare de sub-
versione civitatum allegavit
se esse in cineratum dicens Gen.
xviii quid loquar ad dominum cum
sim terra et cinis. ¶ Item talium
est deprecari dominum in oracione. Dan.
ix. posui faciem meam ad
dominum meum rogare et depre-
cari in ieiunio sacco et cinere. Ie-
iunium dicit contra carnali-
tatem saccum contra superbiam
cinis contra sue fragilitatis
oblivionem que tria impediunt
oracionem. ¶ Item talium est offerre
sacrificia deo quod fit in celebracione
missarum sine devocione sine
sui ipsius mortificacione. Iu-
dith iiii. precincti ciliciis offere-
bant sacrificia coram domino et cin-
eris super capita eorum et optime
iungit cinerem et cilicium quia
cinis et cilicium sunt arma pe-
nitencium. ¶ Item talium est iram
divinam impetrare sine iram
dei de affligendo revocare quod
significatum est Ione iii ubi le-
gitur de rege ninive qui sedit
in cinere et induto sacco et de
ieiuniis qui fecerunt super
super quod impetraverunt iram domini
iram ne subverterent civitatem
quam ionas subvertenda predixe-
rat. ¶ Item talium est corona glorie
obtinere. Ys. lxi. dabo coronam pro
cinere

Circulus multiplex
est circulus iniudicie
qui per circulus aureus
in naribus suis mulier pul-
chra et fatua id est sicut circulus
aureus cum ponitur in naribus
suis sordidatur sicut pulchri-
tudo in muliere fatua sordida-
tur plurimum. ¶ Item est circulus
perfidie. Ys. lviii. numquid est tale
ieiunium quod elegi per diem hominem
affligere animam suam numquid con-
torquere quasi circulum caput su-
um et saccum et cinerem sternere
tria dicit affligere animam
insignum mortificacionis con-
torquere caput quasi circulum in-
signum devocionis saccum et
cinerem sternere insignum humilia-
cionis. ¶ Item est circulus doctrine
ecclesiastica. Ec. i. in circuitu pergit in
circulos suos revertitur et loqui-
tur de sole qui est xpistus qui omnia
circuit per doctrinam et circulos sapie-
ncie sue revertitur. ¶ Item pene.
Ys. xxxvii. ponam circulum in
naribus tuis et frenum in labiis
tuis et reducam te per viam
per quam venisti. ¶ Item poten-
cie dei ut ibi Job xl. numquid
pones circulum eius in naribus
et loquitur de behemoth cuius
nares sunt astucie demonis
circulus est potencia dei que
in naribus behemoth ponitur
cum astucia demonis per potenciam
dei coartatur etc.

Circuitus est circuitus
demonis dei et hominis.
Circa primum nota quod circuit
dyabolus homines ad temptandum
per malarum cogitacionum immis-
sionem. Tren. i. f. mandavit
dominus adversus iacob in circui-
tu eius hostes eius. Iacob peni-
tens hostes demones qui in
circuitu iacob sunt cum penite-
tem ad temptandum circueunt
set quia hoc fit domino permittente
ideo ponitur mandavit dominus.

Jacob. ¶ Item circuit ad conculcandum
quod fit per consensum et delectationem
Job i circuivi terram et perambulavi
eam. ¶ Item ad devorandum quod fit per
peccati perpetrationem tunc enim
homines sibi incorporat. i Petri v
circuit querens quem devoret
¶ Item est circuitus dei et hic triplex
quia est circuitus potencie ps.
ignis in conspectu eius exar
descet. ¶ Item est circuitus sapientie
ps. posuit tenebras latibu
lum suum etc. In latibulo tene
brarum designatur profunditas
sapientie dei que est in circuitu eius
qui ideo tenebras posuit ut
homo ad eam attingere non posse
ostenderet. ¶ Item est circuitus boni
tatis. Luc. iv Et lustrans univer
sa per circuitum regit spiritus. Et nota
quod deus circuit predicando docendo
Mt. iv Et circuibat ihesus totam
galileam etc. ¶ Item activos
penitentes. Sapientie vi dignos
se ipsa circuit querens et in viis
suis ostendet se illis hilariter et in
omni providencia occurret illis
id est utiliter. ¶ Item circuit celes
tes. Eccli. xxiv Gyrum celi
circuivi sola et loquitur de sapientia
increata ¶ Item circuitus hominis
et hic multiplex et est circuitus
indifferens et est bonus et malus
indifferens triplex perplexi
tatis ps. Factus sum tamquam vas
perditum quia abivi etc. ¶ Item
mundane sollicitudinis ps. Ca
put circuitus eorum labor labiorum etc.
¶ Item naturalis colligacionis
membrorum Job x Manus tue
domine fecerunt me et plasmaverunt me to
tum in circuitu ¶ Item est circuitus
bonus et hic triplicatur secundum
statum incipiencium et proficien
cium et perfectorum ¶ Et nota quod triplex
est circuitus incipiencium
quia interioris diligencie ex
terioris penitencie salutaris providen
cie ¶ De primo ps. xxxi Sume
citharam i mortificacionis

circuivi civitatem i cordis per diligen
tem inquisicionem in tribus ab
lucioni tradita i penitentie pa
¶ De secundo Eccl. xii Et circuibunt in pla
tea plangentes antequam rum
patur i dissolvatur funis ar
genteus i vita que funis ar
genteus propter preciositatem et subtili
tatem comparatur ¶ De tercio Ys.
xlix Leva in circuitu oculos
tuos et vide ¶ Item est circuitus
proficiencium et hic triplex humili
acionis Hebr. xi Circuierunt in
melotis in pellibus caprinis me
lus est animal et corius dicitur
et est valde hispida unde signat
humilitatem et asperitatem ¶ Item
sancte sollicitudinis Jer. v Circuite
vias ierusalem hic per illum sunt
opera religiosorum quas circuire
debebunt proficientes solicite
ut se edificent. Item divine
laudis ps. Circuivi et immola
vi in tabernaculo eius ¶ Item
est circuitus perfectorum et hic est triplex
desiderii divinos. Dominabitur a mari
usque ad mare et ab aquilone
usque ad orientem circuibunt que
rentes verbum domini et non inve
nient ¶ Item devocionis Cant.
iii a surgam et circuibo civitatem
per vicos et plateas etc. ¶ Item
contemplacionis Eccli. xxiv Gy
rum celi ¶ Item est circuitus malus
et hic multiplex quia est circui
tus impietatis ps. In circuitu
tuo impii ambulant. Item
presumpcionis Mt. xxiii
Ve vobis ypocrite qui circuitis
mare et aridam ¶ Item curiositatis
sive vanitatis i ad Thi. v Oti
ose discunt circuire domos
non solum ociose sed et verbose et
curiose. Item mora carnalis ps.
iniquitas calcanei mei circumdabit me.
Item pene temporalis Eccli. Ultio li
berasti me a multis tribula
cionibus ¶ Item pene eterne ps.
Circumdederunt me dolores
inferni et pericula etc. Desc.

Circumcisio multiplex est. circumcisio materialis et spiritualis. materialis duplex. ¶ Prima est qua circumcisi sunt iudei et hec data est propter septem causas. Primum propter fedus copulandum inter deum et genus humanum. Gen. xvii. hoc est pactum meum quod observabitis inter me et vos et semen tuum post te circumcidetur omne masculum et circumcidetis carnem prepucii. ¶ Secunda est propter bonam obedienciam ut homo qui deo displicuit propter inobedienciam placeret ei propter obedienciam et hanc causam posuit alcwinus et strabus super epistolas. Tercia ut circumcisio exterior esset signum interioris et hanc ponit Ambrosius super epistolas. Quarta est ut plebs signum plebis [?] ille ab aliis nacionibus discerneret ut dicit Augustinus. Quinta est propter doctrinam instruebatur enim populus ut sicut fiebat circumcisio in membro virili ubi viget luxuria igitur circumcideret et retineret ab anima omnem luxuriam et hanc ponit Augustinus. ¶ Sexta est propter sacramenta fiebat enim cultro lapideo lapideo et octava die et significabatur quod per petram christum circumcidendi sumus ab omni culpa et pena in octava die resurrectionis et hec est moralis. Septima est remedium culpe. Beda. Idem salutifere curationis auxilium circumcisio in lege contra originalis peccati vulnus prebebat quod baptismus agere tempore gratie consuevit excepto quod regni celestis ianuam nondum intrare poterat. ¶ Item est circumcisio materialis qua circumcisus est christus. ¶ Et nota quod quadruplici ratione voluit circumcidi christus. ¶ Fuit enim circumcisus in exemplum in signum in remedium in misterium. ¶ In exemplum legis implende. ad Ro. xv. dico enim ihesum christum fuisse ministrum circumcisionis propter veritatem dei ad confirmandas in nobis promissiones patrum ut legem in nobis confirmaret per quam adimplentur promissiones patrum. Item in signum nature corrupte natura enim corrupta erat per peccatum cuiusmodi corrupcio provenit ex peccato ade sed quia non potuit transfundi preter generationem [?] et ideo christus ut hoc ostenderet in membro viri voluit circumcidi ut dicit Augustinus. ¶ Item in remedium ut quemadmodum fit cauterium in uno membro ut totum corpus sanetur sic christus voluit pati cauterium circumcisionis ut sic salvaretur totum corpus misticum. Col. ii. circumcisi estis circumcisione non manu facta non in expoliacione carnis sed circumcisione christi. ¶ Item in misterium spiritualis circumcisionis significandum ut dicitur sequenti Philippenses iii. nos enim sumus circumcisio qui spiritu servimus et gloriamur in christo ihesu et non in carne fiduciam habentes. ¶ Item circumcisio spiritualis et hec triplex scilicet incipiencium proficiencium et perfectorum. prima est circumcisio perfectorum et hec triplex quia circumcidi debemus a peccatis mortalibus a peccatorum radicibus mortalium a peccatis venialibus [?]. ¶ Primum significatur in circumcisione abrahe qui fuit circumcisus cum filio suo hismaele et servis suis vernaculis et empticiis. abraham multarum gencium significat liberum arbitrium a quo generaliter fiunt multe generationes spirituales et carnales. hismael interpretatur exaudibilis deo vel deus et significat racionem. servi vernaculi significat motus temptacionum procedencium ex parte affectionis. servi empticii motus provenientes ex parte

sensualitatis qui omnes debent
circumcidi cultro gratie spiritualis qua-
liter quia liberum arbitrium
a falso iudicio et racio ab ignorancia et
affectu a falso amare et sensuali-
tatis ab inmundicia operacione cir-
cumcidenda est. ¶ Set pro dolor quia
quidam sunt qui primo spiritualiter
circumcisi fuerunt et postea adducunt
prepucium peccati licet dicatur I Cor. vii
circumcisus quis vocatus est non adducat
prepucium peccati. ¶ Item quidam circumcidun-
tur exterius et non interius ut ypo-
crite licet dicatur Jere. iiii circumcidimini
viri iuda et reponite se postea di-
cens et auferte prepucia cordium
vestrorum. ¶ Item quidam circumciduntur
interius et non exterius et hiis prohi-
betur intrare sanctuarium. Ezech.
xliiii omnis alienigena in-
circumcisus corde quo ad interiora
et incircumcisus carne quo ad exterio-
ra non ingredietur sanctuarium
meum. ¶ Item quidam nec interius
nec exterius et isti peribunt de
populo dei. Jere. ix. Visitabo super
omnem qui incircumcisum habet
prepucium. ¶ Item debent circumcidi
incipientes a radicibus pecca-
torum mortalium et tercia tem-
ptacionum qui tres sunt scilicet proprie-
tas voluntatis carnalitatis
et possessionis que per tria cir-
cumciduntur. Ut dicit Hugo qui sic
dicit optime nos circumcidunt
voluntaria paupertas nos circum-
cidit a cupiditate labor a
voluntate regularis disci-
plina a delectacione. ¶ Item debent
circumcidi incipientes a levi-
tate morum affectionum cogita-
cionum et a venialibus peccatis
per signum. Machab. ii. ibi legitur
quod mathathias et amici eius
circuierunt et destruxerunt aras
et circumciderunt pueros incircumcisos
quotquot invenerunt in filiis israel
pueri sunt incipientes qui
incircumcisi dicuntur cum leves
sunt in moribus et affectionibus

sed circumcisi dicuntur cum talia ab
ipsis excluduntur. ¶ Item circumci-
sio fit superfluorum et hoc perfici-
entium debet. De qua dicitur Deut.
xxi si egressus fueris ad pugnam
contra inimicos tuos et videris
in numero captivorum mulierem pul-
chram et amaveris eam volueris-
que habere eam in uxorem introduces
eam in domum tuam que radet
cesariem circumcidet ungues et de-
ponet vestem in qua capta est
sedens in domo tua flebit patrem
suum et matrem suam uno mense.
Egredietur perfectus contra
inimicos cum conatur ad expug-
nacionem temptacionum. Muli-
er pulchra est status vel vita
religiosa que debet amari. Hec
in domum introducitur cum tota
ea cogitacio in sator. raditur ce-
saries cum vanitas honorum
ab ea excluditur circumciduntur
ungues cum temporalia ab ipsa
removentur deponitur vestis
in qua capta est cum carnalita-
tes excluduntur. Huius circumcisio-
nis triplex est affectus vel effectus vel
triplex est mos. ¶ Primus est ablacio
obprobrii egipti de quo Josue
v. ubi dixerunt filii israel post
circumcisionem hodie abstuli
a nobis obprobrium egipti obpro-
brium egipti ignorancia spi-
ritualis que aufertur cum homo
spiritualiter circumciditur. ¶ Secundus
affectus est reconciliacio peccatoris
Exo. iiii. tulit zephora acu-
tissimam petram et circumcidit
prepucium filii sui et sic placavit
angelum zephora anima pecca-
tricis que reconciliatur deo per
circumcisionem primam i. primaliter
venientes. ¶ Tercius est profectus de
virtute in virtutem. Exo. expulsi
quibus perquirunt i. penitencium
voluit transire in colonia vestra
i. societatem religiosorum
ut faciat phase domino quod est
transire de virtute in virtutem

Primo vite est q ab omni mala spe-
cie caveatur. ¶ Virtus offensus confessio
boni exempli. Debent enim boni
esse quasi lucerne ardentes in noc-
te peccati ut ipsos peccatores illumi-
nent. accidit cum se omnino de cum-
cidunt q peccatores videntes alij
exemplum circumcidendi semet
ipsos accipiunt. q signat Judith
xiiij ubi dicitur q Achior videns
mirabilia que fecit dominus videns
circumcisus relicto gentilitatis
ritu credidit deo et appositus est
ad populum israel. Achior signat pec-
catores qui vident mirabilia
que fecit dominus circumcisis ab amo-
ribus mundanis et relicto gen-
tilitatis ritu i. conversatione pecca-
torum ad societatem ipsorum transeunt
et descendunt. ¶ Tercia circumcisio est per
ferrum et hoc signat perfectam
circumcisionem que fecit Josue in
Galgalis de hac Deut. xxx
circumcidet dominus deus cor tuum
et cor seminis tui ut diligas
dominum deum tuum etc. Et hec quippe
est circumcisio pulchra pulcherrima
et perfectissima datur ipsis perfectis
... et ipsa ... xpi qui circumcisionem
gerit perfectorum de qua Isaie xxxv da-
ta est gloria libani i. in nativitate
in nativitate decor carmeli
i. pulchritudo conversionis in
conversatione carmeli cum circum-
cisio interpretatur cantans sci-
enciam q pertinet ad perfectio-
nem. ¶ Et ideo q hec circumcisio que
est perfectorum dicitur fieri per
omnes sensus debent enim per-
fecti circumcidere cor suum primo
a prava cogitacione Jer. iiij circum-
cidimini domino sed pro dolor
q dicitur Jer. ix omnis domus
israel incircumcisi sunt corde.
¶ Item debent circumcidere animam
ab obduratione ne sint similes
aspidi obdurantes aures suas.
Sed pro dolor quia dicitur Act. vij
dura cervice et incircumcisi au-
ribus vos semper spiritui sancto

resistitis. ¶ Item oculos a lasci-
via consideratione quia ad mo-
dum Job qui dicebat pepigi
fedus cum oculis meis ut ne
cogitarem de virgine. ¶ Item
labia a loquendi inconsideratione
ne sic fecerat Moysi qui dicit
Exo. vj incircumcisus labijs ego
sum. ¶ Item tactum a sollicita
delectatione q signatur Deut. xxj
ubi dicitur q mulier capta
i. redempta debet circumcidere in
bello i. anima i. bello passionis
xpi capta i. redempta debet
circumcidere ungues i. illicitos
tactus delectationis. ¶ Sed pro do-
lor quia hanc circumcisionem pro-
hibet facere Antiochus i. dyabolus
i. Mach. i. et ij Mach. vj ubi dicitur
q servi Antiochi duas que
circumciderant natos suos preci-
pitaverunt per murum sic multi
eos qui se volunt circumcidere
ab omnibus sensibus suos multa cruciati-
onibus persequuntur etc.

Conversacio duplex est
conversacio in bono et in
malo. In malo autem
duplex est quia est conversacio
quantum ad culpam temptacionum
ad penam. ¶ Quantum vero ad pena-
m triplex est quantum ad lu-
xuriam Judic. xix Ecce homines
civitatis illius circumdederunt
noctu domum in qua manebam
et uxorem meam incre-
dibili furore vexabant. ¶ Item
quantum ad gulam Judic. xvj
Philistei circumdederunt ut Sap-
sonem Philistei interpretantur po-
cione cadentes et signant gu-
losos et ebriosos. ¶ Item
quantum ad avariciam Josue ix
ut audierunt Cananei et om-
nes habitatores terre ... que
... circumdederunt nos
Chanaan interpretatur negociacio
et signat cupidos qui ex cu-
piditate negociantur. ¶ Item
quantum ad superbiam ...

iste z circumdate ciuitate sicut
rex syrie syri interpretantur superbi
Item quantum ad ypocrisim Job xl
circumdederunt me salices torren-
tis salices que pulcritudinem
habent deforis sunt sine fructu
ypocritam designant. Item quantum
ad inuidiam Job xix circumdederunt ei
iudei z dixerunt quousque animam
meam tollis. Item quantum ad i-
ram Ps. circumdederunt me vi-
tuli multi z loquitur de passione z
ibidem circumdederunt me canes
multi. Item quantum ad exqui-
sita peccata Osee vii nunc circumdede-
runt eos adinuentiones sue
Item circumdatio temptationis z hec
multiplex quia. Primo quantum
ad temptationem de fide Osee xi
circumdedit me in negatione ne is-
ta notatur infidelitas. Item
quantum ad ea que sunt carnis
Ps. iniquitas calcanei mei cir-
cumdabit me. Item quantum ad ea
que sunt mundi iiij Re. xxv
rex nabug ascendit in ierusalem
z circumdata est urbs munitioni-
bus nabug interpretatur prophetia la-
guncule z significat mundum qui de
temporalibus prophetat que sunt ad
modum laguncule sermo na-
bug affectiones sunt mundi
uelut anima munitiones in-
dane astucie. Item quantum ad ea
que sunt elationis ii Paralip.
xvi ascendit baasa rex israel
in iudam z muro circumdedit ra-
ma baasa interpretatur ueniens tol-
lens z significat diabolum uenien-
tem in corda hominum ut tol-
lat ut ibi bonum inuenit.
Item facit murum superbie
in rama quod interpretatur excelsum
Item quantum ad ea que est praue
consuetudinis Luc. xix circum-
dabunt te uallo i. in uia tua
Item est circumdatio pene z hec
multiplex quia quantum ad ig-
norantiam ad intellectum Job iii uiro
data est misero lux i. uita

nature z post cuius uia uiro ab-
scondita est s. prophetans z circum-
dedit eum deus tenebris suis
igneis. Item quantum ad captiuitatem
ad peccatum in Ps. xvii funes
inferni circumdederunt me funes
uocat captiuitates. Item quantum
ad necessitatem moriendi Ps.
circumdederunt me dolores mor-
tis. Item quantum ad tribulationem
temporalem Ps. exultatio mea libera
me a circumdantibus tribulationibus
z cetera. Item quantum ad penam gehe-
nnalem Abacuk ii circumdedit
me calix dextere domini. Item est
circumdatio in bonum z hec multi-
plex penitentiam predicationem
z orationem penitentiam triplex
quare. Prima quia ad custodie
diligentiam ne peccent. Secunda
est quia ad preceptorum obseruantiam
ne errent. Tertia est quia ad ius-
ticiam ut perficiant. Primum significatur
Mt. xxi homo quidam erat
pater familias qui plantauit
uineam z sepe circumdedit eam
pater familias deus est uinea
igitur sepi circumdatur cum anima
penitentis diligenter custoditur.
Secundo dicitur Prouerbiorum vi conserua
fili mi precepta patris tui z post
pauca liga eam in corde tuo ne
deuies in cogitationes circumda
gutturi tuo ne deuies in lo-
cutione cum ambulaueris gradi-
antur tecum ne pereas cum opera-
tione cum dormieris custodi-
ant te s. a diabolica illusione
et euigilans loquere cum eis ne
sis in obliuione z subdit istam
rationem quare nobis debent
ista precepta circumdare dicens
quia mandatum lucerna est z lex
lux. Tertio dicitur Ys. lxi
induit me deus uestimento
salutis z indumento iusti-
cie circumdat homo in prime
citatione. Item est circumdatio pe-
nitentium z hec est quo ad eternam
quo ad actiuam ut instruant

quo ad iniciam ut se compacien
tes exhibeant. Item quo ad le
ticiam ut laborem predicandi
letantur suscipiant, et sustine
ant. primum significatur Iob xxix
quis michi tribuat adiutorem
ut desiderium meum audiat omni
potens librum scribat ille
qui iudicat ut in humero porte
illum et circumdem illum quasi coro
nam michi liber iste intellige
ntia scripture est que deus scribit
cum iam iam predicantis in
uit sed predicans in humero
portat cum sciam quod ibi invenit pre
dicat et laborat super illum tunc cir
cumdat sibi quasi coronam cum
delectacione michi aureolam
Item secundum dicitur Iob spera
tes autem in domino mutabunt
fortitudinem et sumunt istorum duorum dicitur
predicatori Prov. iii misericordia et veritas
non te deserant et circumda eos gut
turi tuo. Tercio dicit psalmista con
cidisti saccum meum et circumdedisti me
leticia saccus contricio est con
cisio et cilicius mortificacio ex
qua sequitur leticie confusio.
Item est circumdacio ornatum et hec
triplex quia est circumdacio virtutis
addeci imitacione Ezech. xvi circumda
vestimentum tuum id est virtutes que
sunt indumenta anime et sequitur
me dicit angelus. Secunda
tonis ad humiliacionem Luc.
v Exi a me domine quia homo pec
cator sum ecce humilitas sed quia
quasi ex stupore admiracione
sequitur stupor eum circumde
derat enim. Item sancte soli
citudinis ad devocionis excita
cionem psalmus lavabo inter innocentes
manus meas et cetera

Cisterna multiplex est
cisterna conscie Eccl. xii
a frumento creatoris
tui et postquam confringatur rota
super cisterna rota corpus est
quod ad modum rote cottidie
voluitur et rotatur cisterna

in anima. Item scripture Prov. v
bibe aquam de cisterna tua cisterna
scriptura est aqua intelligencia
Item instabilitatis Jer. ii duo
mala fecit populus meus dereli
querunt fontem aque vive et
foderunt cisternas dissipatas
id est corda instabilia. Item ma
lignitatis Jer. vi sicut fri
gidam facit cisterna aquam
sic frigidam facit maliciam
suam. Item mundane prosperita
tis Jos. xxiv et Deut. multum de
dit eis vineas et cisternas in
die illa Deut. vi cum dederit
tibi dominus cisternas quas non effodis
ti et cetera. Item pene Gen. xxxvii
proiecerunt eum in cisternam veterem
que est in solitudine et loquitur
de Joseph. Item est cisterna glo
rie et est cisterna de Bethlehem
de Bethlehem II Reg. xxiii si quis
dederit michi potum de cisterna
que est in Bethlehem ubi sunt
David id est penitentes cisterna glo
ria potus aque fruitio
glorie et cetera. Sequitur

Cythara multiplex est
cythara in manibus om
nibus Apoc. v habebant
phialas aureas plenas odo
ramentorum que sunt oraciones
sanctorum. Item est cythara David
de qua Psalm. xxxiii porro Da
vid et universus populus lude
bat coram domino in omnibus
omnibus canticis et cytharis.
Item est cythara concordantis
predicacionis Ys. xxx in cytha
ris et tympanis et precipuis
bellis expugnabat eos dominus.
Item pure confessionis psalmus
confitemini domino in cythara.
Item divine laudis Eccl. xx
xix date magnificenciam nomi
ni eius confitemini illi in voce
labiorum vestrorum in canticis labi
orum et cytharis sed dicit
Job decca xxx versa est cythara
in luctum meum. Item mortificacionis

ctrinis. Apoc. xiiii. vocem quam au-
divi sicut citharedorum citharizancium
in citharis suis. Ysa. xxiii. sume
citharam circui civitatem etc. Item
illiciate voluptatis. Ysa. v. cithara
et lira tympanum et tybia et vinum
in conviviis vestris et opus dei non
respicitis. xxiiii. conticuit dul-
cedo cithare cum gaudia non bi-
bebant vinum. Job xxi. tenent
tympanum et citharam et gau-
dent ad sonitum organi. Item
penitencie. Ysa. xvi. venter meus ad mo-
ab quasi cithara sonabat. venter
sensus interior qui sonat totaliter
tristicia cum sentit penam ut
citharam. ... in cithara est quod
reddit tristem ... quod fit qui-
bus corde ad omnem sonitum lugu-
brem queruntur. Iste vero quasi
cithara sonare dicitur cum taliter
tristicia repletur. plenariter

Cito multiplex est. cito in-
septum laudabile et vitu-
pabile terribile et deside-
rabile. laudabile in quatuor est
hostes ... persequendo. Josue
x. dicit ... ... persequi-
mini cito et comprehendite eos. Item
in pace cum adversariis consiliando
ait ... Esto consenciens adversario
tuo cito dum es in via cum eo. Item
in obediendo. Luc. xiiii. dixit
pater familias servo suo exi cito in
plateas et vicos civitatis etc.
Et hic cito dixit insignum obedien-
cie festinetur faciendo. Item
in ... paciendo. Ysa. ... ...
... ...
... postulatus cito protulit
nolebat cum cito ... ...
... Item cito culpabile
et hoc in quatuor. in minus fes-
tinanter loquendo. Eccl. iiii.
noli citus esse in lingua tua
et inutilis et remissus in operibus
tuis. Item in minus leviter
peccando que admodum ... fe-
cit de quo dicitur. Sap. xiiii. a-
cerbo luctu dolens pater si-

raptum filii cito fecit ymaginem
in quo notatur quod coecitas dolo-
ris levit ad culpam infideli-
tatis trahit. Iste in levitate creden-
do ... signum levitatis cor-
dis. Eccl. xix. qui credit cito le-
vis est corde. Item in iudicium
leviter proferendo. ... quod inde
... oculi tui ne proferas iur-
gio cito ne postea emendare non
possis. Iste est cito terribile et hoc
quadruplicitur quia ... cito de-
fectiones naturalis. Ps. tamquam
fenum velociter arescent et que-
admodum etc. Item confusionis
consciencie quod fit per amissionem
timoris. Eccl. xvii. si non in timore
domini instanter te tenueris cito
subvertetur domus tua. Item
eterne dampnacionis. Apoc. xxii.
ecce venio cito. ubi primum
ve temporalis pene. ve secundum ve po-
pone purgatorii et ve tercium ve
pene eterne. Item punicionis
divine. Joel iii. si ulciscimini vos
cito contra me ve-
lociter reddam vicissitudinem
vobis. Item est cito desiderabi-
le. Ysa. v. festinat et veniet ci-
to opus eius ut videamus et
appropiet consilium sancti israhel.
Et illud multiplex et quia est
cito collacionis virtutum. Luc.
xv. dixit pater ad servos suos
cito proferte stolam primam et date
anulum in manum eius etc. stola
prima fides est anulus in quo
... ... amicum et sunt ap-
... est spes de eterna gloria
calciamenta quod est ad pedum
protectionem et calefaccionem est cari-
tas que est ad protectionem affectuum
et inflamacionem. Iste purga-
cionis fructus sapiencie. Eccl. vi. ...
... ipsius i. sapiencie exiguo la-
borabis et cito edes de generacione
illius. Iste est cito cursus spiritu-
alis dileccionis eciam cum cucur-
rit qui plus diligit ut dicit
sanctus. unde et de illo discipulo

que diligebat ihesus dicit Ioh. xx a quo venerunt cicius petro. Item cito suavitatis spiritualis. Ysaie liiii d. Erumpet et clama etc. Item dulcis consolacionis. Dan. ix e adhuc loquente me oratione mea ecce vir gabriel quem videram in visione principio cito volans tetigit me. daniel typum gerit contemplancium angelus cito volans typum gerit nunciorum dei cito volancium ad afferendam consolacionem hominibus. Item revelacionis futurorum faciendorum. Apoc. iiii a ascende huc et ostendam tibi que oportet fieri cito post hec. Item securitatis et stabilitatis sive confirmacionis in bono. Sap. vi d qui vigilaverit propter sapienciam cito erit securus etc.

Civitas multiplex est. Civitas mundi culpe anime ecclesie militantis religionis et glorie. De prima dicitur Ps. Ypsona filii quis deducet me in civitatem munitam etc. ubi exponit de fidelium filii natura humana assumendi. Ezech. vii c terra plena est iudicio sanguinum et civitas plena iniquitate. In hac civitate est miseriarum calamitas. Job xxiiii c de civitatibus fecerunt viros gemere et ideo dicitur Ysaie xxiiii b ve civitati sanguinum. Item mea est contrarietas et iniquitas animi. Ps. vidi iniquitatem et contradiccionem in civitate et illud dicitur Ysaie xiiii g ulula porta clama civitas. Item sica est vanitas. Ysaie xxiiii c attrita est civitas vanitatis quia omnis creatura vanitati subiecta est ut dicitur. Eccl. i° vanitas vanitatum etc. et Ps. qui diceris in cogitacione accipe in vanitate civitates suas. Item est civitas culpe. Ysaie xxii urbs frequens civitas exultans interfecti tui non interfecti gladio nec mortui in bello sed sine dubio in peccato et ideo dicit Ysaie xiii f. Erit babilon illa civitas gloriosa in regnis inclita in superbia caldeorum sicut subvertit dominus sodoma et gomorram. Et ideo quia in hac civitate est malorum multiplicitas. Jer. xxxiii absconderam faciem meam a civitate hac propter omnem maliciam eorum i. ibi habitancium. Item vicorum et platearum i. diversitatis peccatorum diversitas et ideo dicitur Eccl. xii b noli circumspicere in vicis civitatis. Item munimentum i. temptacionum in mortalitas sed dicitur Ysaie xxvii f civitas munita desolata erit. Item est civitas anime Ier. i Ego quippe dedi te i. animam tuam in civitatem munitam etc. Ysaie i g post hec vocaberis civitas iusti urbs fidelis. hanc edificat dominus. Ps. deus salvam faciet syon etc. et hec edificacio fit per multiplicem predicacionem et ideo dicit Prov. ix de sapiencia que misit ancillas suas i. predicatores ut vocarent ad arcem et ad menia civitatis sunt edificande et confirmat a multitudine temptacionum et recte quia nisi dominus custodierit civitatem. Item munificat quia castitate in spiritualitate vivificat gracie. Ps. videns dominus qui mittis in visionem meam etc. hec est civitas quam querere debemus. Ysaie xxiii f sume citharam etc.

Item est civitas militantis ecclesie. Ps. ierusalem que edificatur ut civitas etc. et hanc amplificat per multitudinem conversorum ad fidem. Eccl. ix b eruit gentem suam per virtute passionis sue et liberavit eos ab perdicione eterne dampnacionis que prevaluit amplificare civitatem i. ecclesie militantis. Item liberat et salvat per suam prudenciam et sapienciam. Eccl. ix f erat civitas parva et pauci. Inventus est in ea vir pauper

et sapiens qui liberavit eam per
sapientiam suam letificat per sacra-
mentorum instructionem. ps. Fluminis
impetus letificat civitatem
dei. ¶ Item est civitas religionis
sancte. Eccl. x. A qualis rector
civitatis etc. Ezech. xxxvi. a misere-
re civitati sanctificationis
tue. Et illa autem debet esse humilia.
Trenorum i. Mulieres in Syon hu-
militate sunt et virgines in
civitate iuda. ¶ Item secularis
Ps. in a iudicio vestimentis
glorie tue ierusalem civitas sancta
ut niteat mite nunc in cellis.
¶ Item religiosis. Eccl. xxiiii. Ut in
civitate sancta similiter requi-
em etc. ¶ Item est civitas glorie. He-
bre. xi. Expectabat civitatem
cuius artifex et conditor deus.
Hec est eterna. ps. Sicut audivimus
sic vidimus etc. ¶ Item glosa. ps.
Gloriosa dicta sunt de te civitas
dei. ¶ Item aurea. Apoc. xxi.
¶ Ipsa vero civitas aurum mundum.
In illa est solempnitas iugis
opulencia delectabilis stabili-
tas immutabilis. ys. xxxiii.
Oculi tui videbunt civitatem
solempnitatis nostre opulencia
tabernaculum quod nequaquam transfer-
ri poterit. Hanc debemus cir-
cuire per contemplacionem. Cant.
iii. Surgam et circuibo civitatem.
¶ Item ascende per primam et hoc
ad gloriam. Prov. xxi. Civitatem for-
tium ascendit sapiens. Item
inhabitare per singule meditacio-
nes de nocte. ps. Circumpit eos per
mansionem. Ut inveniret inha-
bitatatem habitacionis.
Clamor multiplex est
clamor contricionis. ps.
De finibus terre ad te cla-
mavi. Item confessionis. Job
xxx. Sub nitens inter clama-
bant super fratrem suum orationem
etc. Luc. xviii. Bene tamen fre-
quencia cantica ut memo-
ria transit. ¶ Item passionis.
Exo. xiiii. Quid clamas ad me
et loquitur de moyse compaciente
populo israel. ¶ Item orationis. ps. Vel
lige clamorem meum etc. ¶ Item
desiderii. Aug. Si desiderium cla-
mor non esset nunquam propheta dix-
isset desiderium pauperum exau-
divit deus. ¶ Item laudis. ps. Cla-
mabo ad deum altissimum deum qui benefe-
cit. Apoc. vii. Clamabat voce
magna dicentes salus deo
nostro. ¶ Item gratiarum actionis. ps.
Valles habundabunt
frumento id est divine consolacio-
nis clamabunt etenim dicent etc. ¶ Item
devotionis. ps. Clamavi in to-
to corde meo exaudi me deus. ¶
Item predicationis. ys. lviii. Cla-
ma ne cesses. ¶ Et quod multi-
plici clamore debemus clama-
re ad deum. ¶ Primo ut liberemur
de manibus demonum id est peccatis
mortalibus et temptacionibus.
Exo. iii. Vidi afflictionem popu-
li mei in egypto et clamorem
eius audivi propter duriciam eorum
qui presunt operibus et sciens do-
lorem eius descendi ut libe-
rem eum de manu egipciorum.
¶ Item ut liberemur a tribula-
cionibus. ps. Iste pauper clama-
vit etc. et alibi clamavi ut mi-
ci etc. ¶ Item ut non absorbeamur
a calamitatibus et persecucioni-
bus unde et yonas in ventre piscis
timens absorberi clamavit
ad deum. Ione ii. ¶ Item ut non cu-
tiamur a facie maiestatis di-
vine. ps. Exaudi domine orationem
meam. ¶ Item ut nobis aperiatur
thesaurus gratie. Num. xx. Domine cla-
morem populi huius aperi thesau-
rum tuum fontem aque vive.
¶ Item ut salvemur in remunera-
cione glorie. ps. Clamavi ad te qui
exaudi me etc. et alibi domine deus
clamavi ad te et sanasti me. ¶ Et
non hic quod quatuor peccata propter
enormitatem suam dicebant
clamare ad deum. Homicidium

Genesis iiii vox sanguinis fratris tui cla-
mat ad me de terra ¶ Item afflictio
orphanorum Exo xxii viduae
et pupillo non nocebitis si leseritis
eos clamabunt ad me et ego ex-
audiam eos vel eorum clamorem ¶ Item
fraudulenta retencio laborum
Jacobi v a Ecce merces operario-
rum qui messuerunt regiones
vestras que fraudata est a vobis
clamabit et clamor eorum in aures
domini sabaoth introivit ¶ Item
vicium sodomiticum Genesis xviii
clamor sodomorum et gomorreorum mul-
tiplicatus est etc. Nota etiam hic quod
duo clamant in primo exclamata si-
bi in fluitate noctis doloris e-
mittens Sap xviii ferina vocem
similem hominibus emisit plo-
rans ¶ Item ex pietate Jo vii In
novissimo autem magne festi-
vitatis die stabat Ihesus si quis
sitit veniat ad me et bibat ¶
Item expillata sibi passione Luc
xxiii voce magna emisit spiritum

Clangor autem triplex est clan-
gor predicacionis Exo xix
cum cepit clangere
buccina ascendentis in mon-
tem clangor buccine sonitus
predicacionis qui excitavit ad
ascendendum montem perfectionis
¶ Item Neemie iiii c edifican-
cium unusquisque erat accinctus
renes in quo notatur castitas
et edificabant in quo militas
et clangebant buccinis in quo pre-
dicacionis sonoritas et iste clan-
gor excitavit ad pugnam Ju-
dicum vii c vos quoque per castrorum
circuitum clangite et clamate
domino et gedeoni Nota de sacer-
dotibus clangentibus buccinis
in circuitu Jericho Josue vi
¶ Item gravis Amos iii si clanget
tuba in civitate et dominus non
fecerit civitas anima est in-
est clangor gravis sed tamen domino
infundente ¶ Item est clangor
oracionis Num x si quando erit in die

illa clangor in tuba magna
et venient qui perditi erant de
terra egipti et adorabunt dominum
assyriorum et qui eiecti erant
de terra egipti et adorabunt dominum
in monte sancto eius ¶ Item
est clangor buccine victorie
Num xxiii dominus deus eius
cum eo et clangor victorie re-
gis in illo ¶ Item culpe Amos
ii a morietur moab i. peccatori
clangore tube ¶ Item commina-
cionis Job xxxix c ubi loquitur
de equo qui signat
penitentem sorbet terram et
renes abscedit nec reputat
tube clangorem i. minas hos-
tium ¶ Item doloris Sophonie i f
dies tube et clangoris super
civitates munitas ¶

Claritas triplex est cla-
ritas inferior et supe-
rior et exterior ¶ Inferior
respectu fidei ii ad Cor iiii c
deus qui dixit de tenebris
splendescere lucem ipse illuxit
cordibus nostris illuminacionem
sciencie claritatis dei i. fidei dicit
glossa ¶ Item sapiencie Sap vii b cla-
ra est et que nunquam marcescit
sciencia et opere dicitur quod non mar-
cescit quia Sap vii dicit quod
est emanacio quedam clarita-
tis omnipotentis dei i. sincera
¶ Item gratie Luc ii b Ecce
angelus dei stetit iuxta illos
et claritas dei circumfulsit etc ¶ Item est claritas
exterior et hec triplicatur secundum
triplicem statum activorum
et contemplativorum et prelatorum
activorum triplex secundum triplicem
statum prosperitatis mundane
de qua non debent gaudere
licet de ea teneant gratias age-
re Job in persona gerens acti-
vorum dicit Job xxxi c si vidi
solem cum fulgeret et lunam
incedentem clare supple ma-
le michi accidat et supplen-
dum et gavisus sum in claritate

lune et solis intelligitur splendor
mundane prosperitatis iustificacionis
ij ad Cor. iij nos omnes revelata
facie gloriam dei speculantes in ea-
dem ymaginem transformamur
a claritate scilicet fidei in claritatem scilicet ius-
tificacionis ut dicit glossa. Item
consummacionis Sap. iiij O quam pulchra
est casta generacio cum claritate. Item
est claritas prelatorum triplex compe-
tentis mitte Ioh. xvij Ego cla-
ritatem quam dedisti michi dedi
eis et hoc quo ad se. Item dilige-
ncie et hoc quo ad subditos Ysa.
xxi Et considerabo in loco meo
sicut lux meridiana clara est
lux meridiana diligencia pre-
lati est qui diligentes debet
clamare in obediencia et domino
illuminat et accendit. Item fame
que ad modum de domino dicitur Ioh.
xvij Ego clarificavi te super terram
hec clarificacio est fame in sum-
macio. Item est claritas contem-
placionis et hec triplex divine il-
luminacionis Apoc. xxi ostendit michi
civitatem sanctam Ierusalem descenden-
tem de celo habentem claritatem
dei congregacio contemplancium
dicitur civitas propter munimen-
tum sancta propter iudicia af-
feccionis descendere a deo propter mul-
tiplicitatem consolacionis habere
claritatem dei propter irradiaciones
divinas illuminacionis et hec claritas
est quantum ad intellectum. Item clari-
tas purificacionis et hec est quo
ad effectum et hec claritas dei sin-
cera Sap. vij et ideo non datur
ab homine sed a deo Ioh. v Clarita-
tem ab hominibus non accipio
Item supreme iustificacionis et hec
est quo ad defectum scilicet sensuum car-
nis et hec est claritas illa que
circumfulsit Paulum qui apertis oculis
nichil videbat Act. ix et hec
est ideo quia in raptu sensus car-
nis deficiunt de hoc raptu ij ad Cor.
xij a scio eum hominem in Christo
sive in corpore sive extra corpus nescio deus scit

qui raptus est in paradisum dei
Item est claritas superiorum et hec est divi-
dei que signatur Act. vj ubi dicitur quod
transfiguratus est ante illos et
resplenduit facies eius sicut
sol Et hec est triplex quia est
claritas que appropriatur patri et hec
est omnipotencie Ioh. xvij Clari-
fica me pater apud temetipsum
claritate quam habui et cetera. Item est sa-
piencie que appropriatur filio Apoc.
xxi Et illa civitas non
eget sole neque luna nam clari-
tas dei illuminat illam. Item
bonitatis que appropriatur spiritui
sancto Apoc. iiij Video et claritas
et hec significatur Apoc. xxij
ostendit michi fluvium aque
vive splendidum quasi cris-
tallum procedentem de sede dei
et agni. Iste fluvius spiritus sanctus est
cuius aqua viva est bonitas
eius vivificativa que comparatur
cristallo splendido propter eius cla-
ritatem infusam sive spiracionem
et dicitur procedere de sede dei et
agni eo quod a patre et filio procedit.
Item est claritas sanctorum in gloria
Sap. xxi Dedit illis claritatem
eternam et hec triplex clarifica-
cionis corporum Phil. iij quem expec-
tamus salvatorem qui re-
formabit corpus humilita-
tis nostre configuratum corpori
claritatis sue. Item ibi erit
claritas mansionis Tho. xiij
beatus ero si fuerint reliquie
seminis mei ad videndum clari-
tatem Ierusalem. Item societatis
erunt ibi enim amicti omnes sto-
lis albis Apoc. iiij et ideo dicitur
Sap. iij Fulgebunt iusti sicut
sol et hoc signatur j Cor. xv ubi
dicitur alia claritas solis alia
claritas lune et cetera et post et concludit
sic et resurreccio mortuorum

Clavis est clavis prime
Ysa. xxij Et dabo clavem
David super humerum eius
Item preceris ecclesiastice Mt. xvi

dabo tibi claves regni celorum.
Item pone Apok. i° Ego habeo cla-
ves mortis et inferni et ix° data
est michi potestas clavis putei
et abyssi. Item crucis domini de
qua dicitur Bug introducens se ad
loquendum domino et dominus de clavi
crucis clavus tuus penetrans
factus est michi reserans et de
hac dicitur Apok. iii° Hec dicit
sanctus et verus qui habet clavem David.

Clavus est multiplex. Infi-
delitatis Iudicum iv° Ille per clavum et
malleum compegit illud
et loquitur de idolo quod compungit
ydolatra adoranda et adorare
faciendo clavi et mallei sunt
affectiones infidelitatis. Item
est clavus gratie quo perfossus est
Sisara Iudicum iv°. Item clavus
culpe hic est clavus quo ligatus
est Sampson pollices i. mentis
cogitationes adtraxit. Item est cla-
vus sapientie Eccl. xii° Verba sapien-
tium sicut stimuli et sicut clavi in al-
tum defixi. stimuli dicuntur quia
ad bonum excitant, sed clavi in altum
defixi quia corda superius ligant.
Item penitencie Ys. liv° Dilata lo-
cum tentorii tui quod fit in caritate
et pelles tabernaculorum tuorum
extende ne necesse parcas quod fit per lar-
gas mortificationes longos fac
funiculos tuos quod fit per penitentiam
consolida clavos tuos i. per ma-
gnam perseveranciam. Item est clavus
dominice passionis Jo. xx Nisi videro
in manibus eius fixuram cla-
vorum et mittam etc. nec credam
etc. Item culpe Ys. xxxiii Oculi
videbunt civitatem Ierusalem opulen-
tam tabernaculum quod nequaquam
transferri poterit nec auferentur
clavi eius in sempiternum etc.

Clausura est multiplex damp-
natoria peccatorum et bonorum.
Dampnatoria duplex est
clausura qua etiam eis clauditur
ianua paradisi ipsi clauduntur
in inferno. De primo Luc. xiii be

cum autem clauserit paterfamilias hos-
tium incipietis foris stare et
pulsare ostium dicentes domine domine
aperi nobis et dicit nescio vos. Mt.
xxv que parate erant intrave-
runt cum eo ad nuptias et clau-
sa est ianua. De secundo Ys. xxiv Et
congregabuntur in congregatione
unius fascis in lacum et claudentur
in carcere. Item est clausura pec-
catorum et hec est duplex quia est
clausura qua claudunt se contra
deum Act. xxviii Oculos suos
clauserunt ne quando videant o-
culis et auribus audiant et corde
intelligant et convertantur ad sa-
nem eos. Item qua claudunt
se contra proximum I Joh. iii Qui
viderit fratrem suum necessitatem
habere etc. Item est clausura bo-
norum et hec multiplex religi-
onis Ys. xxii Aperta erit clausus
introire qui erit in domo iuda.
Item solitudinis Ys. xxvi Vade
populus meus intra cubicula
tua et claude hostia tua super te.
Item furoris Ier. xx Et factus est quasi
ignis in corde meo estuans
clausus in ossibus meis. Item
orationis Mt. vi Tu autem cum ora-
veris intra in cubiculum tuum
etc. Item sensuum exteriorum Joh. xx
Cum sero esset et fores essent
clause etc. fores signant sensus
quos debemus claudere. Ergo
oculos quia Ys. xxxiii qui clau-
dit oculos suos ne videat
malum. Eccli. iv ante oculos
tuos ambule compta. Item
nares ne impleantur in nobis
illud Ys. iii erit pro suavi odore
fetor etc. Item aures Eccl. xx-
viii aures sepiunt. Item gres-
sum et tactum Col. ii Ne teti-
geritis neque gustaveritis etc. Et no-
ta quod quatuor sunt que faciunt nos
claudere hos sensus timor Josue
vi civitas Ierusalem erat clausa
atque munita timore filiorum
Israel. Item gratie infusio Gen.

vm assumpsit deus spiritum .i. gratiam
super terram .i. in corda hominum et
inminute sunt aque .i. dis
soluciones et clausi sunt fon
tes .i. quinque sensus in celis dubi
tate deo dicto ¶ Item claudat pa
ssio Ys. xxii dabo clavem david
super humerum eius et claudet et c.
Et istud quod utile est nobis claude
re ¶ primo ut peccata vitemus
david enim quia oculos non
clausit ideo adulteravit ii Reg.
xi et Je. ix dicitur intravit
mors per fenestras hic est quod
iudei secreto cubili sunt cum
puellis suis clausa mora
batur ¶ Item ut gratiam dei ha
beamus Gen. xxxix Joseph cum
clausus erat quod deus cum eo
et misertus eius dedit ei gratiam
Eze. xliv porta hec erit clau
sa ¶ Item ut gratia habita auge
atur hinc est quod mulier vidua
clausit hostium et crevit oleum
.i. gratiam iiii Reg. iiii ¶ Item ut cor
norum attendatur oratione Mat.
vi quibus est in nobis qui claudit
hostia et accendat altare me
um gratuito .i. cor suum ¶ Item
ut colloquium dei habere merea
mur Je. xxxiii verbum domini fac
tum est ad Jeremiam dum clausus
esset in vestibulo carceris ¶ Item
ut premium eternum recipiamus
Mat. vi clauso quoque hostio ora patrem
tuum Ys. xxxiii qui claudit
oculos suos ne videat ma
lum et post ille in excelsis habitabit
¶ Item ne dyabolus ingrediens
nos inficiat iiii Reg. vi dicit
eliseus videte cum venerit nun
cius eius claudite hostium
Ezechiel v claudam et pecca
toribus ne qui venerunt sunt
inficiant te ¶ Item ne temp
tacio nos decipiat Ys. xxvi
intra in cubilia et claude hos
tia tua super te donec pertranseat
indignacio unde hinc est quod noe
inclusus in archa non perijt in

aquis diluvii ¶ Item ut deum re
cipiamus ipse enim est qui venit
ianuis clausis ubi dicitur Joh. xx
sed diabolus ianuis apertis Job xxx
qui rupto muro et ianua aperta
ad meas miserias devoluti sunt
Claudorum tamen sunt genera clau
dorum sunt enim quidam
claudi anima quidam
a mollicia quidam a dispositione
divina ¶ primi sunt qui in fide
semper erraverunt Ps. filii alie
ni inveterati sunt et cetera et hiis
significatur filium claudum qui
ex utero matris baiolabatur
claudus Act. iii iste est eccle
sia hereticorum cuius litus est synago
ga sathane claudus male
sentiens de fide ¶ Et istud quod
hec claudacio que est in fide tri
plex est erroris ut cum quis
credit unum articulum et alium
discredit Hebr. xii rectos fa
cite gressus pedibus vestris
ne quis claudicans erret
¶ Item dubietatis iii Reg. xviii
est ut quid claudicatis in du
as partes ¶ Item sine erudi
cionis Prov. xxvi quo pulcras
habet tibias frustra claudus
sic indecens est in ore stultorum
parabola stultus male doctus
in fide est ergo sensus quomodo pul
chre tibie per perficiunt in
claudo sic pulcra verba in ore
per ipso ¶ Item sunt claudi a
mollicia ii Reg. iiii de miphi
boseth qui cecidit de manibus
nutricis et factus est claudus
et hec claudacio est in moribus
unde dicit quod miphiboseth
pernites est nutrix gratia casus
alteram affectus in climatus
alterum per que fit claudica
cio in moribus Et hec triplex est
intencionis ut cum quis ma
la intencione facit bonum Mat.
vi si oculus tuus claudus vel clau
gidus totum corpus tuum malum claudicans
ad opus mala intencione finis

languidum quod sine gratia sit ¶
Item affectionibus ut cum quibus affec-
ciones debet elevare ad supera
ad terrena inclinat Prov. xxvi
claudus pedibus et iniquitatem
bibens qui mittit verba per nun-
cium stultum i. sicut mittens
verba per nuncium stultum confusio-
nem sentit sic claudus pedi-
bus i. affectibus iniquitatem bibit
¶ Item operacionibus ut qui superius
relictis totaliter terrenis operibus
intendit ut significatur per claudum
animal quod non immolabitur domino Deut.
xv ¶ Item sunt quidam qui clau-
di sunt a dispositione divina et is-
ti sunt qui significantur per Iacob
Gen. xxxii qui luctans cum
angelo percussus est in more et e-
marcuit nervum femoris
eius et factus est claudus. Iacob
penitens angelus est gratia luc-
tatque appetitus gratie vehemencia
nimis femoris lascivia car-
nis que ad tactum gratie emar-
cescit et sic fit homo claudus
scilicet claudicacione divina dicitur
quod ibi pes carnalis desiderii
siccatur set tales claudos dominus
sustentat Iob xxix oculus
fui ceco et pes claudo ¶ Item unita-
tem ecclesie congregavit Mich.
iiii congregabo claudicantem
etc. ¶ Item virginum in fine et prin-
cipio ei prestat Iudicum i ubi di-
citur quod Axa que interpretatur petens
obtinuit a patre i. deo irriguum i-
nferius et superius. Irriguum superius
lacrime pro desiderio celestis patrie
irriguum inferius pro incolatu pre-
sentis miserie ¶ Item honorat
Mich. iiii ponam claudicantem
in reliquias i. ad modum reli-
quiarum ut honoretur ¶ Item salva-
tur Soph. iii salvabo claudican-
tem eiectam et ideo dicitur Mat. xv
quod accesserunt ad eum turbe
multe omnes secum cecos et
claudos ¶ Item in fine glorificat
unde et in isto statu s. Luc. dicitur

Ys. xxxv tunc saliet sicut
cervus claudus Mat. xviii bonum
est tibi ad vitam ingredi debi-
lem vel claudum quam duas
manus habentem mitti in ge-
hennam ignis etc.

Clemencia est clemencia
dei et clemencia hominis
¶ De clemencia dei dicitur Exo.
xxxiii quod miserebor cui voluero
et clemens ero in quo mihi placuit
et hoc in tribus manifestatur
in gratiam infundendo Ruth
ii a colligata spicas que fugit
manus metencium ubicumque
clementis in ... pro famulis
as repio gratiam peccata remit-
tendo Exo. xxxiiii dominator
domine deus misericors et clemens
paciens et multe misericordie et prest-
qui aufers iniquitatem scelera
atque peccata ¶ Item in pena ig-
noscendo Ione iiii scio enim quod
tu es deus clemens et misericors
paciens et multe misericordie et ignos-
cens super malicia ¶ Item in coro-
nando et propter hoc dicitur ii Par.
xxx clemens dominus deus noster
et non avertet faciem suam a vo-
bis ¶ Item clemencia hominis et hec
est in loquendo sine malicia
tractando ii Mac. x si placuit
populo hunc et clementer cum ...
clementibus ... omnique
¶ Item in iudicando iii Reg. xx
Ecce audivimus quod reges israhel
clementes sunt scilicet in iudicando
ponamus ergo saccos in lumbis
nostris etc. ¶ Item in dulciter indul-
gendo et parcendo et hec est clemen-
cia qua ostendit Ioseph in fratres
suos qui eum vendiderant
de qua Gen. xlv ad quos ille
clementer inquit accedite ad
me etc. ¶ Item in audiendo Act.
xxiiii oro te breviter audias
nos pro clemencia tua. Et
hec clemencia ad multa valet
ipsa enim est que iram mitigat
et rigat Prov. xix e clemencia regis

quod gemebat sorores eius. ¶ Iste ministrat
ordinat Prov. xx: et clementia firma-
bit thronum. ¶ Item homines robo-
rat Prov. xxviii: misericordia et veritas cus-
todiunt regem et roboratur clemen-
tia thronus eius. ¶ Iste adloquen-
dum ordinat Prov. ult.: Os su-
um aperuit sapientie et lex cle-
mentie sub lingua eius.

Clibanus est triplex. Est
pe[nalis] Osee vii: omnes adul-
terantes quasi clibanus suc-
census a coquente. ¶ Iste pe-
ne: pones eos ut clibanum ignis.
¶ Item fragilitatis nostre Matt. vi: Si
fenum quod hodie est et cras in cliba-
num mittitur Deus sic vestit
etc. ¶ Item gratie in quo coquuntur
coquuntur panes ...
Levit. ii: cum obtuleris sacrifi-
cium coctum in clibano de simila
panes absque fermento oleo con-

Clipeus est multiplex. ¶ Est
triplex diabolice impug-
nationis Iudith vii: Ne tu
nemo adhuc in gladio et hasta
et clipeo ergo autem nemo in nomine
domini. ¶ Item mundane prosperitatis
Iudith iiii: memores estote
Moysi servi dei qui Amalech con-
quisque carnes anime sui come-
det. Item sustentacionis Ys. i si
volueritis et audieritis me bona ter-
re comedetis. Et nota quod ista
comestione multa sunt cauen-
da. Primum quia dicitur Prov. x-
viii mors et vita in manibus
lingue. Secundo mala societas
pro hoc Prov. xxiii ne comedas
cum invido et ne desideres cibos eius.
Tercium est auiditas Eccl. xxxi
ne te offendas sumpcionem esce.
Item in inuictis ne accidat co-
medentibus sicut illis de qui-
bus dicitur ps. adhuc esce
eorum etc. Item carnalitas Ys. x-
xii vocauit dominus ad fletum etc.
et post et ecce gaudium et leticia etc.
Item rapina quia ut quod dicitur in per-
sona raptorum ps. iiii panem meum
comedens non alienum. Item
temporis oportunitas Eccl. x ve tibi
terra cuius rex puer est et cuius prin-
cipes mane comedunt. Item
nimia loquacitas Luc. xvi et ille e-
pulis puniebatur in lingua nec
poterat habere guttam aque quia
nimis loquebatur in comestione

sicut dicit beatus Gregorius. Item est come-
stio gratie Ys. v deserta in ubertate
versa aduene comedent id est penite-
ntes hanc comestionem perdit. Sus-
pirium contritionis Job iii quod antequam
comedo suspiro. Item contricio-
nis debet hanc comestionem
leticia exultationis Eccl. ix
vade et comede in leticia panem
tuum. Item hoc sequi debet ebri-
etas spiritualis dulcedinis et celestis
Cant. v et comedite amici etc. Et
nota quod ante comestionem debent
penitentes comedere paleas
asperitatis prime Ys. xi leo quasi bos
comedet paleas hoc est nobile
asperitatem ductus palea aspe-
ritas prime. Item lac innocencie
i Petr. ii quasi modo geniti infantes
etc. Item mel dulcedinis gratie
Prov. xxiiii comede fili mi mel
quia bonum est et fauum dulcissi-
mum gutturi meo de hijs duo-
bus Cant. iiii mel et lac sub lin-
gua etc. Item butirum deuocio-
nis sancte Ys. vii pro ubertate
lactis comedet butirum de hoc
et precedenti ibidem butirum et
mel comedet. Item panem
celestis consolationis panis cor
hominis confirmat. Item
piscem caritatis qui nutritur
in flumine gratie de hijs duobus
legitur satis Luc. xxiiii Job. ubi
legitur de comestione pis-
cium et panum. Item fructum
bonum bone operationis Prov. i co-
medunt fructus vie sue.
Item librum doctrine quem ad
modum et angeli Apoc. x ac-
cipiam Ezech. iii quod Ezechiel ci-
batus est volumine libri.
Item manna contemplationis
Sap. xvi paratum panem de celo
prestitisti illis omne delectamen-
tum habentem in se et omnis dulce-
dinis suauitatem. Item est
comestio caritatis ps. zelus
domus tue comedit me etc.
Item est comestio pene eterne Ys.

lxf / Ecce omnes qui inestimecti con-
teritum et mica conteret eos
Item est comestio / Ysaie lxvi plu-
fuit meci comedent et mors eum
Commendacio sumitur vicibus
multum in scriptura dupli-
citer / Primo de positionibus
Mathei xxv c. Fuerint itaque manu
dans et commendauit quasi cus-
todiam / Secunda istam non quod debemus
deo commendare quia spiritum / Luce
xxiiii pater in manus tuas co-
mendo spiritum meum / et Petri idem
i Petri iiii c. Dicitur itaque et hii
qui paciuntur secundum voluntatem
dei fideli creatori commendant
animas suas in beneficiis / Item
quid impedit siue quid non co-
mendat deo nos / i Cor. viii Es-
ca autem nos non commendat deo
neque enim si manducamus man-
ducamus habundabimus etc. / Item
quid deus commendat nobis quod
caritatem et non solum habere de-
bemus custodire immo omnia
que nobis sunt commendata
vel fuerint / Numeri viii c. Leuite erunt
iuxta fratrum cum tabernaculo
federis ut custodiant que
sunt commendata fuerint / Item
sumitur commendacio in designa-
tione laudis et hec multiplex est
quia est commendacio que fit ab
alio et hoc est signum bonitatis et
ypocrite hoc dicit / Apostolus ii Cor. xii
c. Ego enim a vobis debui comme-
dari quod de bonitate mea licet esset
ut me pro beneficiis vobis impensis
commendassetis quia et hoc fa-
cere debuistis / Item aliqui fit
a deo et hoc est veritatis hoc enim
est qui meliora facit intuetur
et ypocrite hoc dicitur / ii ad Cor. x
c. Non enim qui seipsum commendat
etc. / Item quidam commendant
seipsos et quidam ad propriam hono-
rificacionem et hec est vane
glorie / ii Cor. iii a Incipimus nos-
metipsos commendare aut egemus
sunt quidam commendaticiis

literis / Item quidam ad aliorum
utilitatem / ii Cor. v d Non iterum nos
commendamus vobis sed occasionem
damus gloriandi vobis pro nobis quod de
non commendo me ipse me sed propter
vos ne glorietur / Item quidam ad
aliorum confusionem / ii ad Cor. x
non audemus quibusdam com-
parare qui seipsos commendant
quod de bene possimus commendare
et hoc dicit ut superbi melius
confundantur / Item quidam
ad male fame amocionem siue
a purgacione / ii Cor. iiii a Abdi-
camus occulta dedecoris etc. co-
mendare nosmet ad omnem
consciam hominum coram deo
Commissio est multiplex
furti / Gen. xliiii quare
sic loquitur dominus meus
ut servi tui tantum flagicium co-
misserunt / et ibidem loquitur
de ciypho pharaonis furato
Item murmuris / Numeri xii Obsecro
obsecro domine mi ne imponas
nobis hoc peccatum quia stulte
commisimus et loquitur ibi aaron de
murmure quod fecit maria con-
tra moysen / Item superbie / Tobie iiii
xvii f. Omnis anima que superbiam
peccati aliud commisit peribit de po-
pulo / Item pudicionis / Ecclesiastici ix
f. Si accesseris ad illum et loquitur
de peccatrice noli ergo amitte
ne forte auferat vitam tuam
et loquitur de commissione prodi-
cionis / Item ydolatrie / Ecclesiastici xl
ix b preter dauid ezechiam et om-
nes peccatum commiserunt s. ydo-
latrie / Item prelii / Luce xiiii quis
rex iturus committere bellum etc.
Comminacio est multiplex
iracundie / Iob xvi commi-
natus infremuit contra
me dentibus suis / Item impaci-
encie / Petri ii c. Cum pateretur non
comminabatur / Item comme-
lic / Iob xxxviii et brachium
sui ondet et comminacionis
brachium est potencia siue fortitudo

tror brachii est contumelie irrogatio
que fit comminatione furoris. Item
est comminatio castigationis. Ecc. x
ix corripe antequam comm
ineris. Item pene eterne. Ezech.
xx comminatus sum ut effunde
rem furorem meum super illos
Ps. non imperium minatur nobis
Item in predicationibus. Act. iii vehemen
ter comminabatur eis ne ma
nifestarent illum etc.

Commixtio est multiplex
temptationis diabolice. Jere.
li b. commiscuit panem
suum cinis aquinis idest fune
ti et forte ibi scriptura fuerit
diabolicam temptationem sine illi
latam. Item libidinis. Dan. xiii
assentire nobis et commiscere no
biscum. Item impacientis. Prov. xx
vi sicut qui apprehendit auri
bus canem sic qui transit per
transit impaciens et commiscetur
rixe alterius. Item societatis pra
ve. Prov. xx est ei qui revelat
misteria et ambulat fraudulen
ter ne commiscearis. Et hoc dicit
dupplici ratione. Tum quia ex hoc
sequitur nulla operatio corporis. Ps.
commixti sunt inter gentes et didi
cerunt opera eorum. Tum quia ex hoc con
surgit perdicio. Prov. xxiiii cum
detractoribus non commiscearis
quia repente consurget perdicio.
Item est commixtio universalis
malicie. Sap. xiiii omnia
commixta sunt sanguis
homicidium etc. Item est commixtio
pure. Gen. xviii b accelera tria
sata farine et commisce et fac
subcinericios panes. Tria sata
farine sunt tres partes pure que
debent simul commisceri in penitenti
bus ut fiant subcinericii
panes idest ad incorporacionem caritatis
fideles et recordacionem resolucionis
sue secundum defunctos. De hac autem
xviii Numeri dicitur quod qui commixtio
ne que fiebat decime ... vac
ce polluat tabernaculum et peccata de
ipso

Commoratio est multiplex
dei. Ysaie iiii et hec
est in medio bonorum. Joel iii mun
dabo sanguinem eorum quem non
mundaveram et dominus in Syon commo
rabitur. Item est commoratio
hominis et hec multiplex quia est
commoratio periculosa. Ecc. ix
in medio mulierum noli commo
rari et hoc dicit propter periculum.
Ecc. xxv placebit commorari leoni
et draconi placebit quam habitare
cum muliere nequam. Item est co
moratio maliciosa et hoc est
in cetum infidelium. Prov. xxi
est vir qui erraverit a via doc
trine in cetu gigantum commo
rabitur. Item est commoratio
bona et hec multiplex quia est
penitencium et hec est in salicitudine
pure. Unde et de aquila que signat
penitentem dicitur Job xxxix
in petris manet et in preruptis sili
cibus commoratur. Item pugna
cium et hec est in divina protectione
Ps. qui habitat in adiutorio al
tissimi etc. Item timencium et hec
est audiencioni plenitudi
ne. Prov. xix timor domini ad
vitam et in plenitudine commo
rabitur. Item prudencium
et hec est in solicitudine. Cant.
vii veni egrediamur in agrum
commoremur in villis. Item obe
diencium et hec est in sapientium
societate. Prov. xv auris que
audit increpaciones vite in
medio sapientium commorabitur.

Communicatio est multiplex
bona et mala. Mala
multiplex quia est com
municatio litigationis. Ecc. xx
vi mulier zelotipa fla
gellum lingue omnibus communicans.
Item pure operationis. Ephes. v
nolite communicare operibus in
fructuosis tenebrarum. Item
est communicatio prave societatis.
Ecc. xiii que communicatio sancti
ad canem. quod de mala et mala

Participans scelerum contaminat. Iohannis
ii qui ave dixit communicat operibus
malignis eius. Item quia so-
cietas peioris nimis onerat. Eccl.
xiii a pondus super se tollit qui
honestiori se socius est. i. peiori honesti
s condescendi communicat. Item quia et
ille peius communicanti sibi mala
ingerit et quantum potest coinquinat. Eccl.
viii ne communicet homo indocto
ne mala de progenie tua loquatur.
Item est communicatio bona et hec
multiplex. eucharistie. i Cor. x Ca-
lix benedictionis cui benedicimus
nonne communicatio sanguinis Christi est.
Act. ii erant autem omnes in doctri-
na apostolorum communicatione fractionis
panis. Item scientie. Sap. vii que
sine fictione didici et sine invi-
dia communico. Item est communicatio que
facit sapientia et hec est communicatio
spiritualis. Sap. viii Proposui sapi-
entiam adducere mecum ad convi-
vendum sciens quod mecum
communicabit de bonis suis. Item
est communicatio debite utilitatis.
Gal. vi Communicet autem his qui
cathechizatur verbo ei qui se cathe-
chizat in omnibus bonis.
Item compassionis. Phil. iiii Verum-
tamen bene fecistis communicantes
tribulationi mee. Item temporalita-
tis corporalis sine erogationis.
Rom. xii necessitatibus sanctorum com-
municantes. i ad Tim. vi Divi-
tibus huius seculi precipe et post pauca
facile tribuere communicare the-
saurizare sibi fundamentum
bonum in futurum etc.

Concupiscentia est multi-
plex malorum et bonorum.
Prima abicienda est.
i ad Cor. x Non simus concupiscen-
tes malorum. Et hec multiplex
est. Est enim concupiscentia
radicalis que appellatur fo-
mes. Gal. v Caro concupis-
cit adversus spiritum etc. Ab ista
derivantur septem concupis-
centie septem capitalium viciorum

quarum prima est superbie. Eccl. xx-
iii Domine pater et deus vite mee ne
derelinquas me cogitatu illorum
et extollentia oculorum meorum ne dederis
michi et omne desiderium malig-
num averte a me. i. concupiscentias ho-
norum que designat superbiam
Et fugienda est quia bella et lites
que ex ea procedunt. Iacobi iiii Unde
bella et lites in vobis nonne ex
concupiscentiis vestris. Finis
belli victoria est finis victo-
rie dominatio est finis dominationis
propria excellencia. Item concu-
piscentia invidie. Iacobi iiii ad
invidiam concupiscit spiritus.
Item inanis glorie. Gal. v Non ef-
ficiamur inanis glorie cupidi.
Item accidie. Prov. xxi piger
semper in desideriis est. Ecce accidie
concupiscentia. Item avaricie. i
Iohannis ii transit mundus et concupis-
centia eius. Ps. rapinas
nolite concupiscere. Et nota quod
hanc concupiscentiam sequitur
multitudo malorum sine comi-
tiva et quantum ad se. i Tim. vi qui
volunt divites fieri etc. Quantum
ad proximum. Mich. ii concupierunt
agros et tulerunt violenter
et calumpniabantur virum et
domum eius. Quantum ad deum
i ad Tim. vi radix omnium malorum
cupiditas est quam quidam
appetentes erraverunt a fide.
Item concupiscentia gule
Ps. concupierunt concupiscen-
tias in deserto. Et Eccl. xxiii Au-
fer a me ventris concupiscentias.
Et Num. xi dicitur quod vocatus
est locus ille sepulcra concupiscentie
ibi enim sepelierunt populum qui
desideraverat carnes. Item est
concupiscentia luxurie. Mt. v qui
viderit mulierem ad concupis-
cendum eam etc. Et hec fugi-
enda. Eccl. xviii post concupiscenti-
as tuas non eas. Et hoc quia
eos subvertunt. Dan. xiii semen
Chanaan et non Iuda species decepit

te et concupiscencia subvertit cor tuum
¶ Item in gaudium in merorem homines
venire facit quia Ecclesiastici xviij
dicit si prestes anime tue concupis-
cencias eius faciet te in gau-
dium inimicorum ¶ Item quia pericu-
lum mortis Ecclesiastici ix propter speciem
mulieris multi perierunt scilicet cor-
poraliter quia cottidie fiunt bel-
la propterea et post ea sequitur ex hoc
concupiscencia scilicet illicita amo-
ris quasi ignis exardescit ¶ Item
propter eternam penam quam indicat
ij Petri ij novit dominus pios de temp-
tacione eripere iniquos vero in
diem iudicii cruciandos reservare
magis autem qui post carnem con-
cupiscencie in immundicia am-
bulant ¶ Item in Iacobi iiij unde
bella et lites in vobis nonne ex
concupiscenciis vestris contra concupis-
cencias enim omnes debemus con-
dimicare tum quia peccata pariunt Ia-
cobi i concupiscencia cum conceperit parit
peccatum tum quia nobis nocive
sunt Petri ij usque ꝑmili diligi-
tis in fancia etc. tum quia qui
sic faciunt se servos ipsi ondunt
Galatas vi qui ipsi sunt etc. ¶ Item
est concupiscencia bonorum et hec mul-
tiplex quia est concupiscencia doc-
trine Ecclesiastici xiiij animus bona au-
diet enim omni concupiscencia doctri-
na sapientiam et psalmus dicit ecce con-
cupivi mandata tua supplesce
¶ Item gratie psalmus concupivit anima
mea desideria etc. ¶ Item sapien-
cie Ecclesiastici i fili concupiscens sapientiam
serva iusticiam nec est mirum
quia Sapientie vi dicitur concupiscencia
illius ducit ad regnum perpetu-
um ¶ Item innocencie i Petri ij
quasi modo geniti infantes etc.
¶ Item caritatis ad Philippenses i testis est e-
nim michi deus quomodo concupiscam
vos omnes in visceribus Ihesu Christi
¶ Item dulcedinis spiritualis Sap-
ientie xvi quibus dedisti concupiscenciam
delectamenti sui novum saporem
et loquitur de manna i Cor. x in ge-

ingemiscimus in hoc habitacione nostram
que de celo est superindui cupi-
dientes psalmus quam dilecta tabernacula

Comparacio sumitur in scriptura
racione vendicionis et emp-
cionis Ecclesiastici ultimo comparate
sine argento sapienciam ¶ Item
racione assimilacionis Treni ij cui
comparabo te vel assimilabo filia
Ierusalem ¶ Et notandum quod homo potest compa-
rari luto racione creacionis Iob xxx
comparatus sum luto et assi-
milatus sum faville et cineri ¶ Item
cineri racione resolucionis Iob x-
iij e memoria vestra comparabitur
cineri ¶ Item iumento racione
insipiencie psalmus comparatus sum
iumentis etc. ¶ Item sumitur racione
paritatis Genesis xxx ait Ra-
chel comparavit me deus
cum sorore mea et invalui ¶ Et
notandum quod hac comparacione non potest com-
parari deo nec racione bonitatis
Iob iiij numquid homo comparacione
dei iustificabitur aut factore suo purior
erit vir factore suo et Iob xxv
numquid iustificari potest homo com-
paratus deo ¶ Item nec racione potencie
Deuteronomii iij non est alius deus
vel in celo vel in terra qui pos-
sit facere opera tua et comparari
fortitudini tue ¶ Item nec racione
sciencie Iob xxij a numquid deo
potest comparari homo etiam cum perfec-
tus fuerit sciencie ¶ Item ponitur
in racionem preciositatis Proverbiorum iij
omnia que desiderantur non po-
tuerunt ei comparari et de hac com-
paracione dicit apostolus ij ad Cor.
x non enim audemus inserere
inferere aut comparare quibus-
dam qui se commendant ¶ Et no-
tandum quod duo certa legimus in scriptura in-
comparabilia scilicet sapienciam Sap-
ientie vij preposui eam regnis et se-
dibus et divicias nichil duxi esse
in comparacione illius ¶ Item fide-
lem amiciciam Ecclesiastici vi amico
fideli nulla est comparacio
comparacio etc. Sequitur

Compassio. Circa compassio-
nem quod compati debemus eis
quia tenemur. tum quia mo-
nemur. tum quia per passionem glo-
rificemur. De primo de primo quod
teneamur. Patet ad Ro. xii. ubi dicitur
et si quid patitur unum membrum
compatiuntur et cetera. ubi vult apostolus
ostendere compassionem que debet esse
inter membra corporis Christi unum
et sic dicit unum corpus sumus
in Christo. vult ergo dicere quod sicut
propter realem colligationem qua col-
ligantur membra ad invicem
unum compatitur alteri. sic propter spirituales
colligationes spiritualia membra
compati sibi invicem tenentur.
De secundo quod monemur ad pas-
sionem. Petri iii. in fide autem omnes
unanimes in oratione compacien-
tes estote fraternitatis amato-
res. De tertio scilicet de Christo habemus
ad Hebr. iiii. ubi ipse Christus pon-
itur in exemplum ubi dicitur
non habemus pontificem qui
non possit compati infirmita-
tibus nostris. Item Job xxx.
ubi ipse Job dicit flebam qui-
dam super eo qui afflictus e-
rat et anima mea compaciebatur
pauperi. De quarto Ro. viii. si filii
et heredes heredes quidem dei co-
heredes autem Christi si tamen compatimur
ut et simul glorificemur.

Compedes sunt multiplices
quia sunt compedes
sapientie. ut glossa Eccli. vi. Inicit
tibi compedes eius id est rectoris
fortitudinis et bases virtutis
quia sapientia ligat vel confirmat
actus interiores et exteriores et
ideo dicuntur compedes eius esse protec-
tione fortitudinis quia ad ac-
tus exteriores et bases virtutis
quo ad interiores. De his compe-
dibus ibidem dicitur In-
ice pedem tuum in compedes
et in torque illius collum
tuum subice humerum tuum et
porta illam et ne acidieris
in vinculis eius. Habet enim sapientia
compedes quibus ligat pedes
affectuum ne ad malum ligentur
ut sic prohibeat apertius cordis.
Item habet compedes collum ut sic
prohibeat apertius oris. Et ideo dicitur et in
torque eius collum. Item habet com-
pedes quibus ligat totum corpus
ut sic prohibeat apertius operis
et ideo subditur subice humerum
tuum. Item sunt compedes
pene. Ps. dominus de celo in terram as-
cendit ut audiret gemitus
compeditorum. et alibi intrat in
conspectu tuo gemitus com-
peditorum. Item sunt compedes
regularis observancie. Unde vin-
culis vinciebatur catherinis et pri-
todiabatur in compedibus et rup-
tis vinculis agebatur a de-
monio in deserto. Desertum prima
est in quo agitur a demone
peccatus in religione vincula
sunt religionis vota compedes
observancie regulares catthe-
ne autem monitiones divine.
Item temptacionis. Unde Thren. iii.
circumaedificavit adver-
sum me et gyrum aggrava-
vit compedem meum. Item
culpe. Jere. xxxix. vinxit Sede-
chiam in compedibus. Mors
scilicet culpe ut duceretur in babilone
id est in confusione. et videbis denuo
quia ipse qui solum compeditos
et cetera. Item pene temporalis. Ps. hu-
miliaverunt in compede eius et ce-
loquitur de compedione Joseph.
Item pene eterne. ad Ps. ad aligan-
dos pedes eorum et cetera.

Compulsio est multiplex. benig-
tatis sive hospitalitatis.
Gen. xix. compulsit loth
angelos ut diverterent ad eum.
Item gulositatis. Prov. xvi. anima labo-
rantis laborabit sibi quia compulit
eum os eius. Item Gre. ad Ci. i. spiritus in-
genua compulit eum inde exire.
Item violencie. Act. xxvi. com-
pellebam eos blasphemare et

et amplius meos infantie pro-
sequebar ¶ Item necessitatis na-
turalis Job xxx b et nunc cum
metum meo necessaria ne forte sa-
ciatus illiciat ad negandum
et dicam quis est dominus et egestate
compulsus furer et periurer
nomen dei mei in vanum ¶ Item
amicicie et caritatis Eccii xxx
m accipe munusculum de ma-
nibus meis et postmodum fratre compel-
lente suscipiens ait gradiant

Complacencia ¶ Simil
Nota quod que faciunt nos
complacere deo et quedam luc-
mur ex illa complacencia ¶ Ca
primum nota quod talia sunt per que pla-
cemus deo ut est dei iugis re-
cordacio ps quia misericordia tua ante
oculos meos etc ¶ Item diligens
ad inveniendum deo humiliacio Ys
xlij a Ecce frater meus susci-
piam eum complacuit sibi illa
anima mea ¶ Item discrecio iii
Reg x sit dominus deus tuus benedic-
tus cui complacuisti verba sunt
regine saba que venerat ad
experiendam sapientiam salomonis
ipse quam in se ipsam dixit verba pre-
dicta ¶ Circa secundum nota quod talia luc-
mur ex eo quod deo complacemus
quorum primum est desolacionis
amocio Ys lxij non vocaberis ul-
tra desolata nec derelicta et post
pax et complacui habitare mec
Item admictor divini conmina-
cio ps brachium tuum salvat eos
quod deus non confugat misericordia et postea sub-
ditur sed dextera tua et brachium
tuum et illuminacio vultus tui etc
Tercium est gratie infusio Mt xvii ec-
ce puer meus electus quem
elegi complacuit in illo anima
mea et ponam super eum spiritum

Complecio est ¶ Item
multiplex iniquitatis
et hec visitabitur Sophon i
Et visitabo super omnem qui ingre-
ditur arrogantium super limen
in die illa qui complet dei
sui nomen iniquitati et do-
lo ¶ Item complecio furoris
divini et hoc complebitur Ezech v
et evaginabo gladium meum post
eos et complebo furorem meum
in eis et qui longe est peste morietur
et complebo indignacionem meam
in eis ¶ Item est complecio bo-
ni et hec multiplex quia perfici-
tur incipiencium et perfectorum ¶ Com-
plecio incipiencium triplex est
scilicet quia quo ad purgacionem
peccatorum et hoc signatur in com-
plecione dierum marie Luc
ii postquam completi sunt etc
¶ Item quo ad evasionem temp-
tacionis diabolice et hoc signatur
in complecione dierum obsidi-
onis Ezech iiii ecce circumdedi
te vinculis et non convertas te
a latere tuo in latus aliud donec
compleas dies obsidionis tue
Ezechiel penitens est obsidio
temptacio est dies ergo obsidi-
onis complentur cum tempta-
ciones diabolice finiuntur sed notabile
est quod precipitur et ecce circumdedi te
vinculis etc in quo notatur
quod homo debet semper contendere
altitudine pro quousque
consumentur omnes diabolice
temptaciones ¶ Item quo ad recep-
cionem gratie donorum spirituali-
um quod signatur in complecione
dierum penthecostes post quam
receperunt apostoli gratiam spiritus
sancti Act ii postquam compleretur
etc ¶ Item est complecio quantum ad pro-
ficientes et hec triplex est quia
est complecio quantum ad ea que
sunt fidei et hec est creden-
dorum i ad Thess iii et orantes ut
videamus faciem vestram
et compleamus que desunt
fidei vestre ¶ Item est complecio
preceptorum et hec est faciendorum
Deut v audite filii israel iudi-
cia que loquor ego et discite
ea et opere complete ¶ Item est com-
plecio divine voluntatis.

Isa. xliiii. qui dico Ciro pastor
meus es tu et voluntatem meam
complebis. Et hec causa ordinatoris
maior exterior. Act. xiiii. quia navigave-
runt Antiochiam unde erant traditi
gratie dei in opus quod compleverunt ¶
Item est completio promissionum ad perfectos
et hec triplex est quia est completio pro-
missorum. Ier. xxx. quia que pollici-
ta est et iuravit ore et complebi-
tur ¶ Item est completio laboris ut
beatitur requies mentis. Sap. x.
honoravit illum et complevit
in laboribus illius ¶ Item est com-
pletio orationis ad impetrationem
letitie salutaris. Tob. iii. factum
est die tertia dum compleret orationem
suam benedicens dominum etc. ps. legi-
tur de exaudicione petitionum. Prima
completio pertinet ad abluitionem(?)
[illegible] omnis peccati et carnalitatis.
Secunda ad ascendendam requiem mentis
et ad abdicationem tribulationis car-
nis. Tertia ad adornationem omnibus spiritu-
alibus. Et istas completiones sequitur
completio finis ad recipiendum
bonum eterne contemplationis
remunerationis. De hac dicitur Iob
xxxvi. revelabit autem deus cor
ut corripiat et loquatur ut ab
iniquitate revertantur. si audie-
rint et observaverint complebunt
dominus dies suos in bono.

Compositio est multiplex
quia est compositio in bono
et compositio in malo ¶
In bono triplex quia est composi-
tio ordinate locutionis. Prov. xv.
favus mellis composita
verba et verbis non decent stultum
verba composita nec pigre labium
mentientes ¶ Item exterioris con-
versationis. Eccl. [illegible] quia compositu
corporis reddit animum statum
et mentis habitum disciplina cus-
tem submittit super alia. Valeri(us)
componit oculos ligat cachinnos
prohibet moderatur gulam refre-
nat iram sedat incessum for-
mat talibus enim docet prudentias

vestem distingui in mangaliis(?) ¶
¶ Item ornatus exterioris exquisite
pendencias. Iudith x. omnibus ista
composita non ex libidine sed ex vir-
tute pendebat. Et hec est compositio
odorifera de qua dicitur Eccl. xlix. memo-
ria Iosie in compositionem odoris.
¶ Item est compositio in malo et hec est
multiplex quia est compositio
simplex. Ps. filie eorum composite
et ornate ut similitudo templi. Et ideo
filie Syon et post parum et com-
posito gradu incedunt ¶ Item
lupine. Ier. iiii. quid facies cum
vestieris te coccino cum ornata
fueris monili aureo et pinxeris
stibio oculos tuos frustra com-
positionibus contempserunt te ama-
tores tui animam tuam que-
rent ¶ Item avaricie. Agg. i. qui
est in mercede congregavit misit eam
et compositionem mercede compositam
ad laborem ¶ Item ipocrisis. Iob
xv. a vobis scio quia ita sit et quod non
iustificetur homo compositus
deo ¶ Item adulationis. Iob xxxii.
non parcam vultui potentioribus et adde-
prehendam compositis ¶ Iste sunt male
compositiones que debent amo-
veri per penitentiam et ideo dicitur I Mach.
ix. qui in persona penitentes omnis
ablata est eius compositio etc.

Comprehensio est multiplex
gratie culpe et pene ¶ Pri-
ma ergo est ad eo et hec est mul-
tiplex quia est comprehensio astu-
tie quam comprehendit homo vel
sapientes temptationis dyaboli. Contra
quod dicit ps. persequar inimicos
meos et comprehendam illos. Item
temporalis habundantie. Amos ix.
comprehendat arator messem
et calcator uve mittentem semen.
Item fidei. ph. iii. sequor si quo
comprehendam ex quo comprehen-
sus sum a Christo Ihesu. Et Ioh. i. lux
in tenebris lucet id est in
peccatores et tenebre eam non
comprehenderunt scilicet per fidem ¶ Item
contemplationis. Iob xxxvi. ecce for

stram vestigia dei comprehendes
et usque ad perfectum omnipotentem reperies
¶ Item glo. ad philip. iii. fratres ego me non
arbitror comprehendisse. i. ad cor.
ix. sic currite ut comprehendatis
¶ Item est est comprehensio culpe
et hec sequitur ex absencia gratie ps.
Dereliquit eum consequimini et com-
prehendite eum et hec multiplex
quia est comprehensio cogitacionis
ps. Dum superbit impius incenditur etc.
Item presumpcionis seu superbe locucionis
ps. Delictum oris eorum sermonem la-
biorum ipsorum etc. ¶ Item maligne
operacionis ps. operibus suis com-
prehensus est peccator ¶ Item iudicio-
rum ps. In laqueo isto quem abscon-
¶ Item iniquitatis ps. comprehenderunt
me iniquitates mee et non potui
etc. ¶ Item est comprehensio pene
Ezech. xvii. Et expandam super eum
rethe meum et comprehendetur
in sagena mea. Et hoc multiplex
quia est comprehensio capcionis
et miserie temporalis Iere. xxxix com-
prehenderunt sedechiam in campo
solitudinis iericho et captum
adduxerunt ad regem babilonis
in reblatha [illegible]
ablacione episcopis etc. et hec com-
prehensio est quidem ad miseriam
corporis ¶ Item est comprehensio
ignorancie et hec quidem ad af-
flictionem anime Ioh. xii. Ambu-
late dum lucem habetis ut
tenebre vos non comprehendant
¶ Item est comprehensio pene sacra-
mentalis sive penitencie Amos
c. comprehendet te dolor sicut par-
turientem dole et satage etc.
¶ Item mortis Eccl. ix. Nescit
homo finem suum sed sicut pisces
capiuntur hamo et sicut aves
comprehenduntur laqueo etc. ¶ Item iudicii ad
Thess. v. Vos autem fratres non estis
in tenebris ut dies illa tam-
quam fur vos comprehendat ¶ Item
eterne mortis ps. persequatur
inimicus animam meam etc. ¶ Item
triplex est comprehensio stulte locu-

cionis prov. xvii. Stultus si tacu-
erit sapiens reputabitur et si con-
presserit labia sua intelligens
erit. ¶ Item religiosi condicionis
prov. xviii. Contradicciones com-
primit sors et inter potentes di-
iudicat. ¶ Item maligne opera-
cionis prov. xx. qui investigator
est malorum absciit omnes ¶ Item
ebrietatis Iere. xxxv. ne offera-
mus [illegible] vinum ¶ Item pena-
litatis Num. iii. omnes qui
audierunt audicionem tuam com-
presserunt manum suam super te

Comprobacio est multiplex
invenitur Deut. x. Verumtamen
patribus tuis conglutinatus
natus est dominus et amavit eos
elegitque semen eorum post eos id est vos
de cunctis gentibus sicut ho-
die comprobatur ¶ Item spiritua-
litatis Iob x. Si innocentem
me offendero validos ob meum
me premi comprobabit ¶ Item ami-
cicie prov. xvii. Omni tempore diligit
qui amicus est et frater in angus-
tiis comprobatur ¶ Item fidelita-
tis Nee. xiii. Et quem selegimus
ad sacerdotes et sadoch scriba fideles
comprobati sunt ipsi et credita sunt
partes fratrum suorum etc.

Compunctio est multiplex
scilicet hominicidii Iudicum
ultimo filii puellarum
comprimunt eos et sicut prius
eos fugientes occiderunt ¶ Item
contrictionibusque se expandunt pecca-
tores inspira illud ps. dissipati
sunt nec compuncti sunt etc. et
hoc pro desiderium penitentis ardiat
addit et sic necessaria est gratia Rom. xi.
Dedit illis deus spiritum compunc-
cionis ¶ Item penitencie est ut peni-
tentie amice memoria peccatorum
et sic est ibi dolor sine accio quam
sigeri est Act. ii. Iudi predicat
petrus peccatum quod iudeorum nar-
rat quibus narratis et auditis
auditis dixit huius audicionis et
compuncti sunt corde et doluerunt

Item p(ro)ut e(st) contra dia(bo)l(u)m (et) sic e(st) q(ua)n(do)
continua p(er)secutio dyabolica(m)
i(m)pedire volens (et) ideo dicit |Ps(alm) ka
scutum (et) no(n) p(ro)p(ter) talib(us) p(er)secutus
est h(omin)em i(n)opem (et) mendicum (et) co(m)pu(n)c-
(tum) (et)c. Item p(ro)ut e(st) i(n) (con)fessio(n)e sua (et) sic
pu(n)git (et) letificat pu(n)git p(ro)
dolore de p(ec)catis letificat d(e) mi(sericordi)a
sp(er)at de venia ip(s)a (et) de adep(ti)o(n)e
salutis (et) insigniu(m) istor(um) d(icitu)r |Iudic(um)
potasti nos vino compu(n)ctio(n)is
vino (com)pu(n)ctionis potat(ur) qui p(ro)
pu(n)ctione(m) dol(et) (et) letificatur.

Concisio est multiplex
efficiente |Reg(um) iii b quare
iratus es (et) co(n)cidis
(et)c. Item sup(er)bie |Ys(aie) xiiii c co(n)cid(is)
cadauer tuu(m). Item de iectio(n)is po-
tencie |Iosue viii. Errant aut(em)
qui i(n) hanc die(m) co(n)ciderant a(n)i-
ro usq(ue) ad nu(m)bem [illegible]
ho(m)i(n)es viii [illegible]. Item vere(n)die
|Iudic(um) vi b si [illegible] etiam
vera (con)stitu(er)et no(n) co(n)cidet vul-
tus tuus. Item culpe |Prov(erbiorum) xx-
viii c qui p(er)uersis graditur viis
co(n)cidet semel. Item ignoran-
cie |Ys(aie) iii c ruit Ier(usa)l(e)m (et) Iuda
co(n)cid(it) quia lingwa eor(um) (et) ad-
inve(n)tiones (con)tra d(omi)n(u)m. Item
captivitatis (et) miserie |Zach(arie) xi
b et e(st) virga(m) ho(m)i(n)es viri que
que i(n) manus p(ro)ximi sui (et) i(n)
manu regis sui (et) co(n)cidet terr(am).

Concisio est (et) aliter
multiplex vi(n)dicte (con)-
tingu(n)t |Iudicu(m) xx a de
nocte venit q(uia) filii Beni-
amin terribili furore vexantes
occiderunt eam (et) p(ro) le(n)tes occi-
dit eam i(n) frustra (et) misit ad
om(ne)s t(er)mi(n)os possessio(n)is Isr(ae)l
ut visa iniquitate iudicaret.
Item est co(n)cisio que fit i(n) sig-
nu(m) pacis |Ysaie ii b co(n)ci-
dent gladios suos i(n) vomeres
(et) hastas suas ligones. Item
est co(n)cisio sac(ri)ficii |Leuit(ici) i de-
tracta pelle hostie artus i(n)
frustra co(n)cident. Item p(ro)ut e(st)

h(ec) (con)cidisti saccu(m) meu(m) (et) circu(m)de-
disti me leticia. Item [illegible]
se doctine |Iob xl q(uod) co(n)cidet eum
amici (et) loquuntur de leuiathan
amici sunt p(re)dicatores qui leuia-
than co(n)cidunt cu(m) membra sua
i(d est) p(re)dicatores p(ro) salutem doct-
rinam distingu(n)t ab eo i(d est) dyabolo
qui figit leuiathan. Item i(n)flic-
te miserie |Iob xvi c co(n)cidet
me vulne(re) sup(er) vulnus (et) irruit
i(n) me q(uas)i gigas. Item a(n)gustie
(et) miserie |Eccl(esiastici) xxxviii si ven-
tos p(ro)plor(um) co(n)cidet (et) gentes
fortes dissoluit (et) loquit(ur) dul-
cia lingwa. Item crudelitatis
|Machab(eorum) ii co(n)cidisti ipsos mul-
tos (et) p(ro) anima sua. Item
dici iudicii vi (et) locus iudicii
vocat(ur) ap(ud) Ioh(elem) vallis co(n)cisionis.

Concitatio est multiplex
est e(ni)m concitatio p(ro)vocatio-
nis ex sup(er)bia |Prov(erbiorum) xx-
viii qui se iactat (et) dilatat
iurgia co(n)citat. Item ex op(u)-
lencia |Dan(ielis) xi cu(m) i(n)valuerit
diuiciis suis co(n)citabit om(ne)s
adversu(m) regnu(m) grecie. Item
ex zelotipia |Nu(meri) v c si sp(iritu)s
zelotipie co(n)citaverit viru(m)
contra uxorem suam que
vel polluta est vel falsa sus-
picione appetitur adducet
eam ad sacerdotem. Item ex iра-
cundia |Prov(erbiorum) xxvii a i(m)petum co(n)-
citati sp(iritu)s ferre quis poterit.
Item ex ydolatria |Iudicu(m) i b ab
iracundia co(n)citaverunt d(omi)n(u)m
dimittentes eum (et) sequentes
Baal. Item ex amonitione ma-
la |iii Reg(um) xxi q(uod) no(n) fuit alt(er) ta-
lis sicut Achab qui ve(n)ditatus
est ut faceret malu(m) i(n) co(n)spec-
tu d(omi)ni co(n)citavit eum Iezabel
uxor [illegible] (et) abhomina-
bilis factus est (et)c.

Conceptio est triplex
p(ri)ma e(st) p(re)destinatio(n)is
(et) et(er)na (et) de hac |Prov(erbiorum) [illegible]
viii no(n)du(m) erant abissi abissi

et ego iam concepta eram. Secunda est
naturalis et virtute facta. Gen.
iiii Adam cognovit uxorem suam
que concepit. Sed ut cognoscamus
conceptionem Ihesu Christi, quia ceteris carnem
ab aliis differentem, notandum est quod nos
distinguimus triplicem conceptionem
naturalem, quarum prima est car-
nalis et coniuncta. Secunda est carnalis
et disiuncta. Tercia est carnalis
et carnalitate disiuncta. Exempla:
Prima fit de parte et virtute, et hec fit
in iuventute. Gen. xvi Agar in-
tellexisse se videns etc. Secunda est
de parte et virtute sed in senectute.
Gen. xxi Visitavit dominus Saram
sicut promisit que concepit et peperit
filium in senectute sua. Tercia
fit de spiritu sancto in virgine Mari-
a. Ysa. vii Ecce virgo concipiet et
pariet filium etc. Prima concep-
cio fit mediante natura et dei vir-
tute, et ideo virtuosa. Hebr. xi Fide
ipsa Sara sterilis virtutem in concep-
cione accepit seminis. Secunda fit
cooperante natura sed dominante
virtutis dei potencia, et miraculose.
Judicum xiii sterilis es et absque
liberis sed concipies et paries fili-
um. Hoc fit per annunciacionem ange-
licam, sicut et cum conceptus est
beatus Joh. Bap. sicut habetur Luc.
i. Tercia fit mediante virtute dei
virtute et spiritu sancto obumbran-
te et virgine consenciente et an-
gelo annunciante, et ideo fit se-
parata omni carnalitate. Et ista
conservata est soli filio dei qui con-
ceptus est de spiritu sancto, unde non
solum naturalis et virtuosa
sive miraculosa sed deificata,
unde et angelus dixit: Ecce virgi-
ni in concepcione dominus tecum.
Item est conceptio in mente et hec
est spiritualis que duplex bona
et mala. De mala Jac. i Concupis-
cencia cum conceperit parit dolorem
vel peccatum, et hec triplex est secundum
quod legimus tria genera peccatorum: super-
biam, avariciam et concupiscenciam
carnalem. Superbia concepit do-
lorem, avaricia laborem, concu-
piscencia carnalis ardorem,
de qua dicitur in persona superborum. Job
xv Et ipsi concepit dolorem et pe-
perit iniquitatem. De secunda in per-
sona [illegible] Ysa. lix in persona a-
varorum concepimus dolorem
et peperimus iniquitatem. De tercia
in persona lascivorum Ysa. xxxiii con-
cipietis ardorem et parietis sti-
pulam. Item est conceptio bona et hec
multiplex, quia quidam con-
cipiunt cogitacione et hoc in racion-a-
bili quod pertinet ad virtutem fidei,
et de hac dicitur Ysa. viii accessi ad
prophetissam et concepit et peperit
filium. Prophetissa est racio que ad
tactum spiritus sancti concipit
genus cognicionis et parit virtu-
tem fidei. Quidam concipiunt
dilectione in concupiscibili et
pariunt caritatem, de quibus ii Mac.
i. quod igne concepto scilicet caritatis ob-
tulerunt sacrificia. Quidam
concipiunt spiritum timoris et hoc
in irascibili et pariunt altitudinem
spei que dicitur spiritus salutis. Ysa.
xxvi A timore tuo concepimus
et peperimus spiritum salutis.

Conclusio est multiplex:
est enim exclusio qua con-
cluditur homo in carcere
penitencie. Gen. xlii a caritate sunt
intrare et conclusit eos in car-
cerem. Item est conclusio gracie
qua est conclusione homo ne
possit nocere. Dan. vi Deus misit
angelum suum i. graciam et con-
clusit ora leonum i. demonum
suggestiones et non potuerunt
in nocere. Ps. Effunde frameam
et conclude etc. Item est conclusio
pene qua concluditur homo ne
possit ad malum procedere. Tren.
iii Vias meas conclusit la-
pidibus quadris. Item est con-
clusio qua concluditur homo
in manu potestatis dyaboli. Ps. con-
clusistis me i. permisistis me

concludi in manibus inimi-
cis. Ys. xlii b. Dedi te in lucem gen-
tium ut aperias oculos cecorum et educas
de conclusione vinctum. ¶ Item est
conclusio vite qua concluditur
etiam pauperis elemosina in sinum
pauperis. Eccl. xxix. Conclude ele-
mosinam in sinum pauperis. ¶ Item con-
clusio legalis observancie. Gal.
iii. Prius quam veniret fides sub le-
ge custodiebamur conclusi.
¶ Item malicie. Ps. Inimici mei
animam meam circumdederunt. ¶ Item mor-
tis. Ps. et iumenta in morte
conclusit. ¶ Item miserie captivi-
tatis. Ezech. xxxv. a. Scias quia eo-
dem quod inimicus sempiter-
nus et conclusisti filios Israel
in manu gladii. ¶ Item est conclu-
sio finis sive consumptionis qua
reducitur homo ad micta
per se redargucionis. Ezech. vii f.
Fac conclusionem filii hominis quia
plena est terra iudicio sanguinum et
repleta est terra iniquitate etc.

Concordia est multiplex. Fi-
delis amicicie. Eccl. xx-
vi f. Si aperuit os triste
ne timeas. est enim concordia-
cio et loquitur de amico fideli.
¶ Item federacionis vite. ii Paralip.
xvi. Dixit asa ad benadab fe-
dus inter me et te est. pater meus
et pater tuus habuerunt concor-
diam. ¶ Item societatis angeli-
ce. Job xxv. Potestas et terror apud
eum qui concordiam facit in
sublimibus. ¶ Item congrega-
tionis superne. Eccl. xxv a. In tri-
bus beneplacitum est spiritui meo
que sunt probata coram deo et
hominibus concordia fratrum etc.

Concubitus est multiplex.
luxurie. Gen. xxxviii d.
Quid michi dabis ut
fruaris concubitu meo. Dixit
thamar iude. Eccl. xxiii d. Auf-
fer a me ventris concupiscencias
et concubitus concupiscencie
non me apprehendant. Item de-

Deut. xxviii f. Delicatus valde et
luxuriosus mente invidebit fra-
tri suo et uxori que cubuit in
sinu suo. ¶ Item fingende ma-
licie. ii Reg. xiii. Cuba super lectum
et dolorem simula. ¶ Item predo-
nis insidiose. Job xxxviii. Num-
quid capies leene predam
et animam catulorum eius implebis
quando cubant in antris et in specubus
insidiantur. ¶ Item passionis
dominice. Cant. i. Indica michi quem
diligit anima mea ubi pascas
ubi cubas in meridie. ¶ Item pene.
Joel i c. Ingredimini cubare.

Conculcacio ¶ in sacra scriptura
est multiplex. In scriptura
ponitur enim conculcacio
in signum subtracte consola-
cionis. Ys. v. Ostendam vobis quid
faciam vinee mee. auferam
sepem eius et erit in direptionem
diruam maceriam et erit in con-
culcacionem. ¶ Item in signum de-
solacionis. Ps. Persequatur inimicus
animam meam. ¶ Item in signum
direccionis. Ps. Miserere mei deus
quoniam conculcavit me homo. ¶ Item
in signum captivitatis. Abac. iii. In
in fremitu tuo conculcabis terram.
Ys. xiiii f. Si quomodo tractatur
sic enim fit ut conteram assirium
in terra mea et in montibus meis
conculcem eum. ¶ Item conculcacio eterne
dampnacionis. Job xxxiii f. A
inimicus oculis sabbatat iniqua
et meo enim abiecit. Tempore
oculorum meorum conculcabit eos
eum. ¶ Item est conculcacio culpe
superbie. Eccl. ix. Omnis mulier
fornicaria que stercus omnibus pre-
tereuntibus conculcabitur. Ezech. xvi
in conculcata es in sanguine
tuo. ¶ Item avaricie. Eccl. xl. Ti-
more prudencie vel avaricie con-
culcabitur copia et ventre eius
ignis ardebit. ¶ Item superbie quia
superbia conculcat alios. Job xl
Respice quos conculcabit terra vel superbie
quia superbia conculcat. Job xxxix. cunctos

sublime conculcabit pes pauperis. Item est conculcacio crapule que mens a spiritualitate. Eze. xxxiiii. Nunquid satis erat vobis depasti pascua bona insuper et pascuorum vestrorum reliquias conculcabitis pedibus vestris. Item oppressionis pusillorum. Abac. i. a. quare respicis contemptores et taces conculcante impio iustiorem se. Item sanctificacionis divine. Ysa. lxiii. hostes nostri conculcaverunt sanctificacionem tuam. Item ydolatre hoc est quo conculcatur dei filius a peccatoribus infidelibus. Hebr. x. Irritam quis faciens legem moysi etc. quanto magis quanto putatis mereri supplicia qui filium dei conculcaverit. Item est conculcacio gracie et hec est qua conculcatur dyabolus et suggestiones. Ps. conculcabit leonem et draconem. In leone notatur aperta temptacio in dracone occulta etc.

Concussio est multiplex. Est enim concussio gracie qua ipse concutitur peccator inimicus. Ps. vox domini concucientis desertum. Item pure. Amos ix. concuciam domum israel sicut concutitur triticum in cribro et hec est a purgacione peccatorum. Item est concussio paucientis ex timore similis. Job. qui commovet terram de loco suo i. peccatorem de statu prosperitatis i. columpne eius i. familie concucientur priore similis. Item est concussio que mens ex timore iudiciali. Job xxi. a. et quando recordatus fuero pertimesco et concutiet meam carnem tremor et loquitur de recordacione iudicii. Item ex filia. Eccl. xviii. cum inspexit illa deus timore concucientur in conspectu dei. Est gracie infusio que generat timorem concussionis filialis. Item est concussio temptacionis. Job i. ventus vehemens irruit a regione deserti et concussit quatuor angulos domus carnalia quatuor anguli quatuor affecciones ventus vehemens temptacio. Item est concussio captivitatis. Ysa. xiiii. Numquid iste est qui conturbavit terram concussit regna et hoc in hebreum lucem nemine conculcatis etc. Item pene eterne. Ps. xvii. fundamenta moncium conturbata sunt et commota sunt quoniam iratus est deus eis.

Cor. Circa cor nota quatuor que faciat deus cordi diversitate cordium. Et que percipiuntur homini facienda de corde suo. Et que dicit dominus de corde suo. Ultimo que debemus facere ex toto corde. Circa primum nota quod septem facit deus cordi. Primo intuetur. i. Reg. xvi. homo videt que patent deus autem intuetur cor. Et hoc per graciam compassionis infundendo ipse enim est qui dicit nolo mortem peccatoris. Secundo adaperit instruendo. ad Ephes. i. [illegible] etc. ii. Mach. i. adaperiat dominus corda vestra. Tercio tangit fervorem immittendo. i. Reg. x. abiit cum saule pars exercitus quorum deus tetigerat corda. Set quia cor [illegible] fluentis sicut cor perdentis fantasias patitur nimis inquirendo delectabilibus nisi ab altissimo fuit emissa visitacio ut dicitur Eccl. [illegible]. Quarto visitat et probat. Ps. probasti cor meum. Quinto emollit ad devocionem excitando. Job xxiii. deus emollivit cor meum. Hoc est quod promiserat deus per Eze. xxxvi. auferam a vobis cor lapideum. Sexto loquitur cordi et hoc ut delectetur. Osee ii. Ecce lactabo eam et ducam in solitudinem et loquar ad cor eius. Septimo trahit sibi totaliter uniendo quia qui adheret deo unus spiritus efficitur cum eo. Ideo dicit Job

xxi si direxerit ad eum cor suum
spiritum eius et flatum ad se trahet e-
cum dixi attractive nature quia
ad modum adamantis trahit ad se
quecumque tangit huius attractum
desiderat qui dicit trahe me
post te Cant. i et currimus sic tracta ca-
tat deus cordis mei et pars mea
deus in eternum ¶ Circa secundum nota
quod est cor perversum et est cor oppositum
de perverso Prov. xvii qui perversi cordis
non inveniet bonum Et nota quod per-
versi cordis sunt septem differen-
cie indisciplinacio infatua-
cio elevacio nequicia dolosi-
tas depravacio induracio per
quas distinguuntur cor infa-
tuatum indisciplinatum
elevatum nequam dolosum de-
pravatum induratum ¶ De primo
Job xvii cor eorum longe fecisti
a disciplina et tale cor fa-
cit quatuor ¶ inducit proni-
tatem ad malum Gen. viii sen-
sus et cogitacio humani cordis
prona sunt ad malum ¶ Item fa-
cilem consensum viri indiscipli-
natis Osee vii applicuerunt
quasi clibanum cor suum cum insi-
diaretur eis ¶ Item mentis
instabilitatem Eccl. xvi qui
inminuitur corde cogitat in-
ania ¶ Item consciencie remor-
sionem Prov. v cur detestatus
sum disciplinam increpacioni-
bus non acquievit cor meum
¶ Secundum est infatuatum Prov. x-
viii non recipit stultus verba
prudencie nisi ea dixerit
que versantur in corde suo et
xxii stulticia colligata in
corde pueri Et nota quod istud cor
provocat stulticiam Prov. xv cor
insipiencium provocat stulticiam
¶ Item nullam retinet sapienciam
Eccl. xxi cor fatui quasi vas con-
fractum ¶ Item omnem querit le-
ticiam carnalem Eccl. vii cor
stultorum ubi [illegible] leticia ¶ Item
primum facit ad blasphemiam

et ideo dicitur Eccl. v ne temere quid
loquaris neque cor tuum sit velox
ad proferendum sermonem coram deo
¶ Tercium est cor elatum Judith i ex-
altatum est regnum nabuch et ele-
vatum est cor eius Eze. xxviii in
multiplicasti tibi fortitudinem
tuam et elevasti cor tuum in robore
tuo tale cor habebat qui dicebat
Job xii et mihi est cor sicut et
vobis nec inferior vestri sum
hic dicitur Job xv quid te elevat
cor tuum Et nota quod istud cor in-
ducit dei oblivionem Deut. viii
ne postquam comederis et saciatus
fueris et postea elevetur cor
tuum et obliviscaris domini dei tui
¶ Item animi contaminacionem
Prov. xxvi quomodo si argento sordi-
do velis ornare vas fictile
sic labia tumencia cum corde
pessimo sociata ¶ Item sui de-
cepcionem Jer. xlix arrogancia
tua decepit te et superbia cordis
tui modum ante deceptionis po-
nit Eccl. xi sicut eructant
precordia fetencium et sic perdix in-
ducitur in caveam et ut caput in
laqueum sic cor superborum ¶ Item sui
deieccionem Isa. xiv quomodo ceci-
disti lucifer et postea qui di-
cebas in corde tuo etc. ¶ Quartum
est cor nequam Jer. xlviii Ego no-
vi superbiam tuam et nequici-
am cordis tui ¶ Istud cor est
in bono diminutum in malo coa-
gulatum in se iracundum et in fine
eternis doloribus agitatum
¶ De primo Eze. x diminutum est cor
eorum ¶ De secundo Ps. coagulatum est
sicut lac cor eorum ¶ De tercio Eccl.
xi aufer a corde iram ¶ De quarto
Eccl. iii cor nequam gravabitur
doloribus ¶ Quintum est cor dolo-
sum Eccl. i cor tuum plenum est
dolo et fallacia etc. et loquitur de ypo-
crita Et nota quod tale cor sub specie
sanctitate gladium suum abscondendo
Isa. xxix ve qui profundi estis cor-
de etc. ¶ Item duplicitate [illegible]

sed hec duplici cordi contrarie ingre-
dienti duabus viis dicitur Eccl.
iii cor ingrediens duas vias
non habet successus bonos. ¶ Item
malicia in excogitando Prov. vi pra-
vus in corde cogitationem ma-
lam. ¶ Item nequicia in consulendo
Prov. xxvi qui submiserit vocem
suam ne credideris ei credideris
quia septem nequicie etc. ¶ Septi-
mum est cor depravatum Eccl. iii cor pra-
vum scandalizatur istud cor in-
ducit inobedienciam Jer. xvi Ecce
unusquisque abiit post pravitatem
cordis sui mali ut me non au-
diat. ¶ Item apostasiam iii Reg. xi
cum esset iam senex Salomon
depravatum est cor eius per mulie-
res ut sequeretur deos alienos
¶ Item anime perdicionem Prov. vi qui
adulter est propter cordis inopiam
perdet animam suam. Osee iiii for-
nicacio etc. ¶ Item iram dei incur-
rit Prov. xi abhominabile domino
deo cor pravum. ¶ Septimum est cor in-
duratum Job xli indurabitur
cor eius quasi lapis et hec quatuor
facit. ¶ Primum est quod semen iactum
ad fructum non recipit Luc. viii
aliud cecidit super petram
i. cor durum et natum aruit quia
non habebat humorem scilicet gratie
¶ Secundum est quod spiritui sancto resistit
Actuum vii dura cervice et incircumcisi
corde vos semper spiritui sancto resisti-
tis ¶ Tertium est quod iram thesauri-
zat Rom. ii secundum duriciam tuam et cor
impenitens thesaurizas tibi iram
in die ire et revelationis iusti
iudicii ¶ Quartum est quod ad malum
finem adducit Eccl. iii cor durum
male habebit in novissimo ¶ Sed sic mu-
nitur cor bonum de quo dicitur Eccl.
xi in bono sit cor tuum in diebus
iuventutis tue et ambula in
viis cordis tui. ¶ Secundo quod hec boni
cordis septem differencie sunt quibus
distinguitur septemplex cor
scilicet contritum mundum humiliatum
rectum iocundum discretum et perfectum

¶ Secundo dicitur Ps. cor contritum et humilia-
tum etc. ¶ Contritum quidem illud cor debet
esse gementibus lacrimosis ple-
num lacrimis gaudiosis devotum
et discretum. ¶ Insignum primi
dicitur [illegible] mei et
cor meum [illegible] ¶ Insignum secundi dicitur
Tren. ii effunde sicut aquam
cor tuum ¶ Tertium dicitur [illegible]
corda vestra [illegible]
tus cor [illegible] indiget [illegible]
sionem Ps. qui sanat contritos
corde etc. Luc. iiii ut mederer
contritis corde ¶ Sic sanatur
Eccl. xxii qui pungit cor profert
sensum ¶ Item leticia Prov. xiiii
in cor quod novit amaritudinem
anime sue etc. ¶ Secundum cor est
humiliatum cuius est triplex
condicio simplicitatis ut deus
queratur Sap. i in simplicitate
etc. ¶ Item docilitas ut sibi do-
minetur Prov. xv qui acquiescit
increpacionibus possessor
est cordis sui contribulacio sine
[illegible] facto cum gloria non con-
fusio [illegible] contribulatum
est cor meum [illegible] gloria tue
¶ Tertium est cor mundum Ps. cor
mundum crea in me deus cuius est
triplex condicio ¶ Purgacio
que fit per confessionem Eccl. xxxviii
ab omni delicto munda cor
tuum ¶ Innovacio que fit per bonorum
operum assuefactionem et ideo dicitur
Eze. xviii facite vobis cor no-
vum ¶ Tertium [illegible] spiritum
[illegible] mundicie dileccio
que pertinet ad amiciciam dei ad
[illegible] Prov. xxii qui diligit
cordis mundiciam etc. et ideo ad
[illegible] Mat. v beati mundo corde
¶ Quartum est cor rectum Ps. gloria-
mini omnes recti corde et illud
cor [illegible] sensu divine bonitatis
et contemplacionis Ps. [illegible] qui
bonus Israel deus etc. ¶ [illegible]
in laudis [illegible]
[illegible] Ps. et laudabuntur omnes recti
corde ¶ [illegible] solute [illegible] eternitate

Ps qui salvos facit rectos corde
rectum est cor iocundum ps dedis-
ti leticiam in corde meo et illud
Prov. cor exhilarat faciem et non dimittat
delectatione sed prolongat vitam de primo
primum xv cor gaudens exhilarat
videbis et affluens et mirabitur et dilatabitur cor tuum etc. ¶ Item caritatis et nobilitatis in aliorum emulatione. Unde ad Cor. vi: Os nostrum patet ad vos o Corinthii, cor nostrum dilatatum est. ¶ Item mentis in contemplatione verum et mentis dilatacio unum est. De illis tribus de qua dicit Richardus de sancto Victore in libro de contemplatione: Tribus modis videtur caritas contemplationis variari. Modo enim agitur mentis dilatatione, modo mentis sublevatione, modo mentis alienatione. Mentis dilatacio est quando acies animi latius expanditur et vehementius acuitur, modum tamen humane industrie non supergreditur. Mentis sublevacio est quando intelligentie vivacitas divinitus irradiata humane industrie metas transcendit, nec tamen in mentis alienatione transit ita ut supra se sit quod videat et tamen a suis ipsis penitus non recedat. ¶ Mentis alienacio est quando memoria a mente excedit et in peregrinum quendam et humane industrie invium animi statum divine operationis transfiguratione. Tertio quod dilatacio mentis tribus gradibus excrescit: arte, exercitatione, attentione. Arte est cum aliquid alicuius veraciter operamus et qui et quo et quid agendum sit veraci traditione seu sagaci investigatione addiscimus. Exercitacio est quando id quod arte percepimus in usum adducimus. Attencio est quando id quod studio exequimur summa diligencia insistimus. ¶ Item mentis sublevacio tribus gradibus excrescit: aliquando enim mens sublevatur supra scientiam, aliquando supra industriam, aliquando supra naturam. Supra scientiam quando aliquis tale aliquid ex divina revelatione cognoscit quod modum scientie vel intelligentie excedit. Supra industriam cum aliquid humana industria divinitus illuminatur ad quod in illa sciencia sufficiat nec ulla sua industria capax est. Supra naturam quando humana intelligentia divina inspiratione afflata non eius hominis sed generaliter totius humane nature industrie modum transgreditur. Nam supra humanam naturam est videre de preteritis que iam non videre de preteritis de futuris quod est videre de presentibus quod sensibus absens est, videre de alienis cordis secretis quod nulli sensui subiectum. ¶ Item tribus de causis in mentis alienatione ducimur, scilicet pre magnitudine devotionis, admirationis, exultationis. Devotionis quando tanto celestis desiderii igne succenditur ut amoris intimi flamma ultra humanum modum excrescit que animam humanam de cere ad cere similitudinem reliquefactam a pristino statu resolvat et ad instar fumi attenuatam in superna elevet et ad summa emittat. ¶ Item magnitudine admirationis quando divino lumine irradiata et summe pulchritudinis admiratione suspensa iam vehementi stupore concutitur ut a suo statu funditus excuciatur et in modum fulguris coruscantis quanto profundius pro despectu sui invise pulchritudinis regula deicitur tanto sublimius tanto celerius per summa desideriorum reverberata et supra semetipsam in sublimia elevetur. ¶ Item magnitudine exultationis quando intima illa interne suavitatis habundancia potata immo plus inebriata quid sit quid fuit penitus obliviscitur etc.

Dilectio est triplex: naturalis, carnalis et spiritualis. ¶ 28 de carit. di. Item quod iteris

interius unde bonam uitam tu-
am adquirendam dilectione que
nunquam malicia tua docuisti.
Item de naturali dicit Thob. viii
domine tu scisti quia non luxurie
causa accipio sororem meam
sed sola posteritatis dilectione. Ita
filios parentes nos ut ipsa natu-
ra diligamus. Et nota quod hanc
dilectionem ordinant tria. primo op-
portunitas temporis quod dicitur Eccle. iii
in tempore est dilectionis et est tempus
odii. Secundum est stabilitas amico-
rum qui non permanet in tempore tribula-
cionis non est verus amicus et ideo
dicitur Cant. viii quod fortis est ut
mors dilectio. Tercium est fideli-
tas ut duret usque ad mortem
et ideo dicitur Eccli. vi Amico
fideli nulla est comparacio. Hec
est dilectio spiritualis de qua in ii ad
Thim. i Non dedit nobis deus spiritum
timoris sed virtutis et dilectionis et c.
Et nota quod est triplex quia est di-
lectio amici dei et inimici. dilec-
cionem inimici ordinant tria visi-
tacio, oris dulcis responsio. De
primo dicitur Eccli. vii Non te pigeat
visitare infirmum ex hiis enim in
dilectione firmaberis. De secundo Matth.
v orate pro persequentibus et ca-
lumpniantibus vos. De tercio Eccli.
vi Verbum dulce multiplicabit
amicos. Et nota quod hec dilectio va-
let ad peccatorum sanacionem. Augusti-
nus ad dilectionem inimicorum nos
commoneo quia ad sananda pec-
cata nullum medicamen-
tum melius cognoscere. Item ad per-
fectionis induccionem Matth. v di-
ligite inimicos vestros et c. estote
perfecti. Item ad filii dei filia-
cionem. Unde Augustinus qui dilexit
inimicos hic erit amicus dei
non solum amicus sed et filius
quanta gratia ut nos sint sui digni
nos simus et inimicorum dilectione
filii dei efficiuntur. Item quia ma-
xime deo assimilatur. Crisostomus
ait nichil est quod sic esse similem

faciat deo sicut malignis atque
ledentibus esse placabilem. Item
indicium est bonitatis magne.
Augustinus in enchiridio magnifice-
tissime bonitatis est ut tuum qui
inimicum diligas et ei qui tibi
malum vult tu semper bonum ve-
lis atque facias cum possis. Item
magnam mercedem. Luc. vi
verumptamen diligite inimicos
vestros et erit merces vestra magna.
Sequitur de dilectione amici de
qua Joh. xiii In hoc cognoscent
omnes quod discipuli mei estis
et c. et hanc ordinant tria ydemp-
titas voluntatum quia dicit
Tullius quod idem velle idem
nolle vera amicicia est. Item
transformacio actionum quia dicit
Augustinus amice scis quia diligis
sed ea vis dilectionis est ut te eius
similem facere que diligis transfor-
maris. Item assiduitas cogi-
tacionum quia dicit Augustinus dilec-
cio est confitencia animi suspi-
ciosa in re amata et cognicionis
in rem eandem assiduitas.
Sequitur de dilectione dei.
Circa quam nota primo que sunt
ea que nos incitant ad dileccionem
dei. Secundo per que adipiscitur. Tercio
que bona faciat. Quarto quam
diligendus. Quinto qualiter.
Sexto de speciebus amoris. Septimo
qualiter neglecta dei dilectio
admittitur ad dilectionem mercatu-
rarum. Nono que mouet deum
ad diligendum nos. Circa primum
nota quod tria incitant nos ad
dilectionem dei, prioratus dilec-
tionis eius mercatione. I Joh. iiii
Nos diligamus deum quoniam ipse
prior dilexit nos. Item recre-
acione. Ys. lxiii in dilectione sua
et indulgencia sua ipse rede-
mit nos. Item benignitatis in
remuneracione. Col. i qui eripu-
it nos de potestate tenebrarum et
transtulit in regnum dilectionis fi-
lii sui. Circa secundum nota quod propria

adipiscitur per fidem. Sap. iii. Et fide-
les in dilectione acquiescent illi. Item
per sapienciam. Eccl. i. Dilectio dei sapiencia
honorabilis. Item per timorem. Eccl. i.
timor domini inicium dilectionis eius.
Circa tercium quod tot bona facit disci-
plinam docet. Sap. vi. cura disci-
pline dilectio. Item legem implet.
Ro. xiii. plenitudo legis dilectio.
Item leticia replet. Eccl. xl. vi-
num et musica letificant cor
super utrumque dilectio. Circa quartum
notandum quod multiplici racione diligen-
dus est deus. Primo quia dili-
gentibus peccata condonat de Maria
Magdalena. Luc. vii. dimissa sunt
ei peccata multa etc. Secundo quia
temptaciones sanat. Osee xiv.
sanabo contriciones eorum et diligam
eos. Tercio quia diligentes se le-
tificat. Ps. gloriabuntur in te omnes
qui diligunt nomen tuum. Quar-
to quia illuminat. Eccl. ii. qui timetis
deum diligite illum et illumina-
buntur corda vestra. Quinto quia
conservat. Ps. custodit dominus omnes
diligentes se etc. Sexto quia
rogantes exaudit. Ps. dilexi
quoniam exaudiet dominus etc. Septi-
mo quia diligentes se diligit. Pro-
verb. viii. ego diligentes me
diligo. Octavo quia peccatores at-
trahit. Ierem. xxxi. in caritate
perpetua dilexi te et ideo attraxi
miserans. Nono quia a potestate
tenebrarum nos eripit. Col. i. De-
cimo quia ad contemplacionis
suavitatem nos admittit. Gre-
gorius in moralibus. Si quis ad sum-
mum contemplacionis properare
ipsum prius interroget quantum
amat. machina quippe
mentis est vis amoris que
hanc dum a mundo subtrahit
in alta sustollit. Undecimo
quia omnia in bonum vertit. Ro.
viii. scimus quoniam diligentibus de-
um etc. Circa quintum notandum qualiter
diligendus est deus notandum. Bern.
in libro de diligendo deo. Mo-

dus diligendi deum est diligere sine
modo. Et notandum quod quidam nolunt
diligere ore solum de quibus Ps.
dilexerunt eum in ore suo sed de
hoc i. Ioh. iii. non diligamus verbo
lingua et verbis sed opere et veritate.
Modus autem diligendi secundum
dictum patet Mat. xxii. diliges dominum
deum tuum etc. Ex toto ergo cor-
de. Primo est diligendus. hoc
ipse tria. Primo ut sine errore
intelligatur. Hugo ex toto cor-
de deum diligere est diligere eum
toto intellectu sine errore. Item
ut nichil super eum diligatis.
Crisostomus ex toto corde deum diligere
est ut ad nullius rei dilectionem
magis sit inclinatum cor tuum
quam dei ut non delecteris in spe-
cie mundi magis quam in deo non
in honoribus non in amicis si
aut in aliquo istorum sit occu-
patus amor cordis iam non
ex toto diligis. Sic diligebat
eum David Eccl. xlvii. de omni
corde suo laudavit eum deum
et dilexit eum. Tercio ut per eius
dulcedinem alia omnis dulce-
do prius evacuetur. Hugo dili-
gere deum ex toto corde est ut
homo a propria concupiscencia et
delectacione sit abstractus et il-
lectus. Item diligendus est ex to-
ta anima et hoc ipse tria. Primo
ut ei per fidem adhereat. Crisostomus
diligere deum ex tota anima est
certissimum in veritate habere animum et
firmum esse in fide quia si hesitaveris
ceperis iam non ex tota anima dili-
gis. Item ipse amor [cordis]
sentit sed amor anime intelligit.
Secundum est ut eius voluntati in
in nullo contradicatur unde
Hugo ex tota anima deum diligere
est ipsum diligere ex tota volunta-
te sine contrarietate. Tercium est ut
per talem dilectionem omnis mundana
et animalis diabolica prude-
cia evacuetur. Hugo diligere deum
tota anima est diligere sapienter

ut temporalem dilectionem homo contra astucias demonum cautius evidatur. Item diligendus est tota mente et hoc propter tria. ¶ Primo ut omnes sensus hominis vacent deo sapiencia et intellectus cognicio et memoria et dicat homo ergo iam non ego. ¶ Secundum est ut nullatenus deum oblivioni tradat. Augustinus: diligere deum tota mente est diligere eum omni memoria sine oblivione. ¶ Tercium est ut ab eo nullatenus retrahatur. Bernardus: deum diligere tota mente est diligere eum fortiter ne abstracti ab amore dei arceamur (?). ¶ Circa septimum notandum quod est triplex dilectio dei: naturalis que est omnium. Augustinus in libro soliloquiorum: deus quem amat omne quod amare potest sive sciens sive nesciens. ¶ Secunda est mercenaria. Psalmus: diligam te domine fortitudo mea. ¶ Tercia est casta. Bernardus super Cantica canticorum: amat caste qui ipsum quem amat querit non quicquid aliud quam ipsum. ¶ Circa septimum notandum quod multa sunt signa dilectionis dei. ¶ Primum est cum aliquis libenter de deo cogitat. Glossa super Iohannis xx: hoc in animo solet agere amoris ut que semper cogitat nullum alium ignorare credit. ¶ Secundum est cum aliquis de deo vel cum deo libenter loquitur. Crisostomus: amancium mos est ut amorem suum silencio tacere nequeant sed necessariis et caris suis efferunt et exponunt et flammas suas infra pectus se cohibere non possunt enarrant frequencius ut ipsa assiduitate narrandi solacium amoris capiant sui et refrigeria in mensa ardoris assumant. ¶ Tercium est cum quis libenter deum audit. Luce x: Maria conservabat etc. Quartum est dare omnia pro deo. Canticorum ultimo: si dederit homo omnem substanciam suam

pro dilectione etc. Gregorius: frigescat quis actibus seculi et surgit ardencius in amore dei. ¶ Quintum est difficilium perpessio. Gregorius: pena quippe interrogat si quis quietus veraciter amat. ¶ Sextum est cum quis exhibet ministeriis dei amorem et ideo dicitur Ecclesiastici vii: in omni virtute dilige eum qui te fecit et ministros eius non relinquas. ¶ Circa octavum notandum quod diversi in ipsis possunt ordinare dilectionem, iuxta illud non quod quidam convertunt ad linguam dolositatem relicta simplicitate. Psalmus: dilexisti verba precipitacionis lingwa dolosa. Quidam ad falsitatem relicta dolositate veritate. Psalmus: filii hominum usque quo gravi corde etc. cum diligitur. Zacharie viii: pacem et veritatem diligite et ibidem iuramentum mendax ne diligatis. Et quidam ad infanciam levitatem pro recta dilectionis maturitate. Proverbiorum i: usque quo parvuli diligitis infanciam. ¶ Item quidam ad obscuritatem vanitatis neglecta caritate. Iohannis iii: lux venit in mundum etc. ¶ Item quidam ad iniquitatem superbie cum tamen dicatur Psalmus: qui diligit iniquitatem etc. ¶ Circa nonum notandum quod septem sunt que valere possunt ad hoc ut homo diligatur a deo. Sapiencia sua. Sapiencie vii: sapiencia infinitus thesaurus est hominibus quo qui usi sunt participes facti sunt amicicie dei. ¶ Item mundicia. Proverbiorum xxii: qui diligit cordis mundiciam etc. ¶ Item mansuetudo propter quod et de Moyse mansuetissimo dicitur Ecclesiastici xlv: dilectus deo et hominibus Moyses. ¶ Item liberalitas. ii ad Corinthios ix: hilarem datorem diligit deus. ¶ Item dilectio. Proverbiorum viii: ego diligentes me diligo etc. Bernardus in epistolis: nemo scadare

diffidat quia iam amat dei amor quod fuerit subsequitur. Iam quo remeare pigebit quos amant non dum amantes. Item simplicitas. Psalmus xxiv dixit david scio deus quod simplicitate diligis.

Diligencia est diligencia quadruplex prima est ad penitentem ad prelatos et ad iudices. Prima diligencia debet esse in precepta libenter adimplendo. Deuteronomium vi omne mandatum quod ego precipio tibi hodie cave diligenter ut facias ut possitis vivere et multiplicemini. Item timendo et omnia diligenter faciendo. Psalmus xv sic timor dei nobiscum et cuncta cum diligencia agite. Item idem in que amiserunt querendo. Luce xv si perdiderit mulier id est consciencia bona vel penitens dragmam unam id est proximum. Nonne accendit lucernam id est racionem et evertit domum id est consciencias et querit diligenter per sanctam meditacionem donec inveniat. Item est diligencia prelatorum et hec in tribus in sua subditorum inquirendo. Proverbiorum xxvii diligenter agnosce vultum pecoris tui gregesque considera. Item in agro corporis propriam exercendo. Proverbiorum xxiv si diligenter exerce agrum tuum et postea edifices domum tuam. Item in hiis que sunt ihesu id est salutis docendo. Actuum xviii fervens spiritu loquebatur et docebat diligenter ea que sunt ihesu id est salutis. Item est diligencia pertinens ad iudices et hec est in tribus in causam quam nesciunt investigando. Iob xxix causam quam nesciebam diligenter investigabam. Item secundum doctrinam antiquorum id est iura sentenciando. Iob viii interroga generacionem pristinam et diligenter investiga patrum meorum. Item iura bonorum consummando sine iusticia execucioni demandando. Capitulo xvi. Cum inimicos filiorum tuorum et debitos morti cum tanta cruciasti attencione et liberasti dans tempus in locum per que possent mutari a malicia cum quanta diligencia iudicasti filios tuos quorum parentibus iuramenta et conventiones dedisti bonorum promissionum. Item est diligencia ydolatrie. Capitulo xiv de incepit ante ad horum culturam et hos qui ignorabant artificis eximia diligencia. Item malicie ut ii Matthei ii tunc herodes clam vocatis magis diligenter didicit ab eis tempus et cetera.

Diluculum est multiplex. Inventutis quadruplex prime perfeccionis, operis culpe vel temptacionis. Est igitur diluculum inventutis et in hoc debet esse recessus tenebrarum culpe. Genesis xix quam diluculum prefatus est egressus eius quod exponitur de filio cuius egressus comparatur diluculo propter tenebrarum carenciam. Item aspicio lucis fidei. Treni iii novi diluculo multa est fides tua. Item oportunitas bone operacionis. Proverbiorum xxxi consurgit diluculo qui querit bona. Item est diluculum quadruplex in quo milites hostes id est temptaciones carnis expugnantur. Iosue viii ii surgens iosue diluculo recensuit socios et ascendit cum senioribus in fronte exercitus vallatus auxilio pugnatorum. Item dagon id est diabolica temptacio prosternitur. I Regum v a cum que surrexisset azoti diluculo ecce dagon iacebat pronus in terram ante archam. Item civitas iericho id est temptacio mundana confunditur. Iosue vi die ante septimo diluculo consurgentes circuierunt urbem sicut dispositum erat septies. Item diluculum pure in quo egipciace

is est diluvium temptationes aquis lacrimarum delinquentium. Exodi xiiii ubi dicitur quod cum extendisset Moises manum suam contra mare reversum est primo diluculo ad priorem locum fugientibus que egipciis occurrerunt aque et involvit eos in mediis fluctibus. Item holocausta mortificationis carnis offeruntur. Job i. Consurgens que diluculo offerebat holocausta per singulos. Item in desertum solitudinis mentis ad orandum penitentes egrediuntur. Marci i. Et diluculo consurgens ibat in desertum ibique orabat. Item est diluculum perfectionis in quo quid faciendum sit docetur. Johannis viii. Et diluculo iterum venit in templum et omnis populus venit ad eum, ibique docebat eos. Item urgentium pietatis ad ungendum dominum deputatur. Luce xxiiii. Una sabbati valde mane venerunt ad monumentum etc. Item altare laudis construitur. Judicum xxi altera die consurgentes diluculo construxerunt altare etc. Item est diluculum tribus in quo debet homo consurgere primo utilitatem et peccati abhominatione deprecari per devocionem mundus et devotus et rectus incede primo autem oracionem et debitis omnibus. Job viii. Si diluculo consurrexeris ad deum ecce primum omnipotentem fueris deprecatus ecce secundum si mundus rectus incesseris ecce tercium. Ecclesiastici xxxix. Cor suum tradet ad vigilandum diluculo vitatis dominus qui probat et adminat. Item deprimis dubiis. Job vii. Visitas eum diluculo etc. Psalmus. Adiuvabit eam deus mane diluculo. Item est diluculum culpe vel temptationes in quo cogitationes corrumpunt. Sophonie iii. In visitatione diluculo consurgentes corruperunt cogitaciones suas. Item peccatores in dementes et lapidei efficiuntur. I Regum xxv

diluculo cum digessisset Nabal vinum indicavit ei uxor sua verba hec et emortuum est cor eius intrinsecus et factus est quasi lapis. Item autem dyabolice temptationis tollentur. Ysaie xxviii quandocumque transierit tollet vos quia mane diluculo pertransibit.

Diluvium est multiplex culpe quod inundavit ab Adam usque ad christum in maledictum et mendacium et adulterium homicidium inundaverunt. Item vindicte. Genesis vii. Aque diluvii inundaverunt super terram. Treni iii. Inundaverunt aque super caput meum etc. Item gratie hoc inundavit super vires nature et rationis qui virgo peperit christum deum et hominem tunc impletum fuit quod dicitur Ecclesiastici xxiiii. Tamquam dispersimus i. diluvium gratie inebriavit aridam i. terram que tunc erat arida gratie. De hac Psalmus. Dominus diluvium inhabitare facit. Item concupiscentie. Psalmus. Ab ubertate inebriabuntur. Multam in diluvio etc. Item glorie qua inebriabuntur omnes electi. Psalmus. Inebriabuntur ab ubertate domus.

Dissolucio est triplex culpe pene et gratie. De prima Proverbiorum xviii. Qui mollis et dissolutus frater est opera sua dissipantis. De secunda Ysaie xxxv. Confortate manus dissolutas et genua debilia roborate. De tercio ad Philippenses i. Cupio dissolvi et esse cum christo. Prima septuplex est. Prima est infidelitatis superbie, secunda carnalis lascivie, tercia avaricie, quarta accidie, quinta ire sive tristicie, sexta invidie, septima desperationis. De prima dicitur Ecclesiastici ii. Ve dissolutis corde qui non credunt deo. De secunda dicitur Ecclesiastici xxv. Manus debiles et genua dissoluta mulier que non beatificavit virum suum. Judith xvi. Et quod vidit filia Merari in

specie faciei sue deus eum ¶ Tercia Je-
xxxi usque quo delicijs dissolueris
filia vaga .i. anima amici que
preter eum mundum vaga est ut ac-
quirat divicias ab ista querit
deus usquequo dissolueris etc. quod fit
in appetendo ¶ Secunda dicitur in psalmo
confitentur tibi dissoluentur ma-
nus nostre pacudiam et subdit
racionem quare dicens erit cum
uices nostro operi ¶ Sequitur scilicet in Ec-
clesiastici xxii qui conuiciatur amico
dissoluit amiciciam ¶ De sexto
s in iudice dicitur Ecclesiastici xxviii
ubi agitur de detraccione que
est filia invidie ubi dicitur
lingua tercia multos populorum co-
cidet et gentes fortes dissoluit
¶ De septimo dicitur Ezechielis xx-
viii de iudicio dissoluit ma-
nus omnium inimicorum que remane-
serunt in ciuitate hac et dicit
Ysaie nunc in ciuitate quod fac-
ta hec dissolucio pene et hec tri-
plex est timoris mortis et eter-
ne dampnacionis ¶ De prima dicitur
Ezechielis vii omnes manus dissoluen-
tur et omnia genua fluent
aquis Secundo de timore dicit Ezechielis
xxi Et omne cor tabescet et
dissoluentur universe manus
et infirmabitur omnis spiritus et per
cuncta genua fluent aque
¶ Item est dissolucio mortis
Sapiencie ii vita nostra sicut nebula
dissoluetur que fugata est
a radijs solis ¶ Item eterne dap-
nacionis Ysaie viii Ecce tribulacio
et tenebre et dissolucio et angus-
tia et caligo persequens et non
poterit auolare de angustia
sua ¶ Iste est dissolucio gracie
que dissoluit inimicancium
suggestionum caligaciones i-
niquitatum et reuelacio nobis sopo-
rum ut primum dicitur Danielis v
scit visiones sompniorum et disso-
luciones argumentorum ¶ Secundo
Ysaie lviii dissolue colligaciones
impietatis ¶ Secundo dicitur Genesis xl

videns magister pistorum quod sompni-
um dissoluisset etc.

Dicto circa direccionem nota quod
libet multipliciter et quos
dirigit deus ¶ Et primo
nota quod est direccio cordis oris et
operis ¶ Direccio cordis duplex con-
silij et discipline quo ad intellec-
tum Ecclesiastici xxxix in ordine confiteb-
itur deo et ipse diriget consilium
eius et disciplinam et hec direccio
debet fieri in ueritate ut quod dice-
bat psalmus dirige me in ueritate tua
et doce me et alibi Diriget man-
suetos in iudicio ¶ Item cogita-
cionis et affeccionis et hoc quo ad
affectum ut primum dicitur proverbiorum xvi
a reuela domino opera tua et dirigen-
tur cogitaciones tue ¶ Ut secundum
dicitur ibidem cor hominis dis-
ponet uiam suam sed domini est
dirigere gressus eius .i. affecciones
hec duo iungit simul proverbiorum iii
in omnibus vijs tuis cogita il-
lum et ipse diriget gressus tu-
os .i. affecciones Et hec direccio
debet fieri in bona intencione
quod petebat psalmus cum dicebat Diri-
ge in conspectu tuo uiam meam
.i. da michi intencionem et me
mee in conspectu tuo dirigen-
tur ¶ Sed proh dolor quia de qui-
busdam impletur generacio que non
direxit cor suum ¶ Item direc-
cio oris et hec fit primo per ueram
confessionem ut patet per hoc quod
dicitur proverbiorum xxviii qui abscon-
dit scelera sua non dirigetur
ex quo datur intelligi quod qui re-
uelat ea in confessione misericordiam
consequetur et ideo sequitur
qui autem confessus fuerit carebit
¶ Item per oracionem ut quod dicebat
psalmus dirigatur oracio mea sicut
incensum in conspectu tuo ¶ Item
est direccio manuum siue operum
et hoc fit ut per discrecionem
Ecclesiastici xxxviii auerte a delicto et
dirige manus ¶ Item per bonam
et simplicem operacionem proverbiorum xi

simplicitas iustorum dirige eos ¶ Se-
cundo filius ut dicet de eis ¶ Incipi-
entes docendo et ibidem Eccli. x
xxxiii in his omnibus deprecare
altissimum ut dirigat in veritate
viam tuam ¶ Item
defendendo ut ps. dicebat ps.
dirige me in semita recta propter
inimicos meos ¶ Item volun-
tatem eorum informando et accepta-
do ps. apud dominum gressus ho-
minis dirigentur etc. ¶ Item dirigit
proficientes ut patet quia prov. xx a do-
mino diriguntur gressus viri
vir typum gerit proficienci-
um quorum gressus sunt opera-
ciones que dirigit dominus ad ea que
sunt iustificacionis custodi-
ende et petebat ps. et dicebant
utinam dirigantur vie mee ad
co. iu. t. ¶ Item ad operandum
quod petebant illi qui dicebant
Eccli. xxxvi dirige nos in via
iusticie ¶ Item ad ordinate vi-
vendum ut dicitur Eccli. x
xxix quod ipse diriget consilium
eius et disciplinam ¶ Item dirigit
perfectos exemplum sanctitatis
dando Sap. xi direxit opera eorum
in manibus sancti ¶ Item opera
eorum super possibilitatem eorum
multiplicando et revelando ps.
opera manuum nostrarum dirige super nos ¶ Item
ad gloriam perpetuam deducendo
ut quod dixit ps. semen eorum
in seculum dirigetur etc.

Dimissio est multiplex quia
est dimissio qua homo
in manu iniquitatis
relinquitur Job viii a si filii tui
peccaverunt et dimisit eos in ma-
nu iniquitatis eorum et hoc est de
dampnacionis ¶ Item qua homo
adversum se loqui permittit Job
x a dimittam adversum me elo-
quium meum etc. hec est confessionis
¶ Item qua homo de dolore suo
conqueritur Job x dimitte ergo me
et plangam paululum dolorem
meum et hec querulose devocionis

¶ Item qua nudi homines relin-
quuntur Job xxii viduas dimi-
sisti vacuas et xxiv nudos
dimittunt homines indumenta
tollentes et hec est cupiditatis
¶ Item qua homo in potestate sua
ponitur Gen. xxix puer autem
qui dimittitur voluntati sue
confundet matrem suam et Job
xxxix quis dimisit onagrum
liberum et hec est libertatis
¶ Item qua gratia amittitur
prov. i ne dimittas legem ma-
tris tue ut addatur gratia ca-
piti tuo et hec est transgressi-
onis ¶ Item qua sapiencia
perditur prov. iv ne dimittas
sapienciam et custodiet te et
hec est pusillanimitatis ¶ Item
qua iurgia suscitantur et hec
est litigacionis prov. xvii qui
dimittit aquam i. tumorem i. ira
sua admodum aque fluen-
cia caput est iurgiorum ¶ Item
qua locus proprie deseritur et
homo temptacionibus subiacet
Eccle. x si spiritus potestatem habentis
ascenderit super te locum tuum
ne dimiseris et hec est pusilla-
nimitatis ¶ Item qua amici-
cie dissolvuntur Eccli. xxvii sic
qui dimisit avem de manu
sua sic qui reliquisti proximum
tuum et non capies illum enim
et hec est irrecuperabilitatis
¶ Item qua peccata condonantur
Eccli. xxi fili peccasti ne adicias
iterum sed de pristinis deprecare ut
tibi dimittantur ¶ Item qua
debita temporalia sive spiritualia
dimittuntur Matt. vi dimitte
nobis debita nostra etc. et xviii
serve nequam omne debitum dimi-
si tibi etc. Deque

Disciplina est triplex
quarum prima est mentis
informativa ¶ Secunda
morum informativa ¶ tercia mo-
rum correctiva ¶ De prima dicit
ps. disciplina est competens in

in formacione anime ad id quod est utile et
honestum Seneca dicit Eccli. [illegible] sus-
cipiat anima tua disciplinam hec
enim erudit hominem Job xxxiii
in visione nocturna aperit aures
virorum et erudiens eos instruit
disciplina. Item aptos declinare
facit iuxta illud Ps. Disciplina
tua correxit me in finem et ideo dicit Prov. v
qui abicit disciplinam despicit
animam suam. Item animam stabilit
et perficit et ideo dicit Ps. Bonitatem
et disciplinam et scientiam doce me et cetera.
Item est disciplina quedam verborum
moderativa Eccli. xxxix ipse pa-
lam faciet disciplinam doctrine
sue et hec est valde tenenda et
servanda et ideo dicit Prov. xv disci-
plina labia tua confirment et
hoc quia qui eam deserit scilicet dis-
ciplinam verborum indisciplina-
tus dicitur. Unde et indisciplina-
tis in verbo dicit Job xxxiiii Job
stulte locutus est et verba eius
non sonant disciplinam. Et quia
indisciplinata loquela est verbum
peccati Eccli. xxiii Indisciplina-
te loquele non assuescat os tu-
um est enim in ea verbum peccati. Et
quia et ad doctrinam aliorum malorum
et proximorum Eccli. xlv dedit ei cor-
am precepta et legem vite et disci-
pline docere Jacob et cetera. Item est
disciplina operum correctiva et
Seneca dicit [illegible]
disciplina est conversacio bo-
norum patrum est non malefa-
cere sed studere etiam in hiis que
bene agit per cuncta irreprehen-
sibilis apparere. Eph. vi Educa-
te illos in disciplina et correc-
tione domini et Bernardus [illegible] dicit
equum compositum reddit omnem
corporis statum et mentis ha-
bitum disciplina cervicem sub-
mittit supercilia et vultum com-
ponit oculos ligat cachinnos
cohibet linguam moderatur
gulam refrenat iram sedat
incessum format. Talibus enim

decet pudicicie vestem distingui
margaritis. Hec enim in rebus
consistit in perfecta omni abrenun-
ciacione in divina dilectione et
in continua divina vigilacione.
Sexta Luc. xiiii Nisi quis
renunciaverit omnibus que pos-
sidet non potest esse meus discipu-
lus. Sexto Joh. xiii In hoc cog-
noscent omnes quod mei discipu-
li estis et cetera. Decimo Matth. xi Tolli-
te iugum meum super vos et hec
est disciplina verborum de qua Ysa.
liii disciplina pacis nostre super
eum. Et nota quod ista disciplina
septem bona facit. Primum est
quod fugat stulticiam Prov. xxii
Stulticia colligata in corde pu-
eri et virga discipline fugabit
eam. Secundum est quod generat sapi-
enciam Prov. xix Audi con-
silium et suscipe disciplinam ut
sis sapiens et ideo dicit Prov. viii
Accipite disciplinam meam et
non pecuniam doctrinam magis
quam aurum eligite. Tercium est
quod docet et instruit viam vite
Prov. x Via vite custodientibus
disciplinam et ideo ve illis de
quibus dicit Baruch iii Viam
disciplinam non tenuerunt
propterea perierunt. Quartum est quod
hominibus subditis sibi acqui-
rit graciam Prov. i Audi fili mi
disciplinam patris tui et legem
matris tue ut addatur gracia ca-
piti tuo. Quintum est quod erigit spem et
multiplicat oracionem et lucra-
tur eternam felicitatem quod ostendit
sapiens Sap. iii in ponendo finem et di-
cendo sapientiam et disciplinam qui
abicit infelix est et vacua spes
eorum et labores sine fructu et in-
utilia opera. Sextum est quod
facit hominem filium dei quod ostendit
apostolus Hebr. xii per simile contrarium ubi
dicit In disciplina perseverate
tamquam filii et post si extra disci-
plinam estis et cetera. Septimum bonum
est quod disciplina facit mereri

glam habebit in omnibus disciplina
in presenti quidem non videtur esse
gaudii sed meroris etc.

Discipulus xpi sit homini
necessaria ad hoc quod discipu-
lus sit xpi tria. Primo declinando
nando seu fugiendo terrena
possessione. Luce xiiii Quis nemo
ex vobis qui non renunciavit
omnibus que possidet potest meus
esse discipulus. carnalem affec-
tionem propriam voluntatem secundum
utroque Luce xiiii Si quis ve-
nit post me et non odit patrem et ma-
trem et filios fratres et sorores et adhuc
animam suam non potest esse meus
esse discipulus. delicijs tbus
Gen. xii Egredere de terra tua que
ad primum et de cognatione tua
quo ascendisti et veni quo ade-
am. Ps. Audi filia et vide et in-
clina aurem tuam et obliviscere
populum tuum et domum patris tui. Sunt
aut alia tria necessaria agen-
do scilicet carnem spiritui subicere
Luce xiiii Qui non baiulat
crucem suam carnem scilicet
mortificando spiritui subicien-
do et sequitur me non potest meus
esse discipulus. Secundo proxi-
mum diligere Joh. xiii In hoc
cognoscent omnes quia mei estis
discipuli etc. Deum honorificare
verbo et opere eum confitendo Joh.
xv In hoc clarificatus est pater
meus ut fructum afferatis et ef-
ficiamini mei discipuli. Mt. x
Qui me confessus fuerit coram
hominibus etc. Exigitur tertio perse-
verancia in utroque. Joh. viii Si
vos manseritis in me vere dis-
cipuli mei eritis etc.

Diruptio est multiplex
carnalitatis et hoc fit
per fervorem. Job xxxii
Ecce venter meus quasi mus-
tum absque spiraculo quod lagun-
culas novas dirumpit. Item
culpe et iniquitatis et hoc fit
per gratiam. Ps. Dirumpamus vincula
eorum etc. Iste concupiscentie fo-
mitis et hoc fit per baptismi
efficaciam. Ps. Contribulasti ca-
pita draconis etc. Iste obstina-
cionis et hoc fit per dominicam passi-
onem. Ps. Dirupit petram
et fluxerunt aque. Iste tempta-
cionis et hoc fit p(er) xpriam. Ps.
eduxit eos de tenebris et um-
bra mortis scilicet culpe et vin-
cula eorum dirupit id est temptaci-
ones. Item elacionis et superbie
et hoc fit per dominicam voluntatem
et contricionem. Sap. iv Dirum-
pet illos inflatos sine voce.
Item est diruptio amoris
Ys. lxiv Utinam dirumperes ce-
los. Item est diruptio pena-
litatis Ier. xxx Conteram
iugum de collo et vincula e-
ius dirumpam etc.

Discessio est multiplex
est enim discessio a boni-
tate dilectionis et hec est
discordie. ii ad Thess. ii nisi
venerit discessio et primo revela-
tus fuerit homo etc. Iste anime a
corporis et hec est nature. Act. xx
Ego scio quod intrabunt post
discessionem meam lupi ra-
paces non parcentes gregi meo.
Item a prava societate. i Reg.
xv a dixit Saul Cineo disce-
dite ab Amalech ne forte in-
volvam te cum eo. Eccli. vii
Discede ab iniquo et deficient
mala abs te. Iste ab iniqui-
tate et hec est gracie. ii ad Thim. ii
Cognovit dominus qui sunt eius et
discedat ab iniquitate omnis
qui nominat nomen domini. Item
a fide et hec est infidelitatis
et idolatrie. i ad Thim. iiii In no-
vissimis temporibus discedent quidam a fi-
de. Item a presentia maiestatis divine
et hec est dampnacionis eterne. Mt.
xxv Discedite a me maligni.
Iste a coniugalis fide. i ad Cor.
vii Precipio non ego sed dominus mulierem
a viro non discedere. Eccli. vii Noli

discedere a muliere sensata quam sortitus es in timore domini etc.

Disceptacio est multiplex. Primo iudicii. Iudicum xii: disceptacio erat michi et populo meo contra filios Amon vehementer, et vocavi vos ut preberetis michi auxilium et facere noluistis [illegible]. Item disputacionis. Iob xxxii: expectavi enim et audivi prudenciam vestram donec disceptaretis in sermonibus vestris. Item [illegible]. Actuum xi: cum autem Petrus venisset Ierusalem disceptabant adversus eum qui erant ex circumcisione. Item litigii. Ieremie ii: adhuc contendam vobiscum in iudicio ait dominus et cum filiis vestris disceptabo. Item iudicii. Iob xxxi: si contempsi subire iudicium cum servo meo et cum ancilla mea cum disceptarent adversum me. Item obiurgacionis. Ioel iii: adducam eos in vallem Iosaphat et disceptabo cum eis super populo meo. Item [illegible]. Iob xxxiv: qui non accipit personam principum nec cognovit tyrannum cum disceptaret contra pauperem etc.

Discumbere est multiplex: hospitalitatis. Matthei ix: et factum est eo discumbente in domo, ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum Ihesu. Item voluptatis. Hester i: cum statutus esset rex per [illegible] simul discumbentes. Item necessitatis. Marci vi: precepit turbe discumbere super terram. Item [illegible]. Luce xiv: cum invitatus fueris ad nuptias etc. Item contemplacionis. Luce xxii: cum facta esset hora discubuit et xii discipuli cum eo. Et loquitur de discubitu in cena qui fuit discubitus contemplacionis. Item fruicionis. Luce xii: amen dico vobis quod precinget se et faciet eos discumbere et transiens ministrabit illis.

Discursus est multiplex: agilitatis. Ecclesiastici xliii: magnificencia eius discurrent nubes. Sapiencie iii: fulgebunt iusti etc. Item sollicitudinis temporalis. Proverbiorum vi: discurre, festina, suscita amicum tuum. Item carnalitatis: unde et meretrix que carnalem sensualitatem designat dicitur garrula et vaga, quietis impaciens nec valens in domo consistere pedibus suis.

Dispensacio est multiplex: predicacionis. i ad Cor. ix: si autem invitus, dispensacio credita est. Item gracie. Ephesios iii: si audistis dispensacionem gracie que michi data est in vobis. i Petri iv: unusquisque sicut accepit graciam in alterutrum administrantes sicut boni dispensatores multiformis gracie dei. Item rei temporalis. Genesis xliii: precepit dispensatori domus sue etc. Item sacramentorum. i ad Cor. iv: sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores misteriorum eius. Item placacionis. Titum i: oportet episcopum esse sine crimine sicut dispensatorem dei. Luce xii: quis putas est fidelis dispensator et prudens. Sed pro dolor quia dicit i ad Cor. iv: iam queritur inter dispensatores ut fidelis quis inveniatur.

Disposicio est multiplex: est enim disposicio ad conservandum et hec est protectionis angelice. Tobie v: credo quod bonus angelus dei comitetur ei et bene disponet omnia que circa eum geruntur. Item ad pugnandum et hec cautele. Proverbiorum xxiv: vir sapiens fortis est et vir doctus robustus et validus quia cum disposicione initur bellum et erit salus ubi multa consilia. Item ad proficiendum et hec racionis gracie

in formicas. Prov. xvi cor hominis dis-
ponet viam suam sed domini est dirige-
re gressus eius. Item ad omnia le-
viter sustinendum et hec est tran-
quillitatis. Sap. iii in paucis vexati in
multis bene disponentur i. li-
cet apud pauca vexentur tamen in mul-
tis tribulacionibus immo quasi
in omnibus bene disponentur.
Item ad omnia leviter sustinen-
dum et hec est tranquillitatis. Sap. iii in pau-
cis vexati in multis bene dispo-
nentur. Item ad superna scan-
dendum et hec est perfecte peniten-
cie. Ps. ascensiones in corde
suo disposuit. Item ad suaviter
deo omnibus serviendum. Sap. viii
attingit a fine usque ad finem
fortiter etc. Item ad sibi proste-
rum providendum et hec est iusti-
cie. Ys. xxxviii dispone domui tue etc.
Item ad recte loquendum in iudicio
recte quia secundum eam fiet
iudicium. Ps. iocundus homo
qui miseretur et commodat disp[onet]
etc. Item ad delectandum et fruen-
dum et hec est glorie. Luc. xxii et
ego dispono vobis sicut dispo-
suit mihi pater meus regnum etc.

Dispersio est multiplex quarum
prima fit per invidiam. Luc.
xi qui non colligit me-
cum etc. Item quedam per super-
biam. iii Reg. xxii vidi cunctum
Israel dispersum in montibus. Item
quedam per luxuriam. Ps. disperierunt
in Endor etc. Endor enim interpretatur
fons generacionis et significat lasciviam
carnis que est quasi fons generacio-
nis. Item quedam per avariciam.
Exo. v dispersus est populus ad colli-
gendum paleas ad colligendum
paleas. Item quedam per iram. Gen.
xlix maledictus furor eorum
quia pertinax et indignacio eorum
quia dura dividam eos in Iacob
et dispergam eos in Israel. Item quedam
per gratiam. Ier. i ecce constitui te super
gentes et regna ut evellas et
destruas etc. Item quedam per penam

Job xxxi terruit sicut favilla ex
turba dispergit. Item Job xl disper-
ge superbos in furore tuo etc.

Dissipacio est multiplex dei
et hominis. Item deus qui dissipat
deus consilia pravorum.
Job v qui apprehendit sapientes
in astucia eorum et consilia pravorum
dissipat et alibi dominus dissipat con-
silia gentium. Item cogitaciones
malignorum. Job v qui dissipat
cogitaciones malignorum. Item
alligaciones conspiracionum. Ps.
misit sagittas suas et dissipavit etc.
Item virtutes adulancium. Ps.
quia dominus dissipavit dominus omnia
ossa eorum etc. Item potencia obsti-
natorum. Ps. exurge deus et dissi-
pentur etc. In inimici dei qui preci-
piunt obstinati. Item lasciviam
superbiencium. Ps. dissipa gentes
que bella volunt etc. Item est dissi-
pacio hominis et hec multiplex quia
est dissipacio in bono et in ma-
lo. In bono duplex quia est
dissipacio malorum. Prov. xx rex
qui sedet in solio iudicii dissi-
pat omne malum intuitu
suo. Item mala facientium
ibidem dissipat impios rex
sapiens. Item est dissipacio in
malo de qua Prov. xxix homines
pestilentes dissipant civita-
tem et hec multiplex quia est
dissipacio cogitacionum. Prov. xv
dissipantur cogitaciones ubi
non est consilium. Item affectionum
Prov. xxix cum prophetia defecerit
dissipabitur populus, populus hic
designat affectiones. Item distil-
lacionum celestium. Prov. xxi the-
saurus desiderabilis et oleum
in habitaculo iusti et imprudens
homo dissipabit illud.
Item rectarum intencionum. Ysa. iii
popule meus qui te dicunt beatum
ipsi te decipiunt et viam gressu-
um tuorum dissipant. Item clau-
sure seu sensuum. Eccl. x qui dis-
sipat sepem mordebit eum.

colubet ¶ Item actum Eccl v ne
dederis os tuum ut facias peccare
carnem tuam neque dicas co-
ram angelo non est providen-
cia ne forte iratus deus super
sermones tuos dissipet cuncta
opera manuum tuarum etc.

Divicie triplices sunt scilicet
diviciarum temporales spirituales
et celestes ¶ De primis ps
divicie si affluant nolite cor
apponere ¶ De secundis Thob v suffi-
ciebat nobis paupertas nostra etc
¶ De tercijs ps gloria et divicie in do-
mo eius ¶ Circa primum notandum quod sunt
quedam diviciarum et que infortu-
nia ¶ Sciendum igitur quod sunt
divicie que male acquiruntur
Ier xvij perdix fovit que non pe-
perit fecit divicias et non in iudicio
¶ Secunde sunt que male retinen-
tur Eccl v divicie conservate in
dampnum domini sui etc ¶ Tercie sunt
que male dispensantur j Thi
vj qui divites volunt fieri etc. Secundum
has tres species divites ewangelicus
distinguit ¶ Primus est ille qui
divicias male acquisivit unde
et iniquus ewangelij Luc xvj ma-
mona iniquitatis vocatur
et typum gerit usurariorum
¶ Secundus est ille qui male reti-
nuit scilicet ille qui volebat destru-
ere horrea sua facere maiora
Luc xij et typum gerit avarorum
¶ Tercius est ille qui gule sue o-
mnia ministrabat unde et sepultus
est Luc xvj et typum gerit gu-
losorum ¶ Circa infortunia nota
quod quedam sunt infortunia cor-
poris bonis que accidunt et hec sunt
quinque scilicet electio ... Baruch iij
de filijs Agar qui exquisierunt
prudenciam que de terra est et hos
non elegit deus Secundum de paupi-
bus Iacobi ij nonne pauperes e-
legit deus ¶ Item intellectus doctrine
Mat xiij sollicitudo huius seculi
et falsa diviciarum suffocant verbum
¶ Item vanitas affectus Gen xiij de

Loth et Abraham erat quippe sub-
stancia eorum multa et non quibant
habitare pariter unde facta est
rixa inter pastores etc ¶ Item diffi-
cultas ad bene operandum Mat
xix de adolescente cui dixit
deus vade et vende da omnia pauperibus
pauperibus et cetera iste abijt habebat
enim possessiones multas ¶ Item
impossibilitas ad regnum Mat xix
facilius est camelum intrare etc
¶ Item sunt infortunia corporis
mali que incurrunt et hec divi-
duntur quia in ortu quedam
et quedam in progressu et quedam
in consummacione ¶ Prima sunt
quinque ¶ Vanitas in cogitando
Luc xij hominis cuiusdam ube-
res fructus ager attulit et cogi-
tabat intra se quid faciam non
habeo quo congregem fructus meos
destruam horrea mea etc et post
paulo stulte hac nocte etc Ecce co-
gitacio sine affectu ¶ Item insaciabilitas
in appetendo Eccl iv unus est et se-
cundum non habet et sequitur nec sacian-
tur oculi eius diviciis ¶ Item
animo inaniando ps divites
dimisit inanes Eccl v qui amat
divicias etc ¶ Item perplexitas in
desiderando j Thi vj omnes qui
volunt divites fieri etc ¶ Item
miserie in delectando Apok iij
tu dicis quod dives sum etc et post
et nescis quia miser es etc ¶ Item
sunt infortunia in progressu et hec
sunt novem scilicet labor in acqui-
rendo Eccl xxxj laboravit di-
ves in congregacione substancie
¶ Item culpa in lucrando Eccl xj
fili ne in multis sint actus tui
et si dives fueris non eris immunis
a delicto ¶ Item insufficiencia
in habendo Prov xiij est quasi dives
cum nichil habeat etc et quasi pauper
cum in multis divitiis sit ¶ Item in-
utilitas in possidendo Eccl v ubi
multe sunt divicie et multi qui
comedunt eas et quid prodest pos-
sidenti nisi quod cernit divicias oculis

suis ¶ Item sollicitudo in custodi-
endo Eccl. v saturitas divitis non
sinit eum dormire ¶ Item discor-
dia in defendendo Gen. xxxvi
de Esau et Iacob divites erant
valde et nec poterant habitare
simul ¶ Item reatus in retinen-
do Iac. v agite nunc divites
ululate in miseriis vestris que
advenient vobis divicie pu-
trefacte sunt etc. ¶ Item dampna-
cio in abiciendo Luc. vi ve vo-
bis divitibus etc. ¶ Item infor-
tunia in consumando et hec
sunt quinque luctus et amitten-
do Apoc. xviii quod qui divites
facti sunt ab ea longe stabunt
flentes et lugentes ¶ Item ama-
ritudo in moriendo Eccl. xli
o mors quam amara est memo-
ria tua homini iniusto etc. ¶ Item
egestas in transeundo ad aliam
vitam Iob xxvii dives cum dor-
mierit nichil secum affert
etc. ¶ Item est confusio in iudi-
cio et talis quod diceret illud Apoc.
vi divites et fortes dicent mon-
tibus et petris cadite super nos etc.
¶ Quantum est crudelitas in inferno
Luc. xvi mortuus est dives
etc. ¶ Item sunt divicie spirituales
i ad Cor. i divites facti estis in
illo et iste multe sunt quia
sunt divicie potestatis cogitacio-
nis voluntatis consciencie
accionis et passionis divicie
potestatis sunt ad possidendum ill-
ud Apoc. viii prime regnant et post
mortem sunt divicie et gloria ¶ Item
ad operandum bonum Prov. x egesta-
tem operata est manus remis-
sa manus autem fortium divici-
as parat ¶ Item potestatis ad pugnan-
dum in ii Reg. xix de Berzellai qui
prebuit alimenta regi dum mo-
raretur in castris fuerat enim
vir dives nimis Berzellay in-
terpretatur fortitudo que prebet
alimenta illis qui sunt in
castris contra temptaciones

¶ Item sunt divicie cogitacionis
et hec sunt tres sapiencie pru-
dencie et sciencie ¶ Sapiencia
in cogitacione divinorum et pru-
dencia in cogitacione humanorum
¶ Sciencia in cogitacione naturalium ¶
De primis Sap. viii si divicie ap-
petuntur in vita quid locuple-
cius sapiencia et Sap. vii divi-
cias nichil esse duxi in comparacione
illius De diviciis prudencie
Eccl. xliv laudemus viros
gloriosos et post homines magna
virtute preditos ¶ De diviciis scien-
cie Zach. xiv congregabuntur
in eternum divicie omnium gencium
in sciencie gentilium ¶ Item sunt
divicie voluntatum et hec sunt
tres fidei caritatis et timoris
¶ Timor est respectu divine
maiestatis ¶ fides respectu prime
veritatis ¶ caritas respectu summe
bonitatis ¶ De diviciis timoris
Ys. xxxiii divicie salutis sa-
piencia et sciencia timor domini ipse
thesaurus eius ¶ De diviciis fi-
dei Iac. ii nonne deus pauperes
elegit divites in fide ¶ De divi-
ciis caritatis Prov. ult. multe
filie congregaverunt divicias
¶ Item sunt divicie conscien-
cie et hec sunt tres que in re-
missione peccatorum ¶ in dileccionibus in
profectu virtutum gracie in spe premi-
orum ¶ De primis Eph. ii cum essetis
mortui in delictis et post cuius
gratia salvati estis ut ostenderet
divicias bonitatis sue habun-
dantes super nos ¶ De secundis Prov.
x benediccio dei divites facit
¶ De terciis Prov. gloria et divicie in do-
mo eius etc. ¶ Item sunt divicie
accionis et hec sunt tres in no-
cencie in declinando a malo
Eccl. xxxi beatus dives etc. ¶ Item
virtutis in operando bonum Eccl.
xliv homines divites in virtute
pulchritudinis in honestate sum-
quantus dicitur esse in que honeste
¶ Item farine quoad exteriora Prov. xxxi.

melius est nomen bonum quam
divicie multe. ¶ Item sunt divicie
passionis et hee sunt tres pau
pertatis | ii ad Cor. viii paupertas eo
rum et habundavit in divicias
simplicitatis eorum. ¶ Item
afflictionis | Hebr. xi fide moy
ses grandis effectus et postea maiores
divicias estimans
thesauro egiptorum improperium christi ¶
Item humilitatis | Iac. i glorietur
frater in humilitate sua. ¶ Item
sunt divicie celestes | iii Reg. x
de regina saba que venit in
ierusalem cum diviciis multis
iste sunt sine afflictione | prov.
x benediccio dei divites facit
nec sociabitur eis afflictio
unde dicit deus fulgebit ut
sol glorificata humanitas q
[illegible] erit et eciam carnis et
spiritus sanitas angelorum et ho
minum unum unum erit gaudium
unum colloquium unum convivi
um non languebit amor
ut liquefaciet dulcedo pu
tibus omnibus bonis nul
la erit dilacionis afflictio
quia beneficia divine maies
tatis parata erunt omnibus
et erunt omnibus et erit in aspec
tu omnium potencia et pax et sa
pientia atque iusticia et intellige
ncia ¶ Item sunt divicie glorie que
quantum ad perfectionem inestimabiles
sunt in mente unde Eph. i deus det
nobis secundum divicias glorie sue
virtutem corroborari per spiritum
eius et quantum ad perfectionem
personalis in cognitione | ad Col.
i voluit deus notas facere
divicias glorie eius sacramenti
¶ Item ad perfectionem concu
piscibilis in bonitate ad
Phil. ultimo deus meus
impleat omne desiderium meum
in sua gloria etc.

Emersio est multiplex
a malo ad bonum et hec
est gratie divertere a malo
et fac bonum ¶ Item a pena ad re
quiem et hec est prudencie | ps.
divertit ab oneribus dorsum
eius ¶ Item a bona ad malum
et hec est culpe | Ecc. ii Ve no
bis qui perdiderunt substanciam
et reliquerunt vias rectas et de
verterunt in vias pravas ¶ Item
a itinere ad hospicium et hec
est hospitalitatis | Gen. xix
a compulit loth duos ange
los opido ut diverterent ad
eum | Luc. xix zacheus fes
tinans descendit et cum vi
derent omnes murmura
bant dicentes quia ad ho
minem peccatorem divertisset

Diversitas est multiplex
instabilitatis | Iob xvii
cogitaciones varie
[illegible] in [illegible] medi
versa rapitur ¶ Item dolosi
tatis | Ecc. x regum agente
ingentem efferetur [illegible] in
iusticias et iniurias contume
lias et diversos dolos ¶ Item mor
talitatis | Ier. ix quis dabit me
in solitudine viatorum et de
relinquam populum meum et re
cedam ab eis quia omnes adulteri sunt

Divisio est multiplex
est divisio proficiens
[illegible] | prov. xxi sicut
divisiones aquarum ita cor re
gis in manu domini quocumque voluerit
inclinabit illud. id est quem admo
dum ad voluntatem divise ducentes
ducuntur sic et corda bene rege
ntium aliqui sit divisa ad volunta
tes domini inclinantur ¶ Item est divisio
qua facit prudencia | Ecc. xxxiii
in divisione sortis dabit accipe
et iustifica animam tuam ¶ Item
qua provocat alterius miseria
| Tren. iii divisiones aquarum
deduxerunt oculi mei in contri
cione populi mei ¶ Item proveniens
ex dei benivolencia | i Cor. xii
a divisiones gratiarum sunt etc. ¶ Item
que procedit extima | prov. v alii

diuidit sapientia et diuicies sunt alij
rapiunt non sua et semper in egestate
sunt ¶ Et hec est duplex corpora
lis que fit de proprijs facultati
bus Thobie i [?] diuidebat vnicui
que prout poterat de facultatibus
suis ¶ Item spiritualis que fit de con
silijs et doctrinis spiritualibus Proverbiorum v
diriuentur fontes tui foras et
impleas aquas tuas diuide
¶ Et ad hanc requiritur innocen
cia vite Job xxviii argentum
predicacionis et consilij innocens
diuidet ¶ Item sapientia doctrine Proverbiorum
xvii a sapiens filius domina
bitur stultis filijs et inter fratres
hereditatem diuidet ¶ Item est diuisi
o quam generat avaricia Joel
iii congregabo omnes gentes
et deducam eos in vallem Jo
saphat eo quod diuiserunt meam
terram et super populum meum mise
runt sortem ¶ Item que adunat
malicia Ozee x diuisum est cor
eorum ¶ Item que introducit
discordia Luc. xi omne regnum
in se diuisum desolabitur ¶ Item
quam facit deus mediante
iusticia qua diuiduntur electi ab
agnis Ps. dispergens diuide eos
dextra et alibi diuisi sunt ab ira
vultus eius et Sap. v turbido ven
ti diuidet eos et cetera

Doctrina est bona et mala
¶ mala multiplex quia
est doctrina mundane sapi
encie Job xv commutans labiorum
mendacium et doctrinam senum
auferens doctrinam senum vo
cat doctrinam mundane sapie
ncie quia mundane Mat. xv sine cau
sa autem colunt me docentes
doctrinas et mandata hominum ¶ Item
est doctrina carnalis nequicie
Eccl. ix ne zeles mulierem sinus
tui ne ostendat super te malicia
doctrine nequam ¶ Item ypocrisis et
erroris i ad Thi. iiii in nouissimis
quidem temporibus discedent quidam
a fide attendentes spiritibus er
roris et doctrinis demoniorum et
ypocrisim loquencium mendacium
¶ Item dolositatis et malicie
et hec est doctrina phariseorum Mat. x
vi tunc intellexerunt quod dixit
esse cauendum non a fermento
a fermento panis sed a doctrina phari
seorum ¶ Item est doctrina bona et hec
est duplex quia est doctrina dei
et hec doctrina hominis de doctrina
dei dicitur Mat. vii admirabantur
turbe super doctrina eius et hec doc
trina manifestanda est iuxta
illud Eccl. xxxix ipse palam
faciet doctrinam discipline sue
¶ Item admiranda Mat. vii admi
rabantur turbe super doctrina
eius ¶ Item opere adimplenda i
ad Thi. iiii attende tibi et doctri
ne insta in illis ¶ Item ad infor
macionem aliorum scribenda Ro.
xv quecumque scripta sunt et cetera
¶ Item carnem castigat Eccl. iiii
timorem et metum et probacionem
inducet super illum et cruciabit
illum in tribulacione doctrine
¶ Item animam informat Proverbiorum
xxiiii in doctrina replebun
tur vniuersa cellaria omnes
opes et affectiones ¶ Item spem
generat et animam dulcorat Proverbiorum
xxiiii comede fili mel quia
bonum est et fauum dulcissimum
gutturi tuo sic est doctrina sa
piencie anime tue quam cum
inueneris habebis in nouissimo
spem ¶ Item quod hec doctrina acqui
ritur per timorem Eccl. xxxii
qui timet deum excipiet doc
trinam ¶ Item per appropinquacionem
spiritualem sine per caritatem Deut.
xxxiii a qui appropinquant pe
dibus eius accipient de doc
trina illius ¶ Item per iugem me
ditacionem et ideo dicit Proverbiorum
xv cor sapientis querit doc
trinam et os stultorum pascitur
imperitia et pater dicit filio Eccl.
vi fili a iuuentute tua ex
cipe doctrinam et usque ad canos in-

in nemes sapiam. Item est doctrina
hominis deceptiua. Prov. xiii Filius sa-
piens audit doctrinam patris. Et
xiiii Doctrina prudentum facilis.
Et hec triplex est doctrina de qua dicitur
Deut. xxxii Concrescat ut plu-
uia doctrina mea. Sed proh dolor
quia Prov. i Sapientiam atque doc-
trinam stulti despiciunt. Item rep-
rehensionis Job xx Doctrinam qua
me arguis audiam. Sed proh dolor
quia Prov. xxiii dicitur In auribus
insipientium ne loquaris quia
despicient doctrinam eloquii tui.
Item sanctitatis et perfecte con-
uersacionis siue exempli Deut.
xxxiii Legem quoque aut perfecto tu-
a et doctrina de tua amico sancto
tuo. Eccli. viii Per doctrinam mag-
nanimi animum eligite et hic ondit
hominis meliorem. Prov. xii Doctrina
sua cognoscitur vir. Item cog-
noscitur per pacienciam. Prov. xix
Doctrina viri per pacienciam cognoscitur.

Docere est docere hominis et
est docere dei. Exodus quod debet
homo docere quidque sapi-
enciam. Job xxxiii Tace et doce-
bo te sapientiam. Et hec est illa doc-
trina Prov. ix Doce iustum et festi-
nabit accipere. Item timorem
Ps. Venite filii audite me ti-
morem domini docebo vos. Item
prime via. Ps. Docebo iniquos
vias tuas. Item precepta Deu-
t. iv Audi precepta et iudicia que
ego docebo te ut faciens ea n-
minas. Item mite informa-
cionem Job iiii Ecce docuisti
plurimas manus lassas ro-
borasti. Sed proh dolor quia di-
citur Job xv Docuit iniqui-
tas os tuum. Item docet deus
siue diuina sapiencia Sap. vii
omnium artifex docuit me sapi-
enciam. Item quod docet istos se-
mitam prime in statu culpe
Ps. Vias tuas domine demonstra
mihi et alibi diriget mansuetos
in iudicio docebit mites vias suas. Item

sciam pugnandi in statu mili-
cie. Ps. Qui docet manus meas
ad prelium et alibi dirige me in veritate
tua et doce me. Item iusticiam
in statu prime. Osee x Tempus est
requirendi dominum qui cum ue-
nerit docebit vos viam iusticie.
Item docet deus proficientes
per quos designantur cum dicit
Ys. xxviii Quem docebit sci-
enciam aut quem intelligere
faciet auditum ablactatos
a lacte auulsos ab uberibus
per istos designantur proficientes
quos docet tria: bonitatem
quo ad affectum, sciam quo ad in-
tellectum, disciplinam quo ad ef-
fectum. Ps. Bonitatem et disciplinam
et scienciam doce me. Item docet
prelatos siue perfectos. Ps. Et senes
eius prudenciam doceret. Senes
typum gerunt prelatorum et per-
fectorum quos docet duo, maiorum
sobrietatem ad conuersacionis in-
formacionem, prudenciam
ad cognoscendum aliorum con-
uersacionem, iusticiam ad ma-
lorum punicionem, virtutem
et fortitudinem ad iniuriarum
inferendarum et illatarum sustine-
ciam. Sap. viii Sobrietatem et
prudenciam docet, iusticiam
et virtutem quibus nichil est
utilius in vita hominibus.

Dolus est multiplex nocior
et hoc in tribus: in cogitacio-
ne Ps. Tota die dolos
meditabantur. Prov. xii Dolus
in corde cogitancium mala. Item
in intencione Ps. Nec est in spiritu
eius dolus i. intencione que est
mortua. Item in voluntate
Act. i accessisti ad demum ma-
lignum qui cor tuum plenum est
fallacia et dolo. Job xv Conceptu
eius plenus est dolo i. mala
voluntate. Item est dolus oc-
ciosior et hic est multiplex quia
ad simulacionem triplex sicut quod
est triplex simulacio occultacionis

pati ut in ps̄ prohibe linguam
tuam a malo etc. Item est simu-
lacio ueritatis ps̄ qui loquuntur
iniqua in corde suo. Item est si-
mulacionis dilectionis quantum
ad pacem proximi 1 Mach. 1 de An-
thiocho locutus est eis uerba pa-
cifica dolo. Jeremie 9 pacem cum
amico loquitur et lingua eorum
locuta est dolose. Item quantum
ad nocumentum et hoc fit dupli-
citer ad tollendum famam pro-
ximi ut faciunt detractores ps̄
linguis suis dolose agebant.
Item ad falsum testificandum
ut tollantur temporalia Prov. 14
qui profert mendacium testis do-
losus est. Item ad nocendum
in persona proximi 2 Reg. 20 locu-
tus est ei in dolo et percussit eum
et interfecit et loquitur de ioab et abner.

Dolor est multiplex nature
pene culpe et gratie. De do-
lore nature dicitur Prov.
14 risus dolore miscebitur
et hec est multiplex quia est dolor
senectutis ps̄ si autem in poten-
tibus octoginta anni etc. Item
infirmitatis Eccl. 38 istis
curans mitigabit dolorem
et ps̄ dominus opem ferat illi etc.
Item naturalis compassionis
Prov. 17 dolor patris filius
stultus. Item mortis ps̄ cir-
cumdederunt me dolores mortis.
Item est dolor pene Job 6 ui-
debam dolorem uehementem
et hic multiplex quia pene illa-
te ps̄ ibi dolores ut parturientis et ali-
bi et pauci facti sunt et uexati
a tribulacione malorum et dolore. Item pene
contracte Sap. 10 sapientia autem eos
qui se obseruabant a doloribus
obseruat liberabit. Item soli-
citudinis et cure Eccl. 2 cuncti
dies eius doloribus et erumpnis
pleni sunt. Item temporalis mi-
serie ps̄ surgite postquam sederitis
qui manducatis. Item pene
eterne Ys. 35 fugiet dolor

et gemitus et Apoc. 21 absterget
deus etc. Item est dolor culpe
Job 4 e contra uidi eos qui operantur
iniquitatem et seminabant do-
lores et hoc plangendum est Job 10
dimitte me ut plangam pau-
lulum dolorem meum et hic mul-
tiplex quia est dolor auaricie
Job 15 concepit dolorem et peperit
iniquitatem et uterus eius preparat
dolos et loquitur de auaris.
Item gule Job 20 cum satiatus
fuerit artabitur et omnis dolor
irruet in eum. Item detractio-
nis et inuidie ps̄ sub lingua
eius labor et dolor. Item luxu-
rie Ys. 21 repleti sunt lumbi
mei dolore. Item est dolor pe-
nitencie siue gratie ps̄ quamdiu
ponam consilia in anima mea dolorem in cor-
de meo. Et hic multiplex quia est
dolor in contricione ps̄ qui defecit
in dolore anima mea et alibi secundum
multitudinem dolorum me-
orum. Item oris in confessione
Job 6 utinam appenderentur peccata
mea et ps̄ 7 et uerba mea dolo-
re plena sunt. Item operis in
corporis satisfactione ps̄ quoniam
ego in flagella paratus sum
etc. Job 14 caro eius dum
uiuit dolebit et pertinet corpori
de penitente. Item tocius
hominis in compassione Eccl.
37 si habes coniunctum tecum
et enarrabit te et uos dolebit
super te compaciendo secundum de isto
dolore penitencie siue gratie aptius
in est dolor et satisfactio filia sion

Dominium est multiplex
diuine maiestatis Sap.
12 tu autem dominator ui-
rtutis cum tranquillitate iudi-
cas ps̄ benedicite domino omnia
opera eius in omni loco dominacionis eius
Item angelice uirtutis 2 Pe.
2 magis autem eos qui post
carnem in concupiscencia im-
mundicie ambulant dominacionem
contempnunt. Item honoris et glorie.

Pru xvi maius fortiu dnabi-
tur ¶ Item uentris 7 gule. Pru xv-
i q melior est paciens vi-
ro forti 7 qui dnatur aīe
sue expugnatore vrbiu 7c.
Item placionis. Pru xvii seruus
sapiens dnabitur filijs stultis luc 7
7 xix que decent stultu delici-
e nec dnari seruu pncipib9 ¶ Ite
glie celestis. Sap iii iudicabt
naciones 7 dnabunt' populis
¶ Item culpe 7 iniquitatis. Ro-
vi peccatu in nobis no dnabit' luc e
¶ Item inique potestatis. Sap xvii
dum psuasum hnt iniqui pos-
se dnari nacoib9 sancte vincu-
lis tenebraru 7pediti sunt ¶ Ite
tpalis dnacoīs. Dan xi surg3
no rex fortis 7 dominabitur
potestate multa 7c.

Domus est multiplex. Est
enim domus exterior. Joh-
ii nolite facere domum
meam domu negociacōis ¶ Ite
interior s. fidelis aīa. Hebr iii
filius in domo sua est que do-
mus sumus nos ¶ Est eciam inferior
s. militans ecclia. 1 ad Thi iii
sciās qm te opteat in domo dei
conuersari. Pru ix sapiencia e-
dificauit sibi domum 7c. ¶ Item
superior sc3 ecclia triumphans. Joh xi-
iii in domo patris mei man-
siones multe sunt. 7 de hoc ps
beati qui habitant in domo tua
7 hec est speciosa. ps delectacoes
in dextera tua usq3 in finem
o felix ciuitas mansio serena
pacata continens tempus que delec-
tat eius incolo quieti ppli sit
innumeracione homines nullam
indigencia habentes ap. oqm
glosa dicta sunt de te ciuitas dei
¶ Item est domus militantis
ecclie. ps in domum dni letantes
ibimus ¶ Unde no septem que mt 9
facit dns in septem domibus
quas intrauit que designat
curacionem mortaliu que fa-
cit dominus cottidie in domo e-

ecclie militantis que 7 una
dicitur eo q una est columba
i. generalis ecclia s3 septē dicūt'
eo q licet una sit tamen multe
spales dicuntur ¶ Prima ergo do-
mus fuit cuiusdam principis
phariseor ubi quendam ydropi-
cum sanauit qui peccatu gu-
le designat quia ydropisis
est morbus aquosus 7 sitim
generans ¶ Secunda est domus pe-
tri ubi socrum petri febricitante3
sanauit. Mt viii que designat
estum luxurie ubi glo. sup luc
iiii q febres sunt fornicacio
concupita in iudicia ¶ Tercia
est domus zachei de qua dicit'
Luc xix hodie salus domui
huic facta est ubi auariciam cu-
rauit q patet in ūbo zachei
qui dixit d. Ecce dimidiu bo-
norum meor do pauperibus 7c.
dimidiu dicit ut ondat' esse
larga elemosina bonorum
addit ut ondatur q debet e-
de bonis melioribus no peiori-
bus ¶ Meor addit ut ondatur
q no debet esse de alieno ¶ Do
subdit ut ondat' q no debet
pro laude humana ¶ Paupe-
ribus concludit ut ondatur
q no debz dari diuiti s3 paupi
nec uni sed pluribus unde illud
dispersit dedit pauperib9 ¶ Quarta
domus est domus pharisei ubi
magdalena lacrimis eius pe-
des lauit. Luc vii ubi eciam tria
imperat symoni q aquam pe-
dibus no dedit nec oleo caput
unxit nec osculum obtulit
7 hoc refert' ad oīa actione
pedes lauare est lacrimas pro
peccatis fundere caput ungere est
deuocionem habere osculu dare
est perfecte diligere ¶ Quinta domus
est domus Jayri ubi filiam
mortuam suscitauit. Filia e
aīa que si no habet uitam que
est caritas moritur. podiūm
ut ita s3 hanc curant ad uitā

Petrum iacobum et iohannem id est fidem
et spem et caritatem. ¶ Sexta do-
mus est marthe Luc. x. ubi
martha pre inquiebat ma-
rie ad pedes domini sedenti sed
sub hanc invidiam repulit
pre cum officium marthe non
reprobando sed tacendo quedam
modo laudavit et marie offi-
cium pretulit dicens maria optimam
partem elegit etc. ¶ Septima do-
mus est domus mathei Luc.
v. capitulo ubi indignati sunt
pharisei dicentes quare cum
publicanis etc. glosa in hoc ma-
nifestatur humilitas domini
qui ad peccatores venit et con-
vivis comedit et exemplo sue
humilitatis superbiam de cordi-
bus phariseorum exclusit ¶ Octava
domus est anima fidelis psalmus
domum tuam domine decet sancti-
tudo hec manifestatur ante co-
superbie plure avaricie plurime
luxurie matthei vii descendit plu-
via venit flumina flaverunt
venti et irruerunt in domum il-
lam ¶ Nona domus est templum
materiale ad quod veniendum est ysaie
ii venite ascendamus ad mon-
tem domini et ad domum dei iacob
et hoc propter multa ¶ Primo quia
deus ibi invenitur Luc. ii post
triduum invenerunt puerum etc. ¶
Item quia ibi oratio exauditur
iii regum viii quicumque in loco isto
oravit exaudietur de celis et
ideo ysaie lvi domus mea domus
orationis vocabitur ¶ Item devo-
cio infunditur ysaie lvi letifi-
cabo eos in domo orationis mee

Domum est multiplex temporale
primo in zelus et furor mi-
chi non parcet in die vin-
dicte nec acquiescet cuiusquam
precibus nec suscipiet pro redemptione dona plurima
et hoc domum viam danti prepa-
rat proverbiorum xviii domum hominis di-
latat viam eius ¶ Item ami-
cos generat proverbiorum xix multi

absconditum extinguet iram
et domum in sinu indignationem
maximam ¶ Item peccata pur-
gat hebreorum v ut offerat do-
na et satisfaciat pro peccatis ¶ Item
excecat exodi xxiii que excecant et do-
na excecant oculos iudicum
¶ Item est domum naturale i ad corin.
vii unusquisque proprium donum
habet a deo hoc est domum gracie
ephesi iiii unicuique nostrum data
est gratia secundum mensuram do-
nacionis christi et hoc domum mul-
tiplicatur et diversificatur
secundum gratias gratie differencias Ro.
xii habentes donaciones secundum
gratiam que data est nobis dif-
ferentes Est igitur domum dis-
cipline Eccli. vii sapientia infini-
tus est thesaurus hominibus
quo qui usi sunt participes
facti sunt amicicie dei propter
discipline dona commendati
¶ Item predicacionis fructifere
ysaie lxvi annunciabunt gloriam
meam gentibus et adducent
omnes fratres vestros de cunctis
gentibus domum deo. Item
Ro. xi sine penitencia sunt
dona et vocacio ¶ Item conversa-
cionis honeste Eccli. iii quo
domum et pax est clavis dei etc.
Item perfectionis glorie hebreorum
vi impossibile eos qui semel
sunt illuminati et gustaverunt
domum celeste etc. ¶ Item glorie
proverbiorum iiii domum bonum tribuam
vobis legem meam ne dere-
linquatis Eccli. xxxviii a
deo est omnis medela et are-
ge accipiet dampnacionem
Rex iste est de quo ad Thi. regi
seculorum a quo omne donacio
donatum Iaco. i omne datum
optimum et omne domum etc.

Dormicio est multiplex
videlicet culpe gratie et pene
¶ Prima triplex necessitatis
Eccli. v saturitas divitis non
sinit eum dormire ¶ Item multi

Eccl. xxxi sompnus sanitatis
homini parco dormiet usque mane
et anima eius cum illo delectabitur
¶ Item tedii et torporis Mat. xxvi i-
nvenit eos dormientes Et nota
quod per hanc dormicionem capilli
bonarum cogitacionum a Sampso-
nis capite abraduntur Judic.
xvi ¶ Item hasta bone inten-
cionis et vas sancte devocionis
a Saule auferuntur i Reg. xxvi ¶ Item
vulnera mortalia peccati letalis
Ysboseth inferuntur ii Reg. iiii
¶ Item fame ancipitis rega-
libus excluduntur Act. xx
¶ Item est dormicio culpe et hec
duplex omissionis et transgres-
sionis omissionis triplex scilicet
pigricie Prov. vi usque quo piger dor-
mis Item negligencie i ad
Thess. v non dormiamus sicut ce-
teri sed vigilemus et sobrii simus
Item ignorancie qui omittit
scienda Eccl. xxii cum dormi-
ente loquitur qui enarrat
stulto sapienciam ¶ Item
transgressionis et hec triplex a
malicie Ps. dormierunt som-
pnum suum etc. ¶ Item carnalis
concupiscencie Amos vi ve vobis
qui dormitis in lectis ebur-
neis ¶ Item superbie Ys. xiiii
omnes reges dormierunt in glo-
ria ¶ Item est dormicio gracie
et in hac cessant sensus a cor-
poralibus accionibus Prov. iii si
dormieris non timebis quie-
sces et suavis erit sompnus
tuus ¶ Item cogitaciones recedunt
et vacant spiritualibus Cant. v
ego dormio et cor meum vigi-
lat ¶ Item affecciones quiescunt
in celestibus pregustacionibus
Ps. in pace in idipsum dormiam
et requiescam Job quis enarrabit
celorum racionem et concentum celi
quis dormire faciet ¶ Item hac
dormicione deus erudit et in-
format Job xxxiii quando sopor
irruit super homines et dormiunt
in lectulo tunc aperit aures
virorum et erudiens eos instruit
disciplina ¶ Item de leccionibus
inebriat et hoc signatur in dormi-
cione Johannis in cena domini Joh. x-
iii ¶ Item visiones demonstrat
Gen. xxviii tulit de lapidibus
qui iacebant et supponens
caput suum capiti suo dormi-
vit in eodem loco vidit in
sompniis etc. ¶ Item est dormi-
cio pene et hec triplex scilicet pene temporalis
Jer. li dormierunt sompnum
sempiternum et non consurget di-
cit dominus deducam eos quasi agnos
ad victimam ¶ Item mortis Job
xxvii dives cum dormierit
nichil secum auferet ¶ Item pene
eterne Ys. l in doloribus dormietis

Dormitacio est multiplex
tedii Ps. dormitavit ani-
ma mea pre tedio ¶ Item negli-
gencie Prov. vi ne dederis ocu-
lis tuis sompnum nec dormitent
palpebre tue et Mat. xxv mo-
ram autem faciente sponso dor-
mitaverunt omnes etc. ¶ Item igno-
rancie Ps. ecce non dormita-
bit neque dormiet ¶ Item pigri-
cie Prov. vi usque quo piger
dormis usque etc. Ys. v et ecce non
dormitabunt neque dormient
neque solvetur cingulum
renum eius neque rumpetur cor-
rigia calciamenti eius ¶ Item
culpe Ps. ab increpacione tua
deus Jacob dormitaverunt

Ducere est ducere ad mortem
et ad gloriam de qua dicitur
Prov. xvi insipiens lactat
amicum suum et ducit eum per
viam non bonam Et nota quod quidam
ducuntur ad mortem temporalem
Prov. xxiiii erue eos qui ducun-
tur ad mortem temporalem Prov.
xvi est via que homini recta videtur
¶ Item ad mortem eternam Job
xxi ducunt in bonis dies suos
et in puncto ad inferna descendunt
¶ Item ducit deus ad gloriam et hoc

multipliciter quia misericordie sustentando contra impetum aduersariorum Exo xv dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti Item equat offensiones temptacionum spiritualium amouendo Ps xxiii Ducam te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris etc Item prudenter ad erudicionem morum Sap viii ipse sapientie dux est et sapientum emendator Item dulciter ad pregustacionem bonorum celestium Deut xxxii dominus solus dux eius fuit et ipse constituit eum super excelsam terram ut co etc Item sociabiliter ad confortandum in multitudine aduersitatem et illacone persecutionum Exo xiii dominus autem precedebat eos ad ostendendam viam per diem in columpna nubis et per noctem in columpna ignis ut dux esset itineris in utroque tempore Item utiliter ad impetracionem meliorum Tho xii me duxit et reduxit sanum pecuniam a gabelo suscepit et uxorem me habere fecit et demonium ipse ab ea compescuit Demonium est culpa uxor pura pecunia gratia sanitas innocencia Item delectabiliter ad aspici gracia conte Osee ij ecce lactabo eam et ducam eam in solitudinem et loquar ad cor eius et dabo ei vinitores eius ex eodem loco et vallem achor ad aperiendum spem lactat gratiam inspirando ducit in solitudinem carnem castigando loquitur ad cor delectaciones infundendo dat vinitores ex eodem loco intellectum et affectum ad custodiam anime informando dat etiam vallem achor ad aperiendam spem gloriam celestem et multitudine saluandorum qui aliqui fuerunt in culpa et primo in prima ostendendo Item deducit dominus penitentes Sap x iustum deduxit dominus per vias rectas et primo per donum timoris tenendo ne forte cadant Ecc xxvii nisi in timore domini instanter te tenueris cito subuertetur domus tua et delictis Ps regraciatur domino dicens tenuisti manum dexteram meam Item pascendo per donum pietatis et ne deficiat Ps propter nomen tuum deduc me et enutri Item manum ostendendo ne errent per donum sciencie Ps deduxit nos in nube diei etc Item ab hostibus defendendo per donum fortitudinis Ps deduc deduc me in iusticia tua propter inimicos meos Item per viam compendii i. donum consilij hec est semita de qua Ps deduxit me super semitas iusticie Item deducit delectabiliter ostendendo illud ad quod ducit ne lassitudine frangantur et hoc per donum intellectus Sap x iustum deduxit dominus Item gustare faciendo quam suauis est dominus Ps deduxisti sicut populum etc

Duplicitas est multiplex cordis et hec generat inconstancia Iac i vir duplex animo etc Item indignitatem Ecc i ne sis incredibilis timori domini et ne accesseris ad eum duplici corde Item maledictione Ecc ii ve duplici corde Item est duplicitas oris Ecc v non ventiles te in omnem ventum sic peccator probatur in duplici lingua Item est duplicitas tedii Sap xi duplex illos acceperat tedium Item tribulacionis Ysa xl suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis

Dulcedo sumitur in bono et in malo In malo tripliciter quia est dulcedo auaricie Eze xxxiii quia auaricia sequitur cor eorum et est eis quasi canticum musicum

quod suam dulceque sano sapit
¶ Item carnalis lascivie prov
v a muliere extranea et aba
liena que facit verba sua dulcia
a et c ¶ Item glorie et vanitatis Job
xxi cessavit gaudium tympa
norum quievit sonitus le
tancium conticuit dulcedo cy
thare ¶ Item est dulcedo in bono
et hec multiplex quia est dulce
do in deo et in homine ¶ dulcedo
in deo multiplex quia est dul
cedo divine bonitatis ps dul
cis et rectus dominus ¶ Item veritatis
Eccl xxiiii spiritus meus super
mel dulcis et sapiencia ¶ Item perfec
ptatis aqua [illegible] iudicia
ps iudicia domini vera iustifi
cata in semetipsa et post dulci
ora super mel et favum ¶ Item
gratie quam suscepit in incarna
cione ps prevenisti eum in benedic
cionibus dulcedinis ¶ Item gra
cie quam meruit in iustificacione
Johel in illa die stillabunt
dulcedinem et c ¶ Item dulcedi
nis sacramenti corporis Christi vnde
Sap xvi pro quo dictum est panem
de celo panem prestitisti et subs
stanciam tuam et dulcedinem
quam habebas in filios ostendebas
¶ Item est dulcedo hominis et hec
duplex inspirati infusi ¶ Inspira
ti duplex interior et exterior in
terior triplex quia est dulcedo
contemplacionis que pertinet ad
intellectum Eccl v dulcis erat
sompnus in s contemplacionis
prov xxiiii mel comede quod
bonum est et favum dulcissimum
gutturi tuo per mel et favum sig
natur hic sapiencia ¶ Item gratie
que pertinet ad effectum ps parasti
in dulcedine tua pauperi deus
et hec est dulcedo gratie que pa
ratur pauperi spiritu ¶ Item virtutis
que pertinet ad visum prov xvi
dulcedo anime sanitas ossium
per ossa virtutes designantur ¶ Item
est dulcedo exterior et hec est in verbis

Eccl vi verbum dulce multiplicat
amicos et prov xvi qui dulcis est
eloquio maiora percipiet ¶ Item
in operibus Eccl xi brevis in vola
tilibus apis et initium dulcoris
eius habet apis est anima humilis
cuius fructus i opera habet in se
quidam principium dulcoris sed in
fine eius erit consummacio ¶ Item
in paciendo seu tribulacionibus prov
xxvii anima esuriens amarum
pro dulci sumat ¶ Nota de Exo xv
de aquis marach ¶ Item erit dul
cedo in futuro et hoc erit tribus
in videndo deum Eccl xi dulce
lumen et de oculis videre solem ¶ Item in gusta
do ps quam magna multitudo
dulcedinis ¶ Item in perpetuando
Eccl xxiiii hereditas mea dul
cis est super mel et favum et heredita
tem nostram perpetuacio fruicio
nis divine de qua Cant ii fructus
eius dulcis gutturi meo

Duricia est multiplex
complacionis Exo iii vidi
afflictionem populi mei
de Egipto clamorem eius au
divi propter duriciam eorum qui presunt
operibus ¶ Item obstinacionis
prov xxviii qui mentis est du
re corruet in malum Eccl iii
dura dicit et in incertum concidet
¶ Item reprehensionis prov xv
sermo durus suscitat furorem
¶ Item adversitatis et afflictionis
Ys xxii cuncti principes fuge
runt simul ligati dure Job
xxx in duricia manus tue
adversaris michi ¶ Item odii et
rancoris prov xv paciencia le
nietur princeps et lingua mol
lis confringet duriciam Ys xl
viii scio quod durus es tu et cervix
tua ferrea ¶ Item elacionis Le
vit xxvi conteram superbie
vestre duriciam ¶ Item vite et
conversacionis Ps verba la t c cons
m du Nel dic quod est duricia
more et hec est prius Ps verba la t
¶ Item more et hec est inequale

Eccl. xix ne iteres verbis durus
et nequam ¶ Item in corde et hec
prime Ro. ii Secundum duriciam cordis
tui impenitens cor tuum etc. ¶ Et sciendum
quod induracionis cordis multe
sunt cause quarum quedam sunt
naturales quedam acciden
tales ¶ Prima igitur causa est
liquoris aut humoris expres
sio sicut enim carnes fiunt dure
cum liquor exprimitur et humor
eorum eliquatur sic homo per ex
tractionem gracie et illius maxi
me facit solicitudo secularis
que admodum ventose paula
tim sanguinem voluntarie primere et
humorem gracie sive devocionis
abstrahit Aug. prudenciam te
abstrahas actibus seculi quia
trahant abipie et paulatim du
caris ad cor durum ¶ Secunda cau
sa est frequens concussio quia
sicut per frequentem concussio
nem cum malleo constringitur sic
cor malum per frequentem ma
leacionem ubi dei induratur
Job xli induratum est cor eius quasi
lapis et stringetur quasi malleatoris incus
¶ Tercia causa est conculcacio sic
enim semita per frequentem concul
cacionem durescit sic cor abstina
tosem cor quanto per castigaciones
et flagella conculcantur tanto de
terius agunt Jer. v attrivisti eos
et renuerunt accipere ¶ Quarta cau
sa est metalli liquefacti congelacio
sicut enim metallum liquefactum per
calliditatem ignis a motione
durius esse efficitur sic quidam
per ignem tribulacionis et paup
ertatis liquescunt et in devocio
nem sed cum de fornace exeunt id est
a paupertate ad divicias tanti be
neficii deteriores efficiuntur et du
riores quod signatum est Exo. viii
ubi dicitur quod cum esset Pharao in
flagellis liquefactus oravit ad
Moysen ut ipse oraret sed cum
facta esset requies sequitur quod
induratum est cor eius ¶ Quinta

causa est exsiccacio quia sicut
lutum induratur per exsiccacionem
et hoc quia calor aeris consumit
interiorem humiditatem sic cor
induratur per furoris et ire
accensionem quia ira est accensio
sanguinis circa cor et ideo consu
mit humorem gracie interiorem
Gen. xlix Symeon et Levi va
sa iniquitatis bellancia ma
ledictus furor eorum quia pertinax
et indignacio eorum quia dura
¶ Symeon interpretatur audiens
merorem et significat huiusmodi iracun
dos qui semper habent aurem e
rectam ut audiant si quid
mali de eis dicatur ut se de
fendant et in eis insurgant
et ideo vas bellicosum dicitur
¶ Levi interpretatur additus et
significat illos qui semper furorem
addunt qui pronis maledictis
duplo reddunt vel tanta deteriora
Prov. xv sermo durus excitat
furorem ¶ Sexta causa est siccorum
coniunctio sicut enim pasta hu
mida ex commixtione farine in
duratur ita cor hominis hu
midum ex aggregacione terrenorum
siccorum induratur unde cor
de avari et divitis fit quasi
cementum indissolubile Abac.
ii ve ei qui multiplicat
non sua ¶ Ista enim induracio
consignatur I Reg. xxv ubi dicitur
quod Nabal erat durus ¶ Septima
causa est inveteracio priorum et
prava consuetudo quia consue
tudo altera natura et convertitur
in habitum mentis habitus non
difficili mobilis et ideo peccatum
consuetudinarium difficile
movetur et ideo mala consue
tudo cor indurat vel indu
cit impetum et de hac indura
cione Jer. vii induraverunt cervi
cem suam et peius fecerunt
quam patres eorum ¶ Octava causa est
stulta securitas sicut enim
stultus homo non timet neque

XIII

obdormivit scilicet insidias contra ita
confidentes in vita sua dor-
miunt obdormiunt in peccatis
suis et indurescunt Ys. xliii
induraverunt cor eorum. Nona
causa impudencia quia homo
non erubescit peccare et adeo
induratur quod sibi frustra predi-
catur Jer. iii frons meretricis
facta est tibi Eze. iii domus Israel
attrita fronte. Decima causa
est superbia inobediencia sic
enim murus resistit sibi ob-
vianti sic superbus sibi percipi-
enti resistere autem est redure:
Ys. lxiii Scio enim quod durus es
tu et cervix ferreus ceruix tua
Undecima causa est negligen-
cia negligentes indurantur
prelati ad minores suos quasi
non sunt sui filii Job xxxix in-
duratur ad filios suos quasi
non sunt sui. Duodecima causa est
desperacio quia manente homines
ad penitenciam reo convertuntur Eccl. iii
in cor durum male habebit in
in iudicio. Sequitur ebrietas

Ebrietas est mater
errores Ad Ephe.
v qui ebrii
sunt nocte nocte
ebrii sunt Ys. xx-
viii prae vino nescie-
runt et prae ebrietate
erraverunt. Item doloris Jer. xlviii
adtte quoque inebriatur calix inebri-
aberis atque nudaberis Jer. li in-
ebriavit me absinthio. Item
nudacionem pro spiritualis quod signatur
per calicem Babilonis qui inebriat
omnem terram Jer. li dicitur
venite sumamus vinum et imple-
amus nos ebrietate. Item dampna-
cionis Ys. audivi idem deo hic
panpenula ebria et non a vino
Item Ys. xxix inebriamini et non
a vino et movemini et non ebrieta-
te quia miscuit dominus spiritum saporis
nobis. Item est ebrietas amoris
et non devote qui in ebrietas est

de vino vince quam plantavit
Gen. ix. Item leticie spiritualis Jer.
xxxi letificabo eos de dolore suo
et inebriabo animas sacerdotum pin-
guedine. Item devocionis Can.
v bibite et inebriamini karissimi. Item leti-
cie gaudii Ps. inebriabuntur ab u-
bertate domus tue. Item vini
materialis de qua dicit sanctus
Gregorius quod ebrietas est perdita men-
tis oblivio expulsio potencie
in indulgencia ... hec
aufert graciam et indignat culpam
Ebrietas est blandus demon
dulce venenum suave peccatum quod
qui habet se non habet quam qui facit
non facit peccatum sed totus est peccatum
Item consumit bona naturalia
animi. Ebrietas aufert memoriam
dissipat sensum confundit intellectum
concitat libidinem involvit
linguam corrumpit sanguinem
omnia membra debilitat vitam
diminuit et omnem salutem
exterminat. Item adducit in apos-
tatare tasiam Eccl. xix vinum
et mulieres apostotare faciunt
sapientes. Item adducit ad igno-
miniam Abacuk ii ve qui potum
dat amico suo mittens fel et ine-
brians ut aspiciat nuditatem
eius. Item secretorum facit reve-
lacionem Prov. xxxi quia nullum secre-
tum ubi regnat ebrietas. Item inge-
nerat conversacione diabolum in sicut
dic inhoneste ambulemus non
comessacionibus et ebrietatibus et cetera
Item generat errorem Job xii er-
rare fecit eos sicut ebrios. Item
gignit luxuriam et tempestates
Prov. xx luxuriosa res est vinum et
tumultuosa ebrietas quicumque
hiis delectatur non erit sapiens
Item corrumpit mentem Osee
iiii vinum fornicacio et ebrietas
aufert cor. Item evacuat bur-
sam Eccl. xix operarius ebriosus non
locupletabitur. Item accelerat mor-
tem Luc. xxi attendite vobis ne crapula
et ebrietate ne corda vestra gravetur

et curis huius seculi, et super-
veniat in vos dies illa
repentina etc. Item aufert
gloriam. i ad Cor. vi: neque ebrio-
si neque maledici regnum dei pos-
sidebunt. Item acquirit ma-
ledictionem eterne pene et
ideo dicitur Ysa. v: Ve qui ma-
ne consurgitis etc. Et Ysa. xxviii: Ve
corone superbie ebriis Effra-
im. Ve enim pene eterne in-
dictum est etc.

Ebur enim candorem habet,
et ideo est signum temperancie
et castitatis et hoc contra
luxuriam et gulam. Insignium
primum Cant. v: Venter eius eburneus
distinctus saphiris. Insignium
secundum Cant. vii: Collum tuum sicut
turris eburnea. Item habet
ruborem et ideo signum est ca-
ritatis. Trenorum iv: Candidiores
nive, rubicundiores ebore
antiquo. Item habet fortitudi-
nem in signum virtutis et forti-
tudinis. iii Reg. x: Fecit Salomon
sibi thronum de ebore grande.

Ecce multipliciter sumitur
in scriptura. Dicitur quia
novum. Malach. ult.: Ecce mit-
tam vobis Heliam prophetam.
Item quia mirum. Ysa. vii: Ecce
virgo concipiet et pariet. Item
quia subitum. Ysa. lii: Sciet populus
nomen meum in die illa quia
ego qui loquebar ecce assum.
Item quia deceptum despectum.
ait xxvi: Ecce homo [illegible]
clarus impio sed plenus ob-
probriis. Item quia clarum. Zach. ix: Exulta
satis filia Syon, iubila fili-
a Ierusalem, ecce rex tuus venit.
Ieremie xxx: Ecce ego salvum te — et cetera
faciam de longinquo. Item quia
demonstrativum. Zach. vi: Ecce vir
oriens nomen eius etc.

Edificacio est triplex: e-
dificacio terrena, spiritua-
lis et eterna. Prov. xxiv:
diligenter exerce agrum tuum et postea
edifices domum tuam et in hac
edificacione debemus cave-
re vanitatem, voluptatem et ali-
orum iniuriam. De primo Oze.
viii: quia oblitus est Israel crea-
toris sui et edificavit delu-
bra. Dan. iv: Nonne hec est
Babilon civitas magna quam
edificavi in domum regni — mee et in gloria decoris mei
et in domum fortitudinis. Item
de secundo Mich. iii: qui edifi-
catis Syon in sanguinibus et
Ierusalem in iniquitate. Sanguis
enim voluptatem designat.
De tercio Iere. xxii: Ve qui edifi-
cat domum suam sed stipen-
diis alienis qui colligit
lapides in hieme. Item
est edificacio spiritualis. Mat. vii:
Omnis homo qui audit verba
hec et facit ea assimilabitur
viro sapienti qui edificat
domum suam supra petram.
Hec edificacio fit per peccati di-
missionem et ad deum reversio-
nem. Job xxii: Si reversus
fueris ad omnipotentem edifi- — et longe facies a tabernaculo tuo iniquitatem
caberis. Item per gratie immissio-
nem. i ad Cor. iii: Dei edifica-
cio estis secundum graciam que da-
ta est michi. Item per sanctam
conversionem. Ro. xv: Unusquis-
que proximo suo in bono ad e-
dificacionem. Item per sapienciam.
Prov. ix: Sapiencia edificavit sibi
domum etc. Et xxiv: Sapiencia
edificabitur domus. Item
per iusticiam. Ecc. iii: In iusticia
edificabitur tibi domus. Item
per predicacionem. Ecc. xlix: Ma-
le tractaverunt illum qui a ven-
tre matris consecratus est propheta
evertere et perdere et iterum edificare et
renovare. De primo ut edifi-
ces et plantes. Item per pu-
ritatis exercitacionem. i ad Cor. viii:
Sciencia inflat, caritas
autem edificat. Item per precep-
torum et admonicionum obser-
vacionem. Ro. xiv: que pacis sunt

secietur z que edificationes de cus-
todiam. Item per donum admoni-
tionis z increpationis ps Benigne fac
domine in bona voluntate tua syi-
on ut edificentur muri ie-
rusalem. ps Nisi dominus edifica-
uerit domum. Item est edifica-
cio spiritualis Eph ii Iam non estis
aduene etc. Et eciam hec eterna
z celestis ii ad Cor v Scimus
quia si domus nostra terrestris ha-
bitacionis dissoluatur quod edi-
ficacionem ex deo habemus non
manufactam domum sed eternam
in celis. Item glosa vide de
illa urbem que edificatur
ut edificatur ciuitas dicitur
in ps glosa sed sunt dicte ciui-
tas dei. Item de hac tali prou ix
Sapiencia edificauit sibi domum ex-
cidit columpnas septem do-
mus ista celestem edificacionem
designat septem columpne sunt
septem sanctorum distinctiones
virgines martires Confesso-
res doctores apostoli z euange-
liste veteris testamenti pa-
tres z prophete z diuisor angelorum ordines

Educcio. Circa educcionem
nota quod educit nos dominus
de statu culpe. Et primo de
gula. ps Et eum educit vinctos
in fortitudine i. gulosos qui
ligati sunt per collum sed in forti-
tudine quia difficile est assue-
ta relinquere. Similiter z eos
qui exasperant qui habitant in
sepulchris suis s. detrahen-
tes vel murmurando. Item de statu
luxurie luxurie ps Eduxit me
de lacu miserie etc. Item de statu
auaricie. ps Educet me de la-
queo quem statuerunt michi laque-
um vocat auariciam propter illud
i ad Thi vi qui volunt diui-
tes fieri etc. Item de statu acci-
die ps Educ de carcere animam
meam. Item de statu odij quod est
inueterata ps Ego sum dominus
deus tuus qui eduxi te de terra
egipti. Egiptus interpretatur tene-
bre z qui odit fratrem suum in te-
nebris est. Item de statu inuidie
ps Eduxisti de inferno animam
meam. Infimus inuidus est qui
gaudet de malo alterius z dolet
de bono. Item de statu superbie
ps Eduxit eos de tenebris et um-
bra mortis z cetera.

Effusio est multiplex quia
est effusio in malo
z est effusio in bono. Ef-
fusio in malo multiplex est
quia est effusio luxurie. Ezech
plus nubem effusus est sicut
aqua etc. Item gule. Eccli xxx-
vii Noli te effundas super omnem
escam. Item ire Iob xvi con-
vulnerauit lumbos meos effu-
dit viscera mea omnia ps
effusa est contencio super prin-
cipes z alibi effuderunt sangui-
nem innocentem. Item cupi-
ditatis Trenorum ii effusum est
in terra iecur meum z Eccli x
de auaro proiecit intima
sua. Item desperacionis vnde eciam
de iuda dicitur effusa sunt visce-
ra eius. Item est effusio in bono
z hec duplex hominis z dei. Pri-
mum nota quod est effusio per contri-
cionem. Trenorum ii effunde sicut
aquam cor tuum ante conspectum
domini per deuocionem. ps effundite co-
ram illo corda vestra z i Reg i vinum
z omne quod inebriare potest non
bibi sed effudi animam meam in conspectu
domini. Item per oracionem. Iudith
xiii omnis populus cecidit in fa-
ciem adorantes dominum z cum om-
ni lamentacione z fletu vnani-
mes preces suas domino effude-
runt. Et nota ibi quatuor necessaria
ad effusionem oracionis humili-
tas deuocio fletus exterior do-
lor interior vnanimitas precum.
Item per contemplacionem ps
Effudi in me animam meam
Item per compassionem. Ysa lviii
Cum effuderis esurienti

animam tuam et animam afflictam
replebis etc. ¶ Item est effusio dei
et hec multiplex effudit enim iram
et despectionem super principes ut
puniat ¶ Item sapientiam ut recte
disponat ¶ Item aquam gratie ut
sordes peccatorum abluat spiritum ut
erudiat benedictionem devotionis ut
ad profectum gaudere faciat ¶ De primo
Job xii effudit despectionem super
principes et eos qui oppressi fue-
rant relevat ¶ De secundo Eccli. primo
est effudit sapientiam super omnia
opera sua et super omnem carnem de-
¶ De tercio Eze xxxvi Effundam super
vos aquam mundam etc. De
quarto Ysa xliv Effundam
spiritum meum super omnem carnem
et prophetabunt filii vestri et filie ve-
stre De ultimo Ysa xliv Effun-
dam spiritum meum super semen
tuum et benedictionem meam super
stirpem tuam etc.

Egestas est multiplex
gratie Prov. xiii ubi autem
sunt uba plurima ibi fre-
quenter egestas s. gratie et Job
xxx vita ipsa putabat indig-
ni egestate et fame steriles ¶ Item
sapientie Prov. x qui indocti sunt
in cordis egestate vocat defec-
tum sapientie ¶ Item letitie Prov.
ultimo Date siceram meren-
tibus et vinum hiis qui amaro
sunt animo bibant et obliviscantur
egestatis sue egestatem vocat
hic absentiam letitie ¶ Item
paupertatis Prov. vi usque quo piger dor-
mis et post veniet tibi quasi
viator egestas et pauperies qua-
si vir armatus ¶ Item pene
eterne Job xx ultra non intue-
bitur eum locus eius et filii
eius atterentur egestate Et no-
ta quod egestatis pene et paupertatis
percantur pro multa quia
pro impietatem Prov. xxi in egestas
ad nos in domo impii ¶ Item pro ac-
cidiam Prov. x egestatem operata
est manus remissa ¶ Item pro ra-
pinam Prov. xi alii dividunt pro-
pria et ditiores fiunt alii rapiunt non
sua et semper in egestate sunt ¶
Item pro disciplinae discretionem
Prov. xiii egestas et ignominia
ei qui deserit disciplinam ¶ Item
pro ociositatem Prov. xxviii qui
sectabitur ocium replebitur egestate

Egressus est multiplex dei
iusti et mali ¶ Dei multiplex
quia est egressus ab eter-
no Mich. v egressus est a diebus
eternitatis ¶ Item de virginis
utero Ysa xxvi egredietur dominus
de loco sancto suo Tren. i egressus
est a filia Syon Abacuk iii egres-
sus est in salutem populi sui etc.
¶ Item est egressus iusti multiplex
et distinguitur quia penitentium
orantium vacantium rogantium
Egreditur autem penitens ad
tria ad flendum Mt xxvi Egres-
sus Petrus flevit amare post-
quam dominus respexit eum Luce xxii
¶ Item ad confitendum suam
inscientiam unde dicit mulier
Chananea miserere filie etc. ¶
Et hec egreditur a finibus
Tyri et Sydonis Tyrus interpre-
tatur angustia Sydon ve-
natio et signat quod confessio debet
cum magna angustia venari
peccata et circumstancias ¶ Item
ad satisfaciendum Exo xiii me-
mento diei in qua egressi
estis de Egypto et decimat b ry
illum diem Exo viii viam trium
dierum etc. tres dies sunt
tres partes satisfactionis scilicet ieiu-
nium elemosina oratio ¶ Item
egressus orantium est ad tria
ad fugiendum peccati nuditatem
Gen. xxxix Joseph relicto in
manu eius pallio etc. Num. xxi
egressum atthabiuact hominum ipsorum
¶ Item ad pugnandum Exo xvii di-
xit Moyses ad Josue elige
tibi viros et pugna contra A-
malech etc. ¶ Item ad operandum
opus suum Ps. Exibit

homo ad opus suum etc. ¶ Item est egressus vacacionis et hoc ad sta de mundana conuersacione ad religionem. Gen. xii egredere de terra tua etc. ¶ Item ab exteriori occupacione. Gen. xxiiii egressus fuit ysaac magis ad meditandum et maxime ad meditandum passionem christi. Can. iii egredimini filie syon etc. ¶ Item a meditacione ad deuocionem in laudando deum. Exo. xv Egressa maria tenens tympanum in virgo in annunciacione tenens filium in quo est humanitas igitur est humilitas tamquam pellis et diuinitas armonia inuisibilis. ¶ Item est egressus regencium et hoc ad sta ad consolandum tribulatos. Ysa. vii egredere in occursum achaz et dices ad eum noli timere a duabus caudis ticionum ticio persecutor cauda finis persecutoris tamquam ticioni combirendo consumit. Ysa. xxxv confortate manus etc. ¶ Item ad corripiendum peccatores i ad Thess. v corripite inquietos et hoc signatur. Exo. ii ubi egressus est moyses ad fratres suos et vidit afflictionem eorum et virum egipcium percucientem vnum ab hebreis quem percussit et abscondit in sabulo. egipcius peccator est quem abscondit sabulo cum imponit subiugo penitencie. ¶ Item ad orandum in temptacionibus. Exo. ix et ait moyses cum egressus fuero de vrbe extendam manus meas et nota quod orauit pro tribus pro ranis amouendis in quo temptacio erroris signatur. ¶ Item pro muscis sordidis in quo temptacio concupiscencie. ¶ Item pro tonitruo in quo temptacio terroris signatur. ¶ Item egressus malorum et hic triplex de ueris aberrancia sic egressus est salomon a cultu dei propter mulieres ad ydolatriam. iii Reg. xi. ¶ Item de permanentibus ad dampnacionem. Gen. iiii egressus est caym a facie dei et habitauit profugus in terra ad orientalem plagam. ¶ Item de honestis ad turpia. Prou. vii ecce egressa sum in occursum tuum desiderans te videre. Gen. xxxiiii egressa est dyna etc.

Eiectio circa eieccionem nota quod quidam eiciuntur ab hereditate celestia propter superbiam sicut lucifer. Ezech. xxviii peccasti et eieci te de monte sancto dei et perdidi te a cherub. ¶ Item quidam propter gulam. Gen. iii eiecit dominus adam de paradiso ut operaretur de qua sumptus est. ¶ Item propter luxuriam. Num. v precipe filiis israel ut eiciant hominem leprosum et qui semine fluit et hoc signatum est in ysmahele qui ideo eiectus est quia adulterine ancille filius fuit vnde dicitur Gen. xxi eice ancillam et filium eius et adhuc dicendum nota fuit sarra eo quod ludebat cum filio suo qui ludus erat lasciuie carnis qui dicebat ysmahel ipsi ysaac vnus ipso abuti volebat ut dicunt quidam ergo significatur quod ipsi luxuriosi ab hereditati celesti erunt eiecti quod significatum est. Judicum xi eiecerunt ¶ Iepte fratres sui dicentes heres in domo patris nostri non eris quia de adultera matre natus es. ¶ Item quidam propter auariciam quod signatum est. Mat. xxi ubi eiecit dominus vendentes et ementes. ¶ Item propter inuidiam vel iracundiam et de ira quod habetur exemplum in caym. Gen. iiii ecce eiecisti me hodie a facie terre et a facie tua abscondar. ¶ Item propter pigriciam et accidiam. Mat. xxv seruum inutilem eicite in tenebras exteriores significatur peccatores eiciuntur a gla-

eterna sed quo minus sicut dicitur
Ier. xv. eice illos a facie mea et e-
gredientur quod si dixerint quo
egrediemur dices ad eos qui
ad mortem ad mortem qui ad gladium ad gladium
qui ad famem ad famem qui ad
captivitatem ad captivitatem. In morte mortalium
separacio anime in gladio gehenna-
lis pena in fame defectus tocius
boni in captivitate pene eter-
nitatis continuitas [illegible]
Ieremie xvi. eiciam vos de ter-
ra hac in terram quam ignoratis
et servietis ibi diis alienis qui
non dabunt vobis requiem

Elevacio est multiplex
culpe ut in eo quod eleva-
te sunt filie syon etc.
et in divicijs tunc exaltatum est
regnum nabuc et elevatum est
cor eius etc. Item gracie sive con-
templacionis Iob xxxix. num-
quid ad preceptum tuum elevabi-
tur aquila. Et vero quod novem
sunt elevaciones quibus oportet
animam contemplativam sur-
sum ferri. Primo est abolicio car-
nalis conversacionis. Secunda con-
temptus mundane consolaci-
onis. Tercia fuga temporalis solici-
tudinis. Quarta oblivio tempora-
lium. Quinta est investigacio
divinorum. Sexta est agnicio
secretorum. Septima est pregusta-
cio superne fruicionis. Octava
amplexus divine suavita-
tis. Nona excessus mentis.
Necessarium est igitur ut anima
elevetur a carnali conversacione
ut ascendat in montem mirre. Isa-
ie li. elevare elevare con-
surge ierusalem que bibisti de ma-
nu domini calicem ire eius usque
ad fundum calicis saporis bi-
bisti et epotasti usque ad feces.
Nota tria incommoda que incur-
rit anima bibens calicem
carnalis voluptatis. Denique
offendit et deo fit odiosa
unde dicitur bibisti calicem
ire. Item morti se obligat
unde dicit postea calicem sa-
poris. Item sepius inactuat
et ita fit vilis unde dicitur
et potasti usque ad feces. Elevare
ergo ierusalem de ocio ad amorem
elevare de morte ad vitam
et consurge de vilitate ad ho-
norem. Secunda elevacio est con-
temptus mundane consola-
cionis ut ascendat in puri-
tatem consciencie. Ezechiel
elevavit me spiritus meus
et assumpsit me et abii ama-
rus in indignacione spiritus
mei. Assumpsit me i. a terre-
nis desiderijs separavit. Unde
glossa balaam prophecie spiritu e-
levatus erat quando longe
ante futura cognoscebat
sed assumptus non erat quia
mentem a terrenis deside-
rijs non separabat. Amarus
glossa quanto dulcedine quod intus
videt tanto in amaritudi-
nem vertuntur que foris
sustinet. Sic ergo elevatur
anima quando a mente seculi-
bus que foris sunt a terre-
nis desiderijs separatur et
tunc elevatur in puritate
consciencie ad hanc eleva-
batur david cum dicebat
renuit consolari etc. Tercia
fuga temporalis solicitudinis
ut anima possit ascendere in
tranquillitate mentis. Iob
xxxix. numquid ad preceptum
tuum elevabitur ut aquila
i. mens contemplativa et
in arduis ponet nidum suum
i. in mentis excellenciam
caritatis ex qua sequitur
tranquillitas mentis. Quarta
est oblivio terrenorum que ne-
cessaria contemplari supra
unde Gregorius libro v moralium nisi animus
nisi terrena desideria a se re-
moveat media non penetrat
sed tanto subtilius invisibilia.

conspiciat quando perfectionis vile con
tempnit Jere xi ad vocem tuam
dat multitudinem aquarum in
celo relevat nebulas ab extremis
terre Nebula que alta elevatur
est anima que terrena obliviscitur
Sexta est investigacio divi
norum bene enim sequitur ut postquam
anima sancta terrena obliviscitur
celestia perscrutetur Ezechiel xi
elevavit me spiritus inter celu
m et terram in quo mei oblivio tra
hi et adduxit me in ierusalem ce
lestem iuxta hostium interius
in quo designatur perscruta
tio celestium Septa est agni
cio secretorum ad hanc ascendit
paulus qui audivit archa
na que non licet homini loqui
ii ad Cor xii Ezechiel xliii dicit
elevavit me spiritus et intro
duxit me in atrium interius
et ecce gloria repleta est domus
domini et bene cum agnoscit se
creta introducit signatur in
atrium interius ut interiora
cognoscat que modo ante in
quietis hostium stabat Sep
tima est pergustacio felicita
tis que cognicione inde se
quitur non perfecte superna felici
tatis sive iocunditate con
nosci Apoc xii date sunt mu
lieri id est anime due ale aqui
le magne id est oracio et devocio
ut volaret in desertum id est in
celum et ibi aleretur id est io
cunditate celesti frueretur
Octava est amplexus su
pre vel divine bonitatis
Ezechiel x levavit cherubim
alas suas et gloria domini erat su
per eas Cherubim sciencia anime
contemplative iam admi
dendum rapte ale dicuntur
et ascensus gloria domini super eas per
fusio divine suavitatis re
plens intellectum suum visione
et affectum suum fruicione No
na est defectio sponse spon

sum amplectentis teneri nisi de
ficiet Homo ascendit quando dixit
defecit caro mea et cor meum
atque in deum vivum exulta
vit deus pars mea cordis mei
deus in eternum Homo perscrutat
paulus quod nichil de se so
lum de dilecto senciebat
dicens vivo ego iam non ego
figura eius Cant Venimus
desponsa quam admirabantur
celestes cives dicentes
que est ista que ascendit de
deserto etc id est elevavit deum
de deliciis affluens innixa
super dilectum suum et bene
dicit innixa quia ad modum
sponse amplectentis virum
suum ita se totum ille commit
tit quod se non sustinet sed tota
ab illo sustinetur etc

Eleccio Nota quod multiplex
electio quia eligit deus
et eligit et servus et eligit
impius Eligit deus rectis
sime Ysa xliiii Noli time
re puer meus iacob etc Et nota
quod multa sunt que movent
ad hoc deum ut homines eligat
quia fidelitas et lenitas Ecc
xlv in fide et lenitate sanctum fe
cit illum et elegit illum ex
omni carne Item puritas
Ysa xlii Ecce puer meus
electus quem elegi Item sanctitas
Num xvi quemcumque elegerit
dominus ipse est sanctus Item paup
ertas Ysa xlviii elegi te in cami
no paupertatis Item humilitas
i Re xv dixit samuel ad saul
nonne cum parvulus esses in
oculis tuis caput in tribubus
israhel factus es Et beata virgo
dixit respexit humilitatem
ancille sue Item virginitas
pro elegit eam deus et preelegit
eam Et non elegit quod deus
activos contemplativos
et prelatos activos elegit deus
ad ea ad ministerium [illegible]

vos elegit deus ut staretis
coram eo et ministraretis ei. ¶ Item
ad placandum alios. Ps. elegit
david servum suum et sequitur post pascere
iacob servum suum. ¶ Item ad predi-
candum. Ioh. xv. elegi vos
ut eatis etc. ¶ Item elegit
contemplativos et hoc ad eius
iudicia iudicia. Eph. elegit
nos ut essemus sancti et im-
maculati in conspectu eius.
Item ad societatem. Ps. beatus
quem elegisti et assumpsisti
et hoc est dicit ad dilectionem. Cant.
v. dilectus meus candidus
et rubicundus electus ex
milibus. ¶ Item ad videndum
gloriam transfigurationis quem
luxurie Dan iij angelus
domini descendit in forti
tudine et excussit flammam ignis
fornacis [illegible] luxuria est
eius flamma temptacio est quia
excitat angelus domini i. gracia
celestis pueris qui ei primum ge
runt innocenciam et virginitatem Item
avaricie Ys xxxiij beatus qui
excutit manus suas ab omni
munere Item superbie Ys lij ex
cutere de pulvere consurge et sede
solve vincula colli tui etc. Item
pene Job xxxviij nunquid tenuisti
concuciens extrema terre et ex
cussisti impios ex ea Dan iiij
succidite arborem et precidite ramos

Exemplum est multiplex
patribus incipientibus exemplum
proficientibus et perfectis gratie
exemplum perfectis. Exemplum quod precedi
dum est patribus quadru
plex est Derisionis Jer xlviij
erit Moab in derisum omnibus
et exemplum omnibus in circuitu
Item ignominie et vilitatis
Eccl xix qui se iungit fornica
riis nequam erit putredo et vermes

hedirabunt illum et extollent in ex-
emplum manibus. ¶ Item pene
temporalis Naum iii contumeliis te
afficiam et ponam te in exem-
plum. ¶ Item pene eterne i pet ii
ciuitates sodomorum et gomorre-
orum in cinerem redigens e-
uersione dampnauit in exemplum
eorum qui impie agunt et iudas
dicit sicut sodoma et gomorra et
finitime ciuitates fornicate
et abeuntes post carnem alteram
facte sunt in exemplum ignis
eterni penam sustinentes. ¶ Item
est exemplum quod predicandum est
incipientibus et hoc est triplex uitan-
di peccati deut. v det te dominus in ma-
ledictionem et in exemplum cunc-
torum in populo putrescere faciat fe-
mur tuum et tumens uenter
tuus disrumpetur. ¶ Item agendi
bonum ruth iiii faciat dominus hanc
mulierem que ingreditur do-
mum tuam sicut lyam et ruth
rachelem que edificauit do-
mum israel ut sit exemplum uir-
tutis. ¶ Item sustinendi malum
thob ii hanc autem temptationem
ideo permisit dominus euenire illi
ut posteris daretur exemplum
patientie. ¶ Item est exemplum
quod predicandum est proficientibus
et hoc est triplex bene operandi sive
laborandi zacha xiii homo agri-
cola ego sum adam exemplum
meum ab adolescentia mea pri-
orum ego didici disciplinam.
¶ Item moriendi ii macha vi
et ille qui hoc modo uita decessit
sit non solum iuuenibus sed et
uniuerse genti memoriam mor-
tis sue exemplum uirtutis et
fortitudinis relinquens. Item
alios instruendi Tit ii in omnibus
teipsum prebe exemplum bonorum
operum in doctrina et integritate. ¶ Item
est exemplum quod proponendum ex parte
et hoc est exemplum operis dei ex parte diab-
in persona Job posuit me quasi in prouerbi-
um vulgi et exemplum sum

coram eis et hoc est triplex humi-
litatis Joh xiii exemplum dedi uo-
bis. ¶ Item perfecte caritatis i pet ii
xpus passus est etc. ¶ Item longa-
nimitatis Iaco v exemplum
accipite fratres exitus mali lon-
ganimitatis et prophetarum.

Exercitium est multiplex
meditationis sicut noc-
te cum corde meo exercebar in spiritu
meo. ¶ Item lectionis ps. in manda-
tis tuis exercebor. ¶ Item orationis ps.
exercebor in iustificationibus tu-
is. Iustificationes ordines sunt
animas iustificantes. ¶ Item dolo-
ris spiritualis ps. renuit consolari
animam meam memor fui
dei etc. ¶ Item contemplationis
ps. viam iustificationum tuarum in-
strue me etc. ¶ Item operationis pro-
prium diligenter exerce agrum.
¶ Item potestatis ps. luc xx ma-
iores sunt qui exercent potestatem
in eos. ¶ Item pietatis i ad thi-
mo iiii exerce te ad pietatem. Nunc
corporalis i ad thi iiii exercitatio
corporis ad modicum. Hebr. xii
omnis autem disciplina in presenti
quidem non uidetur esse gaudii sed
meroris postea autem fructum
pacatissimum exercitatis per eam red-
det iustitie et cetera.

Exhibere est multiplex
sive exhibitio mem-
brorum una in iniqui-
tatem altera in sanctificatio-
nem. Ro. vi sicut exhibuistis
membra uestra seruire immundi-
cie et iniquitati ad iniquitatem
ita nunc exhibete membra
uestra seruire iustitie in sancti-
ficationem. ¶ Prima expurgan-
da est Ro. vi non exhibeatis ar-
ma iniquitatis membra
uestra peccato. Et hoc quia a libertate
iustitie excludit. Ro. vi cum
serui essetis peccati liberi fuistis
iustitie. ¶ Item similiter subiacet
Ro. vi nescitis quoniam cui exhibetis
uos seruos ad obediendum serui estis.

XIV

eius cui obedistis sive peccati ad
mortem sive obediencie ad iusti-
ciam. Item quia erubescen-
ciam adducit ibidem quem
fructum habuistis in quibus
nunc erubescitis. Item quia loco
stipendii mortem inducit ibi-
dem stipendia peccati mors. Item
exhibicio in sanctificacionem
Ro. vi ut sicut vestra nunc exhibete
etc. et hoc est faciendum Ro. vi ex-
hibete vos deo tamquam ex mor-
tuis viventes et membra vestra
arma iusticie deo et hoc quia
a peccato liberat deo confederat
opus sanctificat vitam eternam
prestat Ro. vi nunc liberati a pec-
catis servi autem facti deo habetis
fructum vestrum in sanctifica-
cionem finem autem vitam et-
ernam. Hec autem exhibicio habetur
primum mortificacione corporis
sollicitudinem tribulacionis
sustinencia. De primo Ro. xii
obsecro vos per misericordiam dei ut ex-
hibeatis etc. De secundo ii ad Thi.
ii sollicite cura te ipsum probabi-
lem deo exhibere operarium incon-
fusibilem recte tractantem ver-
bum veritatis. De tercio ii ad Cor.
vi in omnibus exhibeamus
nos sicut sic dei ministros

Exhortacio. Circa exhor-
tacionem nota quod est exhortacio
ad consolacionem i ad Cor.
xiiii qui prophetizat hominibus
loquitur ad edificacionem exhor-
tacionem et consolacionem. Item
ad declaracionem et doctrinam i ad Thi. iiii
attende leccioni exhortacioni et
doctrine. Item ad confirmacionem
i ad Thess. iii ipse deus exhorte-
tur corda vestra et confirmet in
omni opere bono. Item ad operacio-
nem secundum gracie infusionem
ii ad Cor. vi exhortamur vos
ne in vacuum graciam dei recipia-
tis. Item nota quod ab hac exhortacione
debent excludi erroris infide-
litatis quo ad deum inmundicia
voluptatis quo ad se ipsum et dolo
simulacionis quo ad proximum de
hiis tribus i ad Thess. ii exhorta-
cio enim nostra non est de errore neque
in inmundicia neque in dolo.

Exitus est triplex. Primus
est de peccato. Secundus de tor-
mento. Tercius de mundo.
Primus signatur per exitum Israhel
de Egipto. De secundo Sap. xi cum
audierint per tormenta sua
bene secum agi et memorati sunt
domini in finem exitus. De tercio
Sap. vii unus est omnibus intr-
oitus ad vitam et similis exi-
tus. Primus triplex quorum
Primus est de seculo quod dictum
est Abrahe Gen. xii egredere etc.
Secundus est in lacrimas effunden-
do Ps. exitus aquarum deduxerunt
oculi mei. Tercius est ista
continuando exitus acta probat
et Ruth iii expecta filia donec
videamus que exitum res
habeat. Secundus exitus est de
tormento scilicet temptacionis et
iste tria bona facit indicat
pacem delectacionem et doctrinam
cum temptacione. De primo Sap. iii esti-
mata est afflictio exitus illorum
scilicet de temptacione et post dicitur
quia nobis etc. illi autem sunt
in pace. De secundo Ps. turbabuntur
qui timent terre terminos desig-
nantur tunc temptacionum
a signis tuis sed cum exitus
matutini et vespere delectabis id est
si in mane iuventutis exitus
senectutis est ut vespere delecteris in
finem. De tercio dicitur Ps. optam
do dominus custodiat introitum
tuum scilicet in vitam sanctam et exitum
tuum ex hoc nunc et usque in seculum
scilicet a vita temptacionibus plena.
Item tercio exitui tria sunt ne-
cessaria consolacio contra desperacio-
nem erogacio ad excludendam
cupiditatem ab hereditate proprium
remissio contra falsam delectacionem
De primo dicitur Eccl. xxxviii de primo dicitur

Ecc. xxxv consolat inexpleti spetium(?)
Deut. xxxiii Letare zabulon in ex-
itu tuo deserto(?). Eccl. xxxiii In
tempore exitus tui distribue heredita-
tem. ¶ Et tertio Ps. Exiit spiritus et re-
vertetur in terram suam. ¶ Item
exitus dei ita quod non quo exivit
spiritus a patre eternaliter secundum quod ille
dicit exivi a patre eternaliter et secundum
quod ille dicit exivi a patre et veni
in mundum. ¶ Item exivit a virgine tem-
poraliter. Secundo quod exivit ad operan-
dum. Ps. Exibit homo ad opus
suum etc. ¶ Item ad pugnandum.
Ys. xlii Egredietur dominus sicut
fortis sicut vir preliator susci-
tabit zelum. ¶ Item ad educen-
dum captivos. Act. xx(?) Item ad se-
minandum. Mt. xiii Exiit qui seminat

Expandere in scriptura sumitur
in signum orationis. Job xi
Tu autem confirmasti cor tu-
um. ¶ Item in signum adorationis.
Ps. Si obliti sumus nomen dei.
Item in signum devotionis. Ps. Clama-
vi ad te domine tota die expandi me-
¶ Item in signum mutande conversatio-
nis. Job xxxix Numquid per sapientiam
tuam plumescit accipiter ex-
pandens alas suas ad austrum. Accipi-
ter est peccator qui plumescit per
sapientiam divinam sive per gratie
infusionem dum ad austrum
caloris spiritus sancti expandit
alas suas id est intellectum et affectum.
¶ Item in signum protectionis. Ps. Ex-
pandit nubem in protectionem eorum.
¶ Item in signum adulationis. Prov. xx-
ix Homo qui blandis fictisque
sermonibus loquitur amico
suo rete expandit gressibus
suis. ¶ Item in signum confusionis.
Tren. i Expandit Syon manus
et non est qui consoletur eam. ¶
Item in designatione captivitatis.
Oz. vii Expandam super eos rete
meum quasi volucrem celi de-
traham eos. ¶ Item in signum dya-
bolice temptationis. Abacuc i
Expandit sagenam suam et semper

interficere non gentes non parcet. ¶ Item
in signum dilectionis. Ps. lxxxvii Tota
die expandi manus meas ad
populum(?) mercedulum(?). ¶ Secundo circa
hanc materiam quod sex(?) quidam homines
expanderunt manus. ¶ Sacerdotes
cum celebrant. Puer ad lectum fe-
rule. Amplectens plaudens et
natus(?) quod consignat moraliter con-
gruentiam ipsi penitenti. ¶ Primo
ergo expandit manus suas sacer-
dos dum celebrat quod signat religi-
osum qui ordinatus a summo
pontifice per ingressum ordinis
habens expansionem gratie donum
habeat per secundam gratie cuius ordina-
tionis sunt hec bona opera quorum
sigillum est caritas que debet
manus suas expandere ad cor-
rectionem. Ad Tim. Apostolus dicit volo
vos puras manus tenere(?) in loco
levare ad celum. Job xi Tu autem
firmasti cor tuum expandisti ad
deum manus tuas. Ad tales
significantur per moysen qui pug-
naturus contra amalech leva-
vit manus suas ad celum in ora-
tione ad deum. ¶ Secundo quod hur et aa-
ron sustinebant manus eius.
Aaron interpretatur montanus
hur ignis qui simul iuncta ig-
neam devotionem de monte celes-
ti in missam designat hec eum
sustinent manus orantis
oratio enim aut parum aut ni-
chil valet nisi igneitate de-
votionis superne inflammetur
et sustentetur. ¶ Tertio quod manus
moysi non sunt lassate quo-
usque ad occasum solis in quo
notatur diuturnitas orationis. ¶ Item
puer expandit manus suas
ad ictum ferule sic et religio-
sus debet se exponere ad omne
genus penitentie. Ys. xl Qui extendit
velut nichilum celos et expandit
eos sicut tabernaculum ad inhabitandum
celeste religiosi viri quod sic taber-
naculum ad inhabitandum expanduntur
cum promittunt omnem penitentiam ex-

exponuntur s(ed) velut invisibilium
dicuntur extendi quia invisibile
putant et quid pro nomine ihesu
possit pati ¶ Item debet expan-
dere religiosus manus suas
ad penitenciam tamquam ad ama-
siam suam ut eam amplec-
tetur et diligit Ieremie xlix ec-
ce quasi aquila ascendet et vola-
bit et expandet alas suas sup(er)
bosram ascensus aquile in alta
designat ascensum penitentis
in altitudine prime volatus
designat ascensum penitentis
in altitudine penitencie vola-
tus designat velocitate(m) ascensus
que debet cogere ad hoc ut ex-
pandat alas suas i(d est) membra
sup(er) bosram i(d est) penitenciam bosra
enim interpretatur angustia et hoc
signatur Iob xxxix numquid per sapi-
enciam tuam plumescit acci-
piter expandens alas suas ad
austrum accipiter religiosus qui
per sapienciam dei plumescit cum
veterem conversationem deponit
sed alas s(cilicet) alas suas ad austrum
expandit cum per suggestionem
sancti spiritus sicut sancte et nos
penitenciam alego qui non reputans
omnia membra extendit tales
tormenta totum corpus et omnia
membra extendit talis erat
qui dicebat Philip iii quidem qui-
dem retro obliviscens ad ea que
priora sunt extendens meipsum
¶ Tercio debent religiosi expan-
dere manus suas tamquam p(ro)
plaudentes pre gaudio ad mo-
dum ps(almiste) qui dicit expandi
manus meas ad te et alibi omnes
gentes plaudite manibus
in manu operatio notatur in plau-
su leticia plaudere ergo ma-
nibus nichil aliud est quam
letari se exercere in bonis operibus
¶ Quarto debent expandere ma-
nus suas penitentes s(cilicet) pla-
gens de peccato incredulo in porta
illius ex dicitur Ro x tota die

expandi manus meas ad po-
pulum non credentem te michi
vn et dicat Eze vi percute manum
tuam et allide pedem tuum et
dic heu ad omnes abhominaciones
filiorum israel ¶ Ultimo debet ex-
pandere manus suas natans
sicut ad natandum ut possit
transire fluctus maris huius
mundi ys xxv expandit moa-
bite manus suas sub eo sic-
ut natans extendit manus
suas ad natandum moabite
penitentes qui natant ut
ad portum perveniant et c(etera).

Expulsio est multiplex quia
facit gratia et hec est ad a-
gendam penitenciam
ut in spiritus expulit ihesum ad age-
ndam penitenciam in desertum ¶ Item facit
dictat conscientia et hec est ad mo-
nendam tristiciam Eccl xxx
longe expelle tristiciam ¶ Item
quam generat timor et hec est
ad expellendum culpa Eccl i
timor domini expellit peccatum ¶ Item
quam introducit malicia Prov
xiiii in malicia sua expelletur
impius et hec est ad separacio-
nem dei timorem Eccl xxiii
omnia videt oculus eius quando
evacuavit a se timore domini ¶ Item
ad expellendum amicicia Eccl
xxii similis aut cum ceciderit
expelletur eciam amoribus ¶ Item
ad separandam matrimonialem
conjunctionem et hec dicit Prov xviii
qui expellit mulierem bonam
expellit bonum ¶ Item est expulsio
quam exercet divina iusticia et hec
multiplex agitur in culpas ps
secundum multitudinem eorum expelle
eos quoniam irritaverunt te domine ¶ Item
a cognicione ad ignominiam
Job xviii expellet eum de luce
in tenebras ¶ Item a gaudio ad pe-
nam ps afflixisti populos et expul-
isti eos ¶ Item a consortio ad sub-
iectionem ys xxii expellam te
de statione tua et de ministerio tuo deponam

Item amica ad morte socly ex-
pellam eam in terra deserta

Expugnacio e multiplex
est enim que preminet ex
divina potencia ps in
dica dne nocentes me expu-
gna impugna me ¶ Itē expo-
nu malicia ps sermonibus
odij expugnaverunt me gratis
¶ Item ex temptacione continu-
a ps sepe expugnaverunt me
a iuventute mea ¶ Itē expugna
pu xvi melior est paciens
viro forti etc ¶ Itē ex magna
audacia Ecc xlvi fortis in bel-
lo ihesus nave et post impugna-
te insurgentes hostes ¶ Item
ex multitudine instrumenti et gra
ys xxx et citharis et tympanis
et bellis precipuis expugnabit
eos in cithara nota mortifi-
cacio carnis in tympano le-
ticia mentis in bello virtus
fortitudinis ¶ Item ex prude-
ncie secularis astucia et gabaa
4 supra modum persecutus sum ec-
clesiam dei ad expugnandum

Exquisicio est ¶ Illas
exquisito vindicate Bern
olim nolite facere imp-
ium et nos audistis me cum san-
guinis eius exquiris ad vindic-
tam poculo pietatis dimitte
ps exquisivi dnm et exaudi-
vit me et alibi in tribulacione
exquisivi te etc dnm etc ¶ Itē
legis divine ps ut custodiant
iusticias eius et leges etc ¶ Itē Ecc
xxxix sapiam antiquorum ex-
quit sapiens sapiam antiquorum
vocat veterem legem ¶ Itē ma-
licie baruch iii filii agar q
exquisierunt sapiam que de ter-
ra etc ¶ Item sapiencie sive
sciencie Sap viii hanc ama-
vi et exquisivi a iuventute
mea de hijs duobus pu xv
cor insipiens exquirit mala
cor autem rectum exquirit
scienciam et cetera deest

Expoliacio est multiplex
liberalitatis i Re xviii
expoliavit se ionathas
tunica qua erat indutus et
dedit eam david ¶ Itē culpe
et vetustatis i Re xix expolia-
vit se vestimentis suis saul
et prophetavit coram samuel ¶ Itē
interitum i Re ultimo preciderunt
caput saul et expoliaverunt eum
armis ¶ Item mundane conver-
sacionis Can v expoliavi me
tunica mea etc Item captivi-
tatis Oze ii auferat fornica-
ciones a facie sua adulteria
de medio uberum suorum ne forte
expoliem eam et statuam eam
nudam secundum diem nati-
vitatis sue ¶ Itē mortalita-
tis ii ad Cor v nolumus expo-
liari sed supervestiri ut absor-
beatur quod mortale est a vita

Expectacio e triplex
dum ¶ Prima e timoris re-
mendi micayne dba-
cuk nisi moram fecit expecta-
cionem etc ¶ Secunda in mora re-
medii in mentem dechac di-
cens viii expectabo dnm qui
abscondit faciem suam a do-
mo iacob domus iacob est co-
secta peccatorum aqua abscondit
faciem suam i penitenciam et tunc
est expectandus per spem ¶ Tercia
iudicium et dechac dicit expec-
tacio e in mora remedii ad
iudicium et dechac dicit Jac v
ecce agricola expectat preciosum
fructum terre et agri paciencie
donec accipiat temporaneum et se-
rotinum pacientes estote vos
in paciencia expectantes et
confirmate corda vestra quia
adventus dni appropinquabit
¶ Prima expectacio materia est
aps ea que ipse expectaturus fa-
cit ac eque protegit Am ii ys
xxxiii dne miserere nri te enim
expectamus etc ¶ Sz pp dolorem
de pctis malis qui dnt Ecclm

expectamus patrem et nos bo-
ni bonum temporis medele et ecce
formido. Item necessaria est
Prima expectatio quia sanat
egrotantem. Ysa. xxx ecce dominus
in ille expectamus eum et
salvabit nos. Sed pro dolor
decipimur malis qui non possunt dicere
illud Iere. xiiij expectavimus tempus
curacionis et ecce turbacio. Item
quia consolatur gementem
et dolentem. Ro. viij ipsi intra
nos gemimus adopcionem fili-
orum expectantes redemp-
cionem corporis nostri. Sanctus consola-
cionem ille expectabat de quo
dicitur Luc. ii expectabat con-
solacionem Israel. Sed pro dolor
decipimur malis qui non possunt
videre lucem huius consolacionis
nec eciam ortum filii dei ip-
sius incarnacionem venientis
et sub typo dici mali de quibus
Iob iii expectet lucem et non
videat ortum surgentis
aurore. Quarta expectatio dei
que est in mora veniendi
inventem [?] desiderabilibus bu[?]
Iob vi quis michi det ut ve-
niat peticio mea et quod expec-
to tribuat michi deus. Et hoc propter
tria quia ab angustia liberat
Prov. xx expecta dominum quia
liberabit te. Item quia deum
ad voluntatem hominis in-
clinat Ps. expectans expec-
tavi dominum. Item quia con-
fortat Ps. expecta dominum viri-
liter age etc. Item expecta-
cio que est in mora veni-
endi ad iudicium mirabilis
est propter quod Eccl. xi humili-
are deo et expecta manus
eius et hoc propter quatuor quia
contra malos servat. Iob
xxix qui me audiebant
expectabant sentenciam meam.
Item quia corpus refor-
mabit in salvatorem nostrum do-
minum Ihesum Christum expectamus

qui reformabit etc. Item quia beati-
ficat Ysa. xxx deus iudicii dominus
beati qui expectant eum. Item
quia salvandis mirabilia
preparat Ysa. lxiiij oculus non vidit
absque te que preparasti expecta-
tibus te. Propter hoc quatuor
bona quatuor dicitur expecta-
tio Ysa. xxxiiij. Et nota contra hanc
materiam quatuor sunt que
retrahunt ab hac expectacio-
ne diffidencia expectati ad-
venientis. Secundum est tedium
expectandi propter laborem vel
propter moram. Exo. xxxii vide-
ns populus quod moram faceret
moyses descendere de monte
in quo notatur tedium dixit
ad aaron fac nobis deos nos
ipsi [?] huic viro qui eduxit
nos de terra egypti ignoramus
quid acciderit. Ecce diffidencia.
Tercium est prudencia. I Re. x de
Saule qui prudens sa-
muelem noluit expectare.
Quartum est affectus contra alia [?]
Reg. iii de Ionatha qui gusta-
vit favum mellis et noluit
expectare usque ad vesperam licet
hoc imposuisset pater suus.
Contra hoc quatuor que fa-
ciunt nos expectare cum ga-
udio adventum domini. Qui
contra prudenciam expec-
tandi debet esse in nobis
gustus bonitatis quem si pre-
senseris libenter expectabis.
Tren. iii pars mea dominus dixit ani-
ma propterea expectabo eum. Jac. v
agricola expectabit fructum
terre dicit quod ad gustum dulce [?] a
fructu fructus preciosum dicitur [?]
ne vel ipse deseratur [?]. Item contra
tedium est favor de locutus [?] Ps.
viriliter age in operando con-
fortetur cor tuum sustinendo et tunc
expectabitis dominum. Item contra
diffidenciam est contra credu-
litas quia veniet et imple-
bit quod promisit. Abacuc ii si moram

fecit expectata enim quia ueni-
ens fradienteum xpe ueniet
in morte et nos tardabit ire
iuniationem ¶ Item cont' affec-
tiem ad ē remiuiacō omni p-
pim q dicat Aplus Eph iiii
omnia arbitratus sum ut ste-
tora etc Ubi et infine dicit sal-
uatorem expectamus dominum nostrum ihesum xpistum
Exsurgent Nota q exs-
urgit malus et exsur-
git iustus exurgit deus
¶ Exurgit malus ad ea ad su-
pliciendum ad seducendum ad per-
uerse loquendum ¶ De primo Ioh
vi mare aut et cum peccatum
uento magno flante scilicet tem-
ptacionum exurgebat ad super-
biendum ¶ De secundo ait xpistus ex-
urgent pseudo prophete pseudo et pseu-
do xpisti et dabunt signa et prodi-
gia ad seducendum electos
et nos fieri potest ¶ De tercio Actuum xx
ex nobis ipsis surgent
uiri loquentes peruersa ¶ Item
exurgit iustus ad illuminandum
ipsa peccata abluendum orandum
dum alios confortandum pre-
dicandum et contemplandum
¶ De primo Eph v Surge qui dor-
mis exurge a mortuis et il-
luminabit uos uos prius quod
signatum est Luc vi ubi dicitur
q exurgens ecce pater offen-
dens pedibus incepit currere
et data manu puero occurrit
obuiam filio et inuit illuminatus
est ¶ De secundo Act xxii exurge
baptizare ablue peccata tua in-
uocato nomine xpisti ¶ De tercio
Act xxvi exurge et sta super
pedes tuos etc ¶ De quarto Iudith
vi exurgens Ozias effusis
lacrimis dixit ex equo animo
animo estote fratres etc ¶ De quinto
Tho xiii exurgentes narrauerunt
omnia mirabilia eius
De sexto Baruch v exurge ie-
rusalem et sta in excelso et
uide locum etc ¶ Item exurgit deus
ad hoc xpistus dicit Ps exurge quare
obdormis domine Et iterum exurgit
deus cont' malos et exurgit
xpistus bonos cont' malos ad ea
ad desolandum ad dissipandum
ad iudicandum ad desolandum
a bonis ad iniquorum subtrahen-
do Ps exurge domine non conforte-
tur homo ¶ Item ad dissipandum
consilia eorum dissipando Ps ex-
urgat deus et dissipentur in-
imici eius ¶ Item ad iudicandum
peccatores infundendo Ps exurge domine
in ira tua et exurge in finibus etc ¶ Item
exurgit deus xpistus bonos scilicet nos
q istorum sunt tamen quia incipi-
entes proficientes et perficientes
xpistus incipientes exurgit dominus
et hoc xpistus tamen ut subleuantes
Ps exurge domine preueni eum etc
¶ Item ut eos in mina conforter
unde et in Ps dicitur xpistus miser-
iam inopum et gemitum pau-
perum nunc exurgam etc ¶ Item ut per eis
alleget Ps exurge et intende
iudicio meo deus meus et dominus meus
¶ Item sunt boni perficien-
tes et xpistus istos etiam exurgit
deus et hoc xpistus tamen ad misericordiam
ad adiuuandum ad iudicandum
ad misericordiam peccata dimittendo
Ps tu exurgens domine miserebe-
ris syon ¶ Item ad adiuuandum
prius sentenciando Ps cum ex-
urgeret in iudicio deus et alibi
exurge deus et iudica causam
meam ¶ Item sunt perficientes
et xpistus istos exurgit dominus similiter
ad ea ad exaltandum paupertates
eorum ad memoriam reducendo
Ps exurge domine et pro iure meo ob-
li pau etc ¶ Item ad doctrinandum
impiam deducendo Ps exurge
domine saluum me fac deus meus
quia ergo dominus ita meritus
ad exurgendum et hoc dicit contra
malos ut confundantur xpistus boni
ne a celesti gloria uel curia repel-
lantur ideo petit Ps exur-
ge quare obdor domine etc

Extensio est dei et extensio hominis. ¶ Extendit deus celos ad sui exaltationem. Job ix. qui extendit celos solus et graditur super fluctus maris. Ecc. x. prudencia sua extendit tabernaculum ad salutem operationem. Ps. in sublimia extendam tabernaculum meum. ¶ Item manus suas in cruce propter multiplicem causam. in cruce ad orationem pro nobis. Luc. xxiii. pater ignosce illis. ¶ Secundo extendit manus suas ad signum quod paratus est nos recipere in sinum suum et membra etiam prebere sicut mater filium suum vult amplecti. Ys. xl. sicut pastor gregem suum pascet etc. ¶ Tercio in signum quod nobis omnia vult dare unde non solum habuit manus extensas sed et perforatas. Ys. lxv. expandi manus meas etc. ¶ Quarto quod paratus est nos contra delacionem miserie et deliberato feras et contra hostes ad scriptum. Ps. emitte manum tuam de alto etc. Job. xii. Si exaltatus fuero a terra etc. ¶ Quinto ut videamus quod intus lateat sinus quas nobis firmavit clamor fixi in manibus expansis unde Ier. xxix. cogitabas cogitationes pacis et ego nesciebam ac clauis penetrantibus factus est reserantur ut pateat tunc nunc michi. ¶ Sexto ad penitendum malos abstinatos in peccato. Job v. extendam manum meam super te et interficiam te. ¶ Item in donando. Ps. extendit manus suas in retribuendo. ¶ Item extensio hominis multiplex. primo ad iniquitatem. Ps. non relinquet deus viam peccatorum etc. ¶ Item in ... Prov. ultimo. manum suam extendit inopi et palmas suas extendit ad pauperem. ¶ Item ad ... Ys. liv. dilata locum tentorii tui et pelles tabernaculorum tuorum extende ne parcas. ¶ Item ad ...tatem. Job. l(?) si abstuleris de medio tui cathenam et desieris digitum extendere etc. ¶ Item ad falsitatem. Jer. ix. extenderunt linguam suam quasi arcum mendacii et non veritatis etc.

Extimacio est multiplex. pene temporalis. Ps. extimavit eam aper de silva. ¶ Item eterne dampnacionis. Ps. qui qui malignabuntur exterminati(?) etc. Sap. iii. filii adulterorum in consummacione erunt et ab iniquo thoro semen exterminabitur. ¶ Item ypocrisis. Mt. vi. exterminant enim facies suas. ¶ Item mortis. Jac. iiii. que est enim vita vestra vapor est ad modicum parens et deinceps exterminabitur.

Extinguitur multiplex. malicie. Ecc. xxviii. qui odit loquacitatem extinguit maliciam. Item culpe. Ecc. iii. ignem ardentem extinguit aqua etc. ¶ Item temptacionis dyabolice. Eph. vi. in omnibus sumentes scutum fidei etc. ¶ Item iracundie. Prov. xxi. munus absconditum extinguit iras et donum absconditum in sinu indignaciones maximas. ¶ Item litigii. Prov. xxvi. cum defecerint ligna extinguetur ignis et susurratione subtracta iurgia conquiescunt. ¶ Item remorsionis consciencie sine eterne pene. Ys. ult. ignis eorum non extinguetur. ¶ Item gratie. ad Thess. v. spiritum nolite extinguere. ¶ Item caritatis. Cant. viii. aque multe etc. ¶ Item Prov. ult. non extinguetur nocte lucerna eius. ¶ Item potencie. ii Reg. xxi. non egredieris nobiscum in bellum ne extinguas lucernam Israel. ¶ Item exempli. iii Reg. xi. ut non possit videre lucernam dei donec extinguetur. ¶ Item vite. Prov. xxiv. lucerna impiorum extinguetur. ¶

Exultacio est multiplex. triplex vie et patrie ...

vre duplex quia bona et mala
bona multiplex quia exulta
cio cordis Luce i exultavit cor
meum in domino et luce i mag
nificat anima mea dominum etc. Item
oris ps omnes gentes plau
dite manibus etc. ps xlvi exul
ta et lauda habitacio syon quia
in medio tui sanctus israel Item operis
Thob in ps lacrimacionem et fle
tum lacrimas induerit Lc my
no cum tanta fuit exultacio
hec et nundinis temporibus Item exul
tacio cordis multiplex quarum
prima est leticie spiritualis ps
cor meum et caro mea exul
taverunt in deum meum Ys xli turbo
disperget eos et tu exultabis in
domino sancto israel letificaberis
et hanc creant quatuor man
datorum dei ruminacio ps hereditate
acquisivi testimonia tua
Item timoris domini a deo Eccl
i timor domini gloria et gloriacio et leti
cia et corona exultacionis Item
cualitatis divine rememora
cio Cant i exultabimus et letamur
memores uberum tuorum etc. Item celes
tis ierusalem dilectio Ys ultimo le
tamini cum ierusalem et exultate in
ea etc. et exultate cum ea omnes
qui diligitis eam Item est exul
tacio de nocentibus Eccl xv iocun
ditatem et exultacionem thesa
urisabit super eum et hanc cre
ant quatuor abhominacio peccati
et iusticie dilectio ps dilexisti ius
ticiam etc. Item vestitu in iusticia
Ys lxi exul anima mea in domino
deo meo qui induit me vesti
mentis salutis et indumen
to iusticie circumdedit me Item
remuneracionis eterne promissio
Mt v gaudete et exultate
Item est exultacio fruicionis
ps sicut adipe et pinguedine
reple anima mea etc. per adipem
notatur devocio per pinguedinem
pregustacio quibus desiderat repleri
anima penitentis ut os

cordis labiis exultacionis cum
fervore et desiderio laudat dominum
et hanc creant quatuor dili
gens dei inquisicio ps exultent
et letentur super te etc. Item celesti
um pregustacio ps iusti epulen
tur et exultent etc. Item in salva
tore delectacio Abacuk iii exul
tabo in ihesu meo Item rancoris et
omnis mundane solicitudinis
deposicio Ys xxix addent mites
in domino leticiam et pauperes ho
mines in sancto israel exultabunt
Item est exultacio oris Sap
xix tamquam agni exultan
tes et magnificantes te domine
qui liberasti nos et hec est exul
tacio laudis de qua ps labiis
exultacionis laudabit os
meum et de hac debemus exulta
re domino iuxta illud venite
exultemus domino et hoc quia
ad hostium oppressione eruit
ps exultacio mea erue me
Item quia gratis ad contendum
misimus ps in convertendo dominus cap
tivitatem syon Item quia in
viam iusticie dirigit ps le
tentur et exultent gentes etc.
Item quia innando erigit
ps exul deo adiutori nostro Item
est exultacio operis et hec fa
ma generat Pr xxviii in exul
tacione iustorum multa gloria est
Item mundanis sic mysti
ficat Eccl xxxv in exulta
cione sanctifica decimas tuas Et
hec triplex est sicut ea creat
in exultacione scilicet fortitudo
Pr xx exultacio iuvenum for
titudo eorum Item longevitas
Eccl xxx exultacio viri est
longevitas Item sobrietas
Eccl xxxi exultacio anime et cor
poris vinum moderate potatum
Item est exultacio mala de qua
Pr xv stultorum exultacio ignomi
nia et hec multiplex quia ex
ultacio superbie Eccl xlviii in
tollendo manum meam super

Deleat exul. golie Jacob iiij nunc
aut exultatis in superbijs vris
omnis exultacio talis malig-
na est ¶ Item gule Joel 1 num-
quid non coram oculis vris alimen-
ta perierunt de domo dei nri
leticia et exultacio ¶ Avaricie
Abacuk iij exultacio eorum sicut eius
devorat pauperem in abscondito
¶ Item ire Prov. 2 qui letantur
cum male fecerint exul. in rebus
pessimis ¶ Item luxurie Job xxi
egrediuntur quasi greges parvuli
eorum infantes exultant lux-
uria ¶ Item in iudic Job xxxi
Si gavisus sum ad ruinam
eius qui oderat me et exul. eo
quod invenisset eum malum
Ps. qui tribulant me exul. si
motus fuero Prov. xxiiij cum
ceciderit inimicus tuus ne
gaudeas et in ruina eius ne ex-
ultet cor tuum ¶ Item idolatrie Ose x
edi tui super eum exul. in gloria eius
¶ Item est exultacio proprie Ps. sa-
cerdotes eius induam salutari et
hoc erat in delectando corde
Ps. lxx exult. labia mea laudabit
per exultacione cordis ¶ Item in
laudando Ps. exultacio dei in gut-
ture eorum ¶ Item in metendo sive
recipiendo pro meritoria actione
Ps. qui seminat in lacrimis in exul-
tacione metent ¶ Item quod ista exul. est
exultabit perfectos de quibus Ps. veni-
entes autem venient cum exul. ¶ Item
sperantes in eo Ps. letentur omnes qui sperant in te
¶ Item humiles Ps. exul. ossa humiliata ¶ Item
iusti et rectes Ps. iusti epulentur et ex-
¶ Item mites et pauperes Ps. xxx dabit
mi in domo le etc. ¶ Item sci et perfecti omnes
perfectionem adipiscentes Ps. exul. sci
sancti in gloria letabuntur etc.

Fabricacio est mul-
tiplex prima est
illa in iuncture
femora tuorum
sicut monilia
que fabricata sunt
manu artificis
in iuncturis femorum notatur propagacio
carnalium desideriorum in monili-
bus fabricatis manu artificis
designatur restricio facienda
prurientem concupiscencie et castitatis
¶ Item status prime Ps. qui fab-
ricatus est auroram et solem in
aurora principium prime notatur
in qua malum declinatur et bo-
num aggredi incipitur in sole
completio et perfectio sed quia deo
attribuitur ideo dicitur qui fabricatus
es auroram et solem ¶ Item multiplicatur
certe est que designatur in fabrica-
cione arche de qua dicitur i Pe. iij
in diebus Noe cum fabricaretur archa
¶ Item luxurie Eze xvi fabricasti
lupanar tibi in ... omnibus
¶ Item nequicie Eccl. xxvij annuens
annuens oculo fabricat iniqua
¶ Item malicie Eccl. xi attende
a pestifero fabricat enim mala ¶ Item
mendacij sive prave doctrine Job
xiij disputare cum deo cupio
prius ostendens vos fabricatores
mendacij et cultores perversorum
dogmatum Ysa. xlv confusi sunt
et erubuerunt omnes abierunt
simul in confusione fabricatores
errorum ¶ Item pene Ps. supra dorsum

Facere sumitur in bono et
in malo ¶ In malo mul-
tiplex est facere est enim
facere abhominacionis et culpe
Lev. xx confusi sunt omnes qui
abhominacione fecerint et Jer. vij
diripisti liberati sumus eo quod fecerimus
abhominaciones istas ¶ Item ca-
lumpnie oppressionis et malicie
Amos iiij audite hoc vacce
pingues que calumpniam facitis
egenis ¶ Item doli simulacionis
et in iudic Jeremie v a propheta usque
ad sacerdotem cuncti faciunt
malum ¶ Item contumelie
Jeremie xiiij ne des nos in obprobrium
propter nomen tuum neque facias
nobis contumeliam ¶ Item
perdicionis Ps. xxx bonum facti sumus
ut ... omnibus nobis ¶ Item est

Facie in bono Thob. iiii multa bo-
na habemus si timuerimus deum
et recesserimus ab omni peccato et fe-
cerimus bonum Eccle. xv qui timet
deum faciet bonum et hec multi-
plex quia est facere iuste Eccle.
xxxv qui facit iusticiam offert
sacrificium Thob. iiii ex substan-
cia tua fac elemosinam ¶ Item
iusticie ps. beati qui faciunt iu-
sticiam et iudicium in omni tempore
¶ Item pme ps. qui descendunt
in mare in navibus facientes
operacionem in aquis multis et
ys. xxxvii quod salvatum fuit de
domo iuda mittet radices de-
orsum et faciet fructum sur-
sum ¶ Item obediencie Deut. xxviii si
autem audieris vocem domini dei
tui ut facias atque custodias o-
mnia mandata eius que ego
precipio tibi hodie etc. ¶ Item perfec-
tionis et gracie Eccle. xv qui timet
deum faciet bona et hec est fac-
cio hominis ¶ Item est factio di-
vina cum est qui dixit et facta sunt
et non quod tantum facit in via ¶ Facit
enim bonum gracie dicit enim ps. non
est qui faciat bonum etc. ¶ Item
bonum iuste ps. bonitatem fe-
cisti cum servo tuo domine ¶ Item bonum
salutis et innocencie ipse enim
est qui operatus est salutem
in medio terre ¶ Item non solum
facit bonum in via sed et in patria
ubi enim facit convivium fruici-
onis ys. xxv faciet dominus in mon-
te hoc convivium pinguium ¶ Item
beatitudinem glorificacionis ps.
dominus conservet eum et vivificet
et beatum eum faciet in terra vide
¶ Item concordia angelice et
humane societatis Job xxv
qui facit concordiam in sublimibus

Facies est multiplex di-
et hominis ¶ Facies dei
desiderantem salvat
ps. unde nobis faciem tuam
et salvi erimus ¶ Item illuminat ig-
norantem Apoc. i facies eius
sicut sol lucet et protegit ternuen
Abacuk iii splendor eius ut lu-
cent ante faciem eius ibit
mors ¶ ps. ne avertas faciem
tuam a me ¶ Item expandit depre-
cationem et ideo dicitur Eccle. xxxv
pone ante faciem dei et nunc
offendicula ¶ Item multiplex
infundit gratiam nec mirum
est cum sit plena gratia et ideo
dicit ps. ne proicias me a facie
tua ¶ Item delectat in viden-
tem ipse quod dicit Mt. xviii an-
geli eorum semper vident faciem
patris ¶ Item dampnat peccantes
ps. infirmabuntur et peribunt a facie tua
Item ignis a facie eorum exar-
sit ¶ Item est facies hominis
et hec duplex anime et corporis
¶ Prima lavanda est a macu-
la culpe Mt. vi tu autem cum
ieiunas lava faciem tuam
Item levanda est ad statum
gratie Job xi si iniquitatem
in manu tua abstuleris et
post tunc poteris levare faciem
tuam absque macula ¶ Item ele-
vanda est ad statum glorie Job
xxii tunc super omnipotentem
deliciis affluens et elevabis
ad deum faciem tuam ¶ Item
facies corporis Cant. ii sonet vox
enim tua dulcis et facies tua
decora et hec est ab illicitis
custodienda Eccle. ix averte faciem
tuam a muliere compta ¶ Item
est ab iniuria custodienda pro quod dicitur
Eccle. iiii ne avertas faciem ab e-
geno ¶ Item opprobriis retinenda
Job xi non erit qui te exterre-
at et deprecabuntur faciem tuam
plurimi et hoc quia ibi lucet
sapientia Prov. xvii in facie pru-
dentis lucet sapientia ni-
get prudencia omnibus testa-
tionibus experimenta Prov. xxv fa-
cies tristis linguam detrahen-
tem etc. ¶ Item apparet timor de
nocturnis ostensionibus Job fa-
cies mea intumuit a fletu etc.

Fallacia est multiplex va-
nitatis malignitatis
et ypocrisis. Vanitatis
et hoc quantum ad fortitudinem
Ps. Fallax equus ad salutem.
Item quantum ad pulcritudinem
Pro. ult. Fallax gratia et vana
est pulchritudo. Item quantum
ad sapienciam Pro. vi. Testem
fallacem etc. et Pro. xxvi. Lin-
gua fallax non amat verita-
tem. Item quantum ad volunta-
tem Pro. v. Ne intendas
fallacie mulieris. Favus
distillans labia etc. Item est
malignitatis Ps. Ad gentem
fallacem multa cum et hoc quan-
tum ad predicacionem Actuum
xiii O plene omni dolo et omni
fallacia dyaboli etc.
Item quantum ad duplicitatem
Eccl. i Cor tuum plenum est dolo
et fallacia. Item quantum ad adu-
lacionem Pro. xvii Malus
obedit lingue inique et fal-
lax labiis mendacibus. Item
quantum ad omnis culpe consumma-
cionem Hebr. iii Adhortamini vos
metipsos ne obduretur ex
vobis quis fallacia peccati. Item
est fallacia ypocrisis et hoc
quantum ad iusticie subversionem
et bonorum decepcionem Exo. vi-
iii Noli me ultra fallere ut
non dimittas me sacrificare
domino. Item quantum ad auditorum
presumpcionem Iaco. i Estote facto-
res verbi et non auditores tantum
fallentes vosmetipsos et hec
fallacia non fallit deum ipse
enim novit ut sunt
et ideo dicitur Pro. xxiiii qui
inspector est cordis ipse intel-
ligit et salvatorem anime sue
nichil fallit. Item quantum
ad aliorum detencionem Collo.
ii Videte ne quis vos sedu-
cat per philosophiam. Item quantum ad
boni simulacionem iii Reg. xiii
de propheta qui erat in bethel quia

fefellit alium prophetam et seduxit
eum secum reducens contra
preceptum domini de comedendo
vel bibendo in bethel et hoc
per simulacionem boni simulabat
enim angelum sibi locutum.

Falsitas est fuisse
multiplex vanitatis
mundane Ps. Beatus vir
cuius est nomen domini spes eius
etc. Item erudicionis Ps. Ali-
enati sunt peccatores a vul. er.
Item testificacionis Pro. xix
testis falsus non erit impu-
nitus. Item predicacionis Eccl.
viii Non omni homini cor tuum
manifestes ne inferat tibi
graciam falsam. Gal. ii propter sub-
introductos falsos fratres qui
subintroierunt explorare
libertatem nostram. ii Cor. xi peri-
culis fratribus. Item adulacionis
Eccl. xx qui edunt panem illi-
us false lingue sunt. Item mate
et simplicitatis Mat. vii Atten-
dite a falsis prophetis etc.

Fames est multiplex
corporalis et spiritualis. De
prima Ps. Vocavit fa-
mem super terram. Hanc querunt
voluptuosi spaciando sic
quesierat sibi Esau de quo
Gen. xxv qui cum venisset de
agro lassus ait da michi de
hac coctione et post hec fame
morior ex hoc malevit consue-
tudo quod cum quis esurit dicit
fame morior. Item falsa
mens acuendo ut faciunt
sapores quod non est laudabile
Seneca Fames palatum tuum
excitet non sapores est enim sa-
por cisterciensis ordinis qui
amara in dulcedinem vertit Pro.
xxvii Anima saciata calca-
bit favum anima vero esuriens
amara etiam pro dulci sumet.
Item gustare temptando ut
et gallice dicitur bothe co se-
met mangier venent. Item

nova fercula et consueta quem
do cum preciosis vasis apponendo
Hester primo bibebant qui invita
ti erant poculis aureis et
aliis atque aliis vasis etc. Item
de ferculis loquamur hec quesi
torum terra pelago que ciborum
ambiciosa fames et laute
gule mense. Item est fames
spiritualis. Amos viii dimittam
nobis famem et hec multi
plex quia est fames tempta
cionis. Iob v fame in temptacione
eruet te de morte scilicet culpe. Item
medicine spiritualis. Iob xvi
in b attenuetur fame robur
eius et media in vadit costas
eius. Item sciencie. Iob xxx
nita ipsa putabant indigni
egestate et fame steriles fame
vocat testimonium consciencie.
Item desiderii spiritualis. Ps. ut
eruat a morte animas eorum
et alibi in diebus famis satu
rabuntur. Item afflictionis spiritu
alis. Prov. x non affliget dominus de
animam iusti fame. Item bono
rum eternorum. Eccl. xxiiii qui
edunt me adhuc esurient
et hec est fames contempla
tivorum et hec fames quedam est
quia nulli nisi famelici re
cipiuntur ad mensam domini. Luc.
scriptum est esurientes imple
vit bonis et hec debent qui
cum filio prodigo siliquis tempora
lium se repleverunt. Item nota quod hac
fame querunt viri spirituales
spaciando spiritualiter et querendo
loca celi delectabilia et gaudi
a eius pertractando premia co
niugatorum virginum et continen
cium cogitando unde et de ieiunio
spirituali in persona amatori dicit
Iob xxix eternum spiciet ultes pas
cue sue vult virencia queque
querit. Eccl. xl gratiam et gloriam desi
derabit oculus et super hoc vi
rides sationes. Item saporem
acuendo aceto dominice passio
nis de quo Ps. in siti mea po
taverunt me aceto ut celam redo
leat clavo crucis sicut clavi
qui dicuntur clariofoli sapo
ribus condiendis apponuntur
ita dulces clavos crucis
debemus apponere in condien
dis saporibus affectionibus de
aceto. Ruth ii intinge buccel
lam de in aceto de clavis dicit
dulce lignum dulces clavos.
Item gustando gustus enim
spiritualis appetitum generat et
famem. Eccl. xxiiii qui edunt
me adhuc esurient. Item
per novitatem et mutacionem
vasorum et ferculorum de eorum no
va fercula sunt agnus assa
tus et panis vinum nova
vasa sunt sacramenta per hec
enim omnia renovantur fames
et appetitus novi desiderii.

Fasciculus est multiplex
primus est malorum sine
gratia. Levit. xxiii cum
messueritis segetem feretis
manipulos spicarum primicias
messis vestre ad sacerdotem qui
elevabit fasciculum coram
domino. Secundus est munitum. Eze
xii fasciculum ysopi tingite
in sanguine. Tercius est prime
Amos ix qui edificavit as
censionem in celo et fascicu
lum super terram fundavit.
Item passionis dominice. Cant.
i fasciculus mirre. Item
Reg. i Reg. xxv erit anima domi
ni custodita quasi in fas
ciculo viventium. Item culpe. Ys.
lviii solve fasciculos depri
mentes. Item pene. Ys. xx
iiii congregabuntur in unum sicut
colligatur in congregacione
unius fasciculi illa in Matth.
xiii colligate zizania et al
ligate per fasciculos ad comburendum.

Fatigacio est multiplex
quarum. Item prima procedi
cus ex angustia famis.

n Re. xxviii quod suspicati sunt
ipsum fame et siti fatigari in
deserto ¶ Item ex ardore concu-
piscencie carnis Eccl. xxiii
homini fornicario omnis panis
dulcis et non fatigabitur trans-
grediens usque ad finem ¶ Item
ex defectu vigoris Hebr. xii
recogitate eum etc. ut non
fatigemini animis vestris deficien-
tes ¶ Item ex nimio labore Tho-
ii contigit ut quadam die
fatigatus ex sepultura veni-
ens domum iactasset se iuxta
parietem etc. ¶ Item ex anxietate
te afflictionis Judith vii ut er-
go sine congressione pugne
posse eos superare pone custo-
des fontium ut non hauriant
ex eis et sine gladio interficia-
tis vel certe fatigati tradant
civitatem ¶ Item ex actione
lacrimosi clamoris Ibidem
cum autem fatigati hiis cla-
moribus et hiis fletibus las-
sati fuissent exurgens Ozi-
as infusus lacrimis dixit eis
equo animo estote fratres ¶ Item
ex superfluitate ebrietatis
Judith xiii a erant omnes
fatigati vino etc.

Favus est multiplex
humanitatis Judic.
xiiii ubi dicitur quod est
more leonis favus mellis
leo Christus favus mellis dulcedo
humanitatis ¶ Item est favus
deitatis i Reg. xiiii extendit
summitatem virge quam habebat
in manu et intinxit in favum
mellis i. contemplacionem
dulcedinis celestis Item sancte
predicacionis Ps. iudicia domini
vera etc. et post desiderabilia super
aurum et lapidem preciosum etc. et
Prov. xxiiii comede fili mi
quia bonum est et favum dulcis-
simum gutturi tuo sic et doc-
trina sapiencie anime tue ¶ Item
glorie celestis Prov. xxvii anima
saciata calcabit favum ¶ Item
sancte ordinis Cant. iiii favus
distillans labia tua sponsa
¶ Item divine pregustacionis
Cant. v comedi favum cum mel-
le meo Luc. ult. obtulerunt
ei partem piscis assi et favum
mellis etc. ¶ Item dulcedinis
glorie hereditatis Eccl. xxiiii
spiritus meus super mel dul-
cis et hereditas mea super mel
et favum ¶ Item adulacionis
Prov. xvi favus mellis
composita verba Item carnalis
voluptatis Prov. v favus dis-
tillans labia meretricis etc.

Fedus est multiplex gracie Job
xxxi pepigi fedus cum
oculis meis etc. ¶ Item
fedus culpe Osee x ferientes fe-
dus cum mendacio et germina-
bit quasi amaritudo iudicium
¶ Item amicicie Ezech. xvii feriet
cum eo fedus et accipiet ab eo
iusiurandum Prov. xvii qui
altero sermone repetit separat
federatos ¶ Item pacis Osee x
fedus cum assiriis inivit ¶ Item
dilectionis divine Is. liiii miseri-
cordia mea non recedet a te et fedus
pacis mee non delebit ¶ Et
nota quod fedus illud factum est
in incarnacione Ier. xiiii solii
glorie tue recordare ne ir-
ritum facias fedus tuum
nobiscum solium glorie venter
beate marie ubi factum est fedus
incarnacionis ¶ Item legis
dacione Is. xxiiii b transgressi
sunt leges meas dissipaverunt
fedus sempiternum i. legis da-
cione ¶ Item in passione Is. xl-
ii b dedi te in fedus populi et lucem
gencium ¶ Item in reconciliacione que
designatur per arcum Gen. ix
ponam arcum meum in nu-
bibus etc. ¶ Item in fidei recep-
cione Ier. l venient filii Israel
et filii Juda et apponentur ad dominum
federe sempiterno quod nulla oblivio-

delebitur. Item tempore bonorum
contemptione. Ysa xl Dabo opus
in veritate et fedus perpetuum feri-
am cum eis. Item in defensi-
one. Gen xiv percussit cum eis fedus
in die illa etc. Et nota contra istam
materiam quod fedus contrahebatur
in lege quatuor modis: hos-
tie ymolacione et sanguinis as-
persione. Exo xxiv Moyses obsua-
nit sua federis quibus aspersi
sunt in conspectu meo vituli
que occiderunt etc. Item in federis
contractu fiebat aque effusio
sicut legitur i Re vii quo convenerunt
in masphat hauserunt aquam
et effuderunt in conspectu domini.
Item fiebat manuum apprehensio et ap-
plicacio sive dextrarum dacio sic
dicitur Gal ii dextras dederunt
michi et Barnabe societatis. Is-
tis quatuor modis federati
sumus deo per hostie ymolacionem
ipse enim patri se obtulit in ara
crucis ymolatus pro nobis. Ie-
re xi Ego quasi agnus mansuetus
etc. Et nos debemus eos perficere
corpora nostra per carnis victimacionem.
Ro xii Obsecro vos etc. Item per san-
guinis aspersionem. Ipse enim ef-
fudit in cruce sanguinem cum
nos aspersit. Hebr xii accessistis
ad sanguinis aspersionem melius
loquentem quam Abel. Et nos de-
bemus perficere fedus per sanguinis
effusionem id est sanguinis evacu-
acionem peccati que designatur
in sanguine. Osee iv sanguis
sanguinem tetigit. Item per aque
effusionem quam effudit Christus
in ablucione criminum nostrorum. Io
xix unus militum lancea la-
tus eius aperuit et continuo ex-
ivit sanguis et aqua. Et nos
debemus effundere aquam lacri-
marum pro peccatis nostris et aliorum. Ie-
re vi luctum unigeniti fac tibi
planctum amarum. Item est
manuum apprehensio et applicacio. Christus
enim aperuit manum bone gracie

dando et bona glorie promittendo
nobis igitur debemus ei manum
applicare sua opera eius
imitando et mentem eius respi-
ciendo et suis membris elemo-
sinas largiendo. Prov ult. In et pal-
mas extendit ad pauperem. Ma-
nus enim recipit pacem ab
inferiori per manum intermedia-
tur. Deus ut facit fedus no-
biscum et recipit manum fi-
dei nostre et societatis sed non
in propria manu sed per manum in-
termediam scilicet pauperes quibus
extendimus manus et appli-
camus elemosinas eis lar-
giendo et hii ipsi sunt fratres domi-
ni. Mt xxv quod uni ex minimis
meis fecistis etc. Et nota quod
fedus dicitur a fide eo quod fide-
litas debet esse inter federatos
vel a fedacio quod rupturos fe-
derum debent fed viriliter trac-
tari. Hebr x irritam quis fa-
ciens legem moysi sine ulla
miseracione duobus aut tri-
bus testibus moritur. Quanto
magis putatis deteriora me-
reri supplicia qui filium dei con-
culcaverint etc.

Femur est multiplex. Huma-
nitatis. Ps xliv Accinge gla-
dio tuo super femur
potentissime. Item carna-
litatis. Cant iii uniuscuiusque
ensis super femur suum. Eze-
xvi inclinasti femora tu-
a. Item vindicte potestatis. Exo
xxxii hec dicit dominus deus israel
ponat gladium suum super
femur suum. Item naturalis
propagacionis. Exo i Erant igitur
omnes anime eorum que egresse
sunt de femore Iacob. Et Gen
xlix Non auferetur sceptrum de Iuda.

Feneracio est multiplex miseri-
cordiosa. Prov xix qui
miseretur pauperis. Eccl
xxix qui facit misericordiam fenerat
proximo. Item periculosa. Eze xviii.

mali fenerari homini fortior te
quasi fenerantis qui habet perditum
Item compunctionis Eccl. xx hodie
feneratur et quibus ceteras expe-
tit odibilis est homo huius-
modi. Item consueta Luc. vj
peccatores feneratur peccanti-
bus ut recipiant equalia. Item
natura Eccl. xxix fenerari pr-
oximo tuo in necessitate in tempore
necessitatis illius. Item usuriosa
ibidem et tyrannia sunt homi-
num sensum domus correc-
tionum et inopia fenatoris

Fenum est multiplex lasci-
vie carnalis Ysa. xl omnis
caro fenum. Item primo
de impietatis Zach. xij in die
illa ponam duces iuda sicut
caminum ignis in lignis et
sicut facem ignis in feno
Item bone operationis Prov. xx-
vij aperta sunt prata et apparuit
herbe virentes et collecta sunt
de montibus. Item custodie
iuventutis Eccl. xiiij omnis
caro sicut fenum veterascet
Ps. tamquam fenum velociter are-
Item temporalis prosperitatis Ps. pro-
ducens fenum iuventutis

Fenestra est multiplex cor-
dis sive vo. Prov. vij de fene-
stra domus mee prospe-
xi iuvenem domus cor est fe-
nestra vo. Item fenestra eccle-
sia sunt vias sacramentorum Cant.
ij ipse stat post parietem nostrum respi-
ciens ad fenestras. Item sapien-
tie sive cognitionis Eccl. xiiij beatus vir
qui per respicit per fenestras sa-
pientie. Item est fenestra corporis
sive exterior sensus ut est vox
suggestionis diabolice Soph.
ij vox cantantis in fenestris
Item quam ascendit mors per
fenestras nostras et in hac debet
esse funiculus coccineus divine
passionis Josue ij de funiculo
coccineo posito in fenestra
Item ecclesia hanc fenestram debet esse in-

vigiles vigilia sollicitudinibus
Ysa. lx qui sunt isti etc.

Ferocitas est multiplex crude-
litatis Judith xv excipi-
entes eum cum coronis
et lampadibus ducentes choros
et psalterium nec non ista facientes po-
terant mitigare ferocitatem
cordis eius. Item audacie
exterminavit eam aper de silva
Item stulte superbie Gen. xvj
hic homo ferus erit manus
eius contra omnes etc. Item ma-
licie Jude in das hij sunt in
expeditionibus etc. fluctus maris
despumantes confusiones suas

Fermentum est multiplex
male suggestionis
Oz. vij quievit civitas
paululum a commixtione fermen-
ti. Item elationis Gal. v mo-
dicum fermentum etc. Item in die
Exo. xij non erit fermentum in do-
mibus vestris etc. Item simula-
tionis Mt. xvj cavete a fermento
phariseorum. Item malicie Exo.
xxiij non immolabis super fermen-
tum sanguinem victime mee
Item nequicie j ad Cor. v non
in fermento malicie et nequicie
Item caritatis Mt. xiij simile
est regnum celorum fermento quod accep-
tum est mulier abscondit
in farine satis tribus

Ferrum est multiplex
onerose societatis Eccl.
xxij arenam et salem et
ferri massam facilius est ferre
quam hominem imprudentem
fatuum et impium. Item obdu-
rationis Ysa. xlviij scio enim quod
durus es tu et cervix tua ferrea
Item consuetudinis Eccl. xx-
xj ignis probat ferrum durum
Item obstinationis Job xlj
reputabit enim quasi paleas fer-
Item tribulationis Ps. ferrum
pertransiit animam eius. Item
graviter fodientis Eccl. xlviij
fodit ferro rupem et edificavit

ad aquam pertenui ¶ Item ut-
ute predicacionis Job xxxviij
ferrum de terra tollitur i. predica-
tor de terrena conversacione et la-
pis i. idem predicator qui dicitur
lapis propter constanciam solutus
calore fervoris i. in eo secundum sona-
re predicacionis vertitur

F[erv]ere est multiplex primo
Jer. xx factus est in corde
meo quasi ignis estuans
clausus que in ossibus meis et
defeci ferre non sustinens ¶ Item
potencie Ps. Deus operum [illegible]
lis ¶ Item paciencie Eccli. xxviii
impetum concitati spiritus fervi-
dus potest ¶ Item mite Ys. xl
vi ego feci [illegible] ferram Eccli. x-
xi occurrentes ferte aquam sicien-
ti qui habitatis terram austri Item
ministerii Ys. lii mundamini qui
fertis vasa domini etc.

F[e]rvor est multiplex culpe
Ys. lvii impii quasi mare
fervens quod quiescere quiesce-
re non potest Job xli fervescere fa-
ciet quasi ollam profundum mare
¶ Item stulticie Prov. xix stulti-
cia hominis supplantat gressus
eius et contra deum fervet animo
suo ¶ Item temptacionis i Pe. iiii
karissimi nolite peregrinari in fervo-
re qui ad temptacionem vobis est
¶ Item indignacionis Jer. xv dabo
eos in fervorem universis regnis
terre ¶ Item pene eterne Amos iiii
levabo vos in contis et in ollis
ferventibus ¶ Item gratie Ro. xii
spiritu ferventes domino servientes

F[e]stivitas est multiplex
voluptatis et lascivie Amos
viii convertam festi-
vitates vestras in luctum et omnia can-
tica vestra in planctum ¶ Item va-
nitatis et superbie Amos v odi
et proieci festivitates vestras et non
capiam odorem cetuum vestrorum
¶ Item celebritatis institute iii
Re. viii fecit Salomon in tempore
illo festivitatem celebrem ¶ Item
gratie Naum i celebra festivitates
tuas Juda quia non adiciet ul-
tra ut pertranseat ¶ Item divine
iusticie Osee ix quid facietis in
die sollempni in die festivita-
tis domini ¶ Item gratie Ps. reliqui-
e cogitacionis diem festum agent tibi

F[e]stinacio est multiplex
simulacionis et dolositatis
Job xxxi si ambulavi
in vanitate et festinavit in dolo
pes meus ¶ Item vindicte et
rancoris Ys. lix pedes illorum
ad malum currunt et festinant
ut effundant sanguinem Prov. i
pedes illorum etc. Eccli. xxviii
tamen festinans incendit ig-
nem ¶ Item avaricie et cupiditatis
Prov. xx hereditas ad qua festina-
tur in principio benedictione carebit
et Prov. xxviii vir qui festinat
ditari et aliis invidet ignorat
quod egestas superveniet ei et ibidem
qui festinat ditari non erit inno-
cens ¶ Item luxurie et volupta-
tis Prov. vii sequitur eam quasi bos
ductus ad victimam et quasi
agnus lasciviens etc. et post
et velut avis festinat ad laque-
um et nescit quia de periculo
anime eius agitur ¶ Item gratie
Ps. Deus in adiutorium meum
intende etc. Eccli. xi benedictio
dei in mercede iusti festinet
¶ Item prudencie Prov. ix doce ius-
tum et festinabit accipere ¶ Item
fortitudinis et potencie Ps. De-
us in adiutorium meum etc. ¶ Item
pastoralis diligencie Luc. ii
discurrere festina [illegible]

F[i]ctio est multiplex ¶ Item
caritatis que exhibetur
ii ad Cor. vi in caritate non
ficta ¶ Item fidelitatis i ad Thim. i
caritas est de corde puro et consciencia
bona et fide non ficta ¶ Item operacionis
Sap. i spiritus disciplinae effugiet
fictum ¶ Item adulacionis Eccli. xxxvii
[illegible] fictis [illegible]
[illegible]

fibre etc.

Fides. Circa fidem nota
qualiter diffinitur, qualiter
a spe et caritate distin-
guitur, qualis debeat esse,
et de effectibus eius sine comme-
ndatione. Circa primum no-
ta quod ad Hebr. xi dicitur fides est substan-
tia rerum sperandarum argumentum non
apparentium. Item est fides sim-
laco mentis ad summa veritate.
Item Ysidorus fides est qua
veraciter credimus id est quod ne-
quaquam videre valemus. Item
Cris. fides est sanctissime re-
ligionis fundamentum. Item
magistraliter. Primo describitur
fides est virtus qua ea que
ad fundamentum religionis
pertinent recte firmiterque cre-
duntur. Item Bernardus in libro
de consideracione fides est vo-
luntaria et certa quedam prelibacio
necdum propalate propalate
veritatis. Circa secundum nota quod
fide homo in via dirigitur,
et quia via ardua est, spe
omnipotentie innititur, et per carita-
tem ad summum bonum trahitur.
Unde Augustinus fides nos deo sub-
ponit, spes erigit, caritas nos
unit. Fide deo agnoscimus
nos sub deo esse et debitores
esse seruicij, spes nos elevat,
ut audeamus aggredi quod
supra vires nostras est, caritas
nos facit esse sub deo. Circa
tertium nota quod fides creationis
de qua Hebr. xi fide intelliga-
mus optata esse secula. Item
recreacionis Col. i nunc autem
conciliavit te in corpore car-
nis eius per mortem exhibere
nos sanctos et inmaculatos
et irreprehensibiles coram
ipso si tamen permansitis in
fide sive recreacionis fundati
et stabiles. Item est fides glorifi-
cacionis Hebr. xi fide grandis
effectus est Moyses maiores
estimavit delicias thezauro

egiptorum improperium Christi aspi-
ciebat enim in remuneratorem.
Et hec fides debet esse certa ne
spiritu erroris decipiatur sicut
testatur Apostolus de quibus-
dam dicens i ad Thi. iiii in
novissimis diebus temporibus disce-
dent quidam a fide attenden-
tes spiritibus erroris. Item debet
esse fortis ne homo adversi-
tates cadat sicut et Petrus am-
bulans supra mare cui dic-
tum est modice fidei quare
dubitasti. Unde et de talibus dicitur
Mro. xvi exprobravit incredulitatem
tamen quia fide stas. Item opposita ne
per molliciem carnis evanes-
cat Jacob ii fides sine operibus
mortua est. Circa quartum nota
quod fides purificat. Act. xv fi-
de purificans corda eorum.
Item iustificat. Ro. iii ar-
bitramur hominem iustifica-
tione per fidem. Item peccata destruit
et enervat et regenerat. Jo. in
hec est victoria que vincit
mundum fides nostra. et ad Ephe. vi
in omnibus sumentes scutum
fidei. et Hebr. xi sancti per fidem
vicerunt. Item gloriam eternam
prestat. Tob. ii filii sanctorum sumus
et vitam expectamus quam deus
daturus est illis qui numquam
fidem suam mutant. Vel
dic quod fides dat deo placere,
dyabolo displicere, hominibus
nimirum prodesse. De primo Eccli.
i beneplacitum est deo fides
et mansuetudo. et a deo placet
deo quia sine ipsa nichil pla-
cet Hebr. xi sine fide impos-
sibile est placere deo nec est
mirum quam ipsa est porta per
quam princeps universorum intrat
ad cor hominis. Primus enim intra-
vit in mentem dei filius
virginis quam in ventrem.
Luce i beata que credidisti etc.
Augustinus in libro de virginitate
beatorum fuit Maria percipiendo

fidem christi quam concipiendo
carnem christi. Maria principaliter
nichil Marie profuisset nisi fe
licius christum corde quam carne
gestasset. Item omnes adversari
as potestates superat. Glossa super illud Mat
thei qui intimo cordis amore
percipit fidem quicquid [illegible]
et facere vincit. Item quidquid
vult impetrat. Math. viii Christus dix
it ad centurionem Sicut
credidisti fiat tibi. Jo. cuique
sicut credidit ita fit. Item
intellectum captivat in obsequi
um christi. ii ad Cor. x captivan
tes omnem intellectum etc. Item
matrimonium inter deum et animam
firmat. Osee ii Sponsabo te michi
in fide. Item benedictionem impe
trat et beatitudinem. Jo. penultimo
beati qui non viderunt et crediderunt.
Gal. iii Qui ex fide sunt benedi
centur cum fideli Abraham.
Item diabolo multum displicet
quia ipsa est que eum fugat.
Marci ultimo Signa autem eos
qui crediderint hec sequentur
in nomine meo demonia ei
icient etc. Item ipsa est scutum
extinguens tela inimici. Item
est lorica totum hominem protegens.
i ad Thess. v induti lo
rica fidei. Item est qua diabo
lo resistimus. i Pe. v cui 1 7°
resistite fortes in fide. Item
fides est valde utilis homini.
Est enim lucerna ad quam in
nocte vite presentis ambulatur.
ii ad Cor. v per fidem ambulamus
et non per speciem. Item fides est medici
na vite spiritualis. Per fidem
christum habitare in cordibus
vestris. Ephes. iii. Item est causa
amoris qui dicitur vita anime.
Bernardus ad fratres de monte dei. Vi
ta anime amor dei est. Hunc
fides concipit, fides parturit,
spiritus sanctus solus format et nu
trificat, lactat lectio, medita
tio pascit, oratio confortat et illu-

minat. Et apostolus hoc dicit. Ro. i
iustus ex fide vivit. Item vita
gratie ex fide est. i Jo. v vitam
habetis eternam qui creditis
in nomine filii dei. Item mor
tem culpe excludit. Prover. xv per
fidem et penitentiam purgantur
peccata. Item mortem temporalem
imputatam in vite eterne convertit. Au
gustinus in libro de civitate dei: tan
tam gratiam fidei prestitit ut
mors, qua constat vite esse
contrariam, instrumentum
fieret per quod transiretur ad vitam.
Item mortem destruit et
vanam. Jo. xi omnis qui vivit
et credit in me non morietur
in eternum. Item fundamentum
omnium bonorum ut dicit Au
gustinus. Unde videtur ruinam querere
qui sine ea vult edificare.
Ysa. vii si non credideritis non
permanebitis. Item radix
est omnium virtutum et bonorum.
Augustinus super Johannem sicut in radice
arboris nulla apparet prorsus
species pulchritudinis et tamen
quidquid est in arbore pulchri
tudinis et decoris ex illa pro
cedit, sic ex fidei humilita
te quidquid est meriti, quidquid est
mere beatitudinis anima sus
ceptura procedit. Augustinus sicut
rami sine virtute radicum
arescunt ita quelibet opera
licet bona videantur nulla
sunt si a fidei soliditate dis
iunguntur. Item filium efficit.
Gal. iii omnes filii dei es
tis per fidem. Item viam reg
ni ostendit. Augustinus de fide ad Pe
trum Sine fide omnis labor
hominis vacuus est. Tale quippe
est ut sine fide quisque
velit placere deo quale si
quis tendit ad patriam quam
scit sed viam nescit, et relinquit
itineris rectitudinem et prava
sectatur errorum quod ad beati
tudinem pervenit ubi non gaudium

pueniemti datum ſz cadenti
mentibus inferatur hec ē que
vincit mundum Jo iiij hec est
victoria etc ¶ Item adhostibus
protegit ij Paralip xx credite i
domino deo vestro et securi eritis
¶ Item miracula facit Mr xvj
signa eos qui crediderint hec
sequentur ¶ Item regnum aperit
i pe i reportantes finem fidei
salutem animarum vestrarum ¶ Item
usque ad deum attingit Aug' fi
des est res ardua et superba pre
veniens quo pertingit in
telligencia ipsa ē est que as
cendet super cherubin et volat
super seraphin senas alas hn
cia Aug' q' est q' non inveniat
fides attingit inaccessa deprehen
dit ignota comprehendit immen
sa apprehendit novum ext extremita
tem suo sinu quodammodo con
cludit ¶ Item fides est virtus
probata que in fornace pressuris
tribulacionis non leditur sed me
lioratur i pe i ut probatio fi
dei vestre multo preciosior sit
auro q' per ignem probatur ¶ Item
Nota circa fidem diversitates fi
dei que sunt fides viva fides
mortua fides ficta et fides
non ficta sive probata fides ma
magna fides modica fides
explicita fides implicita
¶ fides viva fides potens
est viva elicere debitas opera
ciones Ro i hec est de qua dicitur
Abacuk ij iustus ex fide vivit
¶ de fide mortua Ja ij fides
sine operibus mortua est ¶ fides
ficta est fides eorum qui ad
tempus credunt et in tempore
temptacionis recedunt Luc
viij ¶ de fide non ficta i ad
Thym i finis precepti ē caritas
ex corde puro etc ¶ de modici
tate fidei Mt xiiij modice fi
dei quare dubitasti ¶ de mag
nitudine fidei nota que ad
eam pertinere videntur ¶ primum

est ut homo de deo senciat ut
centurio Mt viij cui dictum
est a domino non inveni tantam
fidem in Israel ¶ Secundo non bona tran
sitoria intuitu remunera
cionis contempnat Hebr xi fide
moyses grandis factus etc ¶
Tercio ut in adversis de deo confi
dat contra q' dictum est petro
Mt xiiij modice fidei etc ¶ Quarto
ut homo petit a deo aliquid
et statim non accipit a proposito non
desistat Mt xv dictum ē mu
lieri in ordine existendi o mu
lier magna est fides De fi
de implicita dicitur Hebr
xi fides est substancia rerum sperandarum
de fide explicita dicitur que
ad prelatos pertinet dicitur i pe
iij parati semper ad satisfaccionem
omni poscenti vos etc

Fidelitas est triplex pri
ma est amici ad ami
cum sive paris ad pare
sa sm ad unum sive inferioris
ad superiorem ¶ Tercia est prelati
ad subditum sicut superioris
ad inferiorem ¶ Et de prima Eccli
vi amico fideli etc Eccli xxxiij
si est tibi servus fidelis sit
quasi anima tua ¶ de tercia i ad
Thym i gratias ago deo meo qui
fidelem me existimavit ponens
in ministerio ¶ fidelitas prima
inter probatur ¶ primo in volun
tate qui s quis conformat
voluntatem suam volunta
tem amici Ar' Tullius vera
amicicia idem est nolle et
idem velle de ista Sap iij qui
confidunt in illum intelligent
veritatem et fideles in dileccione
etc i in voluntate ¶ Secundo probatur
in intencione qui non intendit
lucrum proprium sed amore amici
unde ad abraham dicitur ij Esdre
ix invenisti cor eius fidele
coram te ondictum rectitudo
profeccionis addeum et adeo de ipso
in scriptura legitur q' amicus dei

appellatur ¶ Secundo probatur in consi-
lio quod colit amici consilium Proverbiorum
xi qui ambulant fraudulenter
revelat archana qui autem
fidelis est colit amici commis-
sum contra de infideli amico
Ecclesiastici vi est amicus qui converti-
tur ad inimiciciam et est qui odium
et rixam et convicia denudabit
¶ Item tertio probatur in actione
Ecclesiastici vi amicus fidelis protectio
fortis medicamentum vite et
quoniam in necessitate adiuvat et
penuria Vnde ibidem amicus
fidelis protectio fortis sed heu
quia dicitur Proverbiorum xx multi
misericordes vocantur sed virum
fidelem quis inveniet scilicet in
subveniendo et administrando I
ad Cor iiii iam queritur inter
dispensatores etc ¶ Quinto pro-
batur in compassione in sustine-
do pro amico cuius modi fideli-
tas fuit in abraham et aliis
patriarchis qui multa susti-
nuerunt pro deo Iudith viii me-
mores esse debetis quomodo
pater noster abraham temptatus
est per multas tribulaciones
probatus amicus dei effectus
est et omnes qui placuerunt deo
per multas tribulaciones transierunt
fideles et ideo dicitur Ecclesiastici xxii
fidem possidere cum amico
in paupertate illius ut etiam
in bonis illius leteris et in
tempore tribulacionis permane illi
fidelis ut in hereditate illius
coheres ¶ Sexto probatur in lon-
ganimitate scilicet perseverando Ecclesiastici
vi dicitur est homo secundum tempus
suum et non permanebit in die
tribulacionis sed fidelis est qui perse-
verat in amicicia usque in fine
Ecclesiastici vi amicus si permanse-
rit fixus erit tibi quasi coequalis
et domesticis tuis fideliter
agere debeat Apocalypsis ii esto fide-
lis usque ad mortem ¶ Item fide-
litas in servis ad superiores

sunt sui addenti et hoc pro-
batur in sex timendo obe-
diendo acquirendo custodi-
endo dispensando serviendo
¶ Prima est timendo malach
i filius timet dominum suum
et Zacharias Ecclesiastici i inicium sapiencie
timor domini et cum fidelibus
in vulva concreatus est vulva
vocat primam vel baptismum
per quam generat etiam spi-
rituales filios illi ergo
sunt fideles servi qui a tem-
pore sue vel baptismi
serviunt domino in timore ¶ Secun-
da est in obediendo de qua
Ecclesiastici xxxiii qui in omnibus servus
tuus sicut deo fidelis et gene-
rosus parentibus adiuvari tam
parere ad ipsum obedire est
Sed proh dolor de multis de
quibus dicitur Psalmus cor eorum
non fuit rectum cum eo et cetera
sed dicitur Luc xii servus sci-
ens voluntatem domini sui et cetera
¶ Item tertia est in acquiren-
do sive multiplicando bo-
na domini sui sibi commissa Vnde
et servo multiplicanti talen-
tum domini sui sibi commissa dicitur
euge serve bone et fidelis
Mat xxv ¶ Item quarta in cus-
todiendo ut de bonis sibi
traditis sciat reddere racio-
nem Luc xvi qui in modico
vel in minimo est fidelis in
maiori fidelis est et hoc sig-
natum in raphaele de quo
dictum est Thobie v noli tace
turbari satis est fidelis
ille est quo nunquam illum
¶ Quinta in dispensando bo-
na domini sui propter quod dicitur Luc
quis putas fidelis servus
et prudens bona que tradi-
ta ad dispensandum sunt tempora-
lia que tradita sunt ad e-
rogandum pauperibus sed
multi non sunt dispensatores
sed potius dissipatores qui.

prouincialium de sigunt iniqui
tis de quo Luc. xvi dicitur quod
diffamatus erat apud dominum
suum quasi dissipasset bona
sua tales sunt qui expen
dunt superflue bona que
debent pauperibus erogari
sed utinam facerent amicos de
mammona iniquitatis ut
possent audire cum prepositis cum
dicetur eis redde racionem [et]c.
Item septa est in inueniendo
Pro. xiii nuncius impii cadet
in malum legatus fidelis sa
nitas mittentis. Item in fide
litas prelati ad subditum que
est duplex dicitur enim fidel
esse in propria persona quia dicitur
Pro. xxviii vir fidelis mul
tum laudabit. Item in officio
sibi commisso i ad Thi. i gratias
ago deo meo [et]c. fidelitas
in persona probatur in tribus in
abdicacione cupiditatis que
fuit in Samuele Reg. de quo Eccl.
xlvi qui pecuniam usque ad
calciamenta ab omni carne
non accepit. i Reg. xii dicit ipse
de semetipso loquimini ad me
coram domino et coram christo eius
utrum bouem aut asinum [et]c.
et apostolus hoc dicit ipso i Re. in co
gnouimus [illegible] usque aduersa
bee [et]c. Secundo de multis prelatis
dicitur illud Ys. principes tui in
fideles socii furum omnes
diligunt munera. Secundo pro
batur in mansuetudine humi
litatis et hoc signatum in Moyse
qui erat vir mitissimus
hominum. Num. xii et ideo habe
mus quod fidelis erat Moyses
in tota domo Israel. Item tercio
probatur in continencia castita
tis que signatur in Daniele
de quo dictum est Dan. vi quod principes
et satrape querebant occa
sionem Danieli ex latere regis
in ex regina et dicitur ibi quod
nullam causam inueniebat

meo eo quod fidelis esset [et]c. Sed
quia potest dici de multis illud
Soph. iii prophete eius vesani
viri infideles sacerdotes pol
luerunt sanctum. Item probatur
fidelitas prelati in officiis tri
pliciter in iudicando in confessi
one debent enim esse fideles
ad iudicandas penas in con
fessione ad similitudinem eius
Apoc. xix qui sedebat super
equum vocatus fidelis
et cum iusticia iudicat. Sed heu
quia potest dici illud Ys. i quomodo
facta est meretrix fidelis ciui
tas plena iudicii. Secundo probatur
in testificando quia sicut prela
tus iudex est in confessione
ita debet esse in predicacione.
Apoc. i [illegible] testes [et]c.
Testis fidelis est in predicando
scripture veritatem nulla ad
mittens falsitate. Pro. xiiii
testis fidelis non mentitur.
Item ei predicat ad edificacionem
Eccl. vii vir sapiens erudit
plebem suam et fructus illius
fideles. Item cum audit bo
nam conuersacionem. Eccl. xxxi
splendidum in panibus benedicent
labia multorum et testimonium
veritatis illius fidele. Item tercio probatur
in orando pro populo et sic habet officium
legati quia tunc mittitur
tunc legatus fidelis sanitas
mittentis per conuentum bonorum
prelatorum sanat subditi ab egri
tudine peccati. Eccl. xv sapientia dei
astabit laus et in ore fideli
habundat. Talis fidelitas ap
probata est in ipso pontifice de quo
Hebr. ii debuit fratribus per omnia
assimilari ut misericors et fidelis
fieret pontifex ad deum ut repro
piciaret peccata populi. Vel dic secundum
[illegible] quod quintuplex est fideli
tas in permissionibus promissionibus
deprecacionibus dispensacionibus et
societatibus. De prima Ps. fidel
is in omnibus verbis suis. De secunda

Eccl. xxix confusio ubi fidelis
agit. ¶ Tercia que pro multi homines
misericordes vocantur virum
autem fidelem quis inveniet
Prov. xx quis inveniet quia
pauci sunt qui inveniantur
fideles in absconsione depositi
¶ Quarta ad Cor. iiii hic dis-
pensatores queritur ut quis
fidelis etc. ¶ Quinta Eccl. vi a-
mico fideli nulla est comparatio etc.

Fiducia est multiplex quia
prima est ypocritarum que
in vanitate et simulacio-
ne Job viii spes ypocrite peribit
non enim placebit in corde suo
sicut tela aranearum fiducia
eius ¶ Item superborum et hec est
in potestate et fortitudine Job
xxx a prantes ampulum me
quibus prantes et hentes super-
quadrigis multe sunt ¶ Item
luxuriosorum et hec est in carna-
litate et voluptate Job xl fi-
bet fiducia ut influat in
os eius ¶ Item stultorum et hec
est in propria multitudine
Eccl. vi unusquisque ab proximo
suo se custodiat etc. ¶ Item iu-
storum et hec in gratia et spe Job xi
et cum consumptum te putaveris
orieris ut lucifer et habebis
fiduciam proposita tibi spe ¶ Item
sanctorum et hec erit in plena
in plenitudine glorie et securi-
tate Ysa. xxxii et sedebit populus
meus in pulcritudine pacis et
in tabernaculis fiducie et
in requie opulenta ¶ Item
perfectorum et hec est in domino Prov. iii
a habe fiduciam in domino ex toto
corde tuo et hec optima est quia
nulla valet sine ista Eccl.
xxxii dicitur super quie hec
fiduciam qui recessisti ame
¶ Ab amplicacione crepit Eccl.
xxxii et erit tibi anima tua
in salutem quia in me habuisti
fiduciam ¶ Item fructificare
facit Jer. xvii b benedictus vir

qui confidit in domino et erit
dominus fiducia eius et erit quasi
lignum quod transplantatur super aquas
¶ Item gloriam inducit Job l[ib.] e
qui habet fiduciam mei here-
ditabit terram ¶ Item non septem
que nos invitant ad haben-
dam fiduciam quorum ¶ Primum
est elemosina Tob. iiii ele-
mosina erit fiducia mag-
na coram deo summo ¶ Secundum
est timor dei Prov. xiiii in ti-
more domini fiducia eius ter-
tium est cordis appositio ad doc-
trinam Prov. xxii appone cor ad
doctrinam meam ut sit in domino
fiducia tua ¶ Quartum est mun-
dicia Job xxvii si non reprehen-
dit cor meum fiducia habemus
etc. ¶ Quintum est caritas i Joh.
iiii perfecta caritas est in nobis ut
fiduciam habeamus in die iudi-
cii ¶ Sextum est perseveran-
cia Jo. v manete in eo ut cum
apparuerit fiduciam habeamus
in eo ¶ Septimum est carnis mor-
tificacio Job xi cum consumptu
te putaveris orieris ut lu-
cifer et habebis fiduciam proposita est spe.

Filii. Nota quod sunt dei fi-
lii et filii diaboli i Joh.
iii in hoc manifesti sunt
filii dei et filii diaboli ¶ Et no-
ta quod legimus filios dei per imita-
cionem bonitatis veritatis
caritatis per imitacionem veritatis
et hoc quatuor modis quia veri-
tas debet esse in intellectu in
affectu in sermone in operacione le-
gimus igitur filios creden-
tes per imitacionem veritatis in
intellectu Jo. i dedit eis potestatem
etc. Contra sunt filii infideles
Deut. xxxii generacio perversa et
infideles filii ¶ Item sunt
filii sapientes per imitacionem
in affectu Prov. x filius sapiens
letificabit patrem. Econtra
sunt filii insipientes Ysa.
xxx sunt filii mendaces etc.

Item sunt filij intelligentes
per imitacionem virtutis in operacione
ut hic ut filij lucis ambu-
late. Econtra sunt filij tene-
brarum. I ad Tess. v. omnes filij dei
estis et lucis et non filij noctis
et tenebrarum. Item debemus
esse imitatores dei sicut fi-
lij karissimi et hoc per imitacionem
bonitatis et hec quadruplex
in miserendo. Luce vi. Estote
misericordes etc. Item in pacie-
do. ad Hebr. xij. si extra discipli-
nam estis etc. ergo sunt filij
sponsi. Apoc. vi. non erunt filij etc.
Item sunt filij bonitatis spiritus
sancti in volendo bonum. Ro. viij.
qui spiritu dei aguntur etc. Item in
operando bonum. Gen. xxvij. Ec-
ce odor filij etc. Mt. xxv. Veni-
te benedicti et sic dicuntur filij
benediccionis. Econtra sunt fi-
lij iniquitatis passem cru-
delitatis. Ps. filius iniquitatis
etc. Item adulterij per libidi-
nem voluptatis. Iudicum xi. Ad-
herens in domo nostra esse non
poteris. Item sunt filij carnis.
Ro. ix. non qui filij dei hij sunt
filij carnis. Item maledic-
cionis. II Petri ij. filij maledic-
onis relinquentes viam rectam.
Item imitatores debemus esse
dei respectu divine pietatis et
hic quadrupliciter quia sunt filij
pacis. Luc. x. Si fuerit ibi filius
pacis requiescet etc. Econtra
sunt filij ire. Item sunt liber-
tatis per bonam voluntatem
et econverso sunt filij servitutis
per malam voluntatem. Gen. xxi.
Galat. iiij. non erit heres etc.
Item sunt obediencie per bonam
operacionem. I Petri i. stare sicut
lumbos mentis vestre sperau-
tes in eam que nobis offertur
graciam qui filij obediencie. Et
contra sunt filij ade per inobe-
dienciam. Deut. xxxij. qui se-
parabit filios adam. Ecc. pl. ingu.

que sup filios etc. Item sunt
filij humilitatis. I Joh. iij. vos ex
deo estis filioli. Econverso sunt
filij superbie. Job xli. ipse rex

Filia mea modo defunc-
ta est. Mt. est filia defunc-
ta filia infirma filia
sana. Prima est anima in peccatis
mortua ad quam suscitan-
dam quinque requiruntur.
Fulens late l. fides confes-
sio ignorancie. Infusio gracie.
Fuga societatis male. Aspe-
ritas discipline. Primo notatur
in adoracione principis. Secundum in
hoc quod dicit filia mea etc.
Tercium in hoc quod Ihesus venit
ad domum eius. Quartum in eiectione
tibicinum. Quintum in tactu
manus puelle. Secunda est
filia infirma hoc est anima
temptata hec est illa filia
que a demonio vexabatur
ad cuius curacionem quinque re-
quiruntur. Contricio confessio
oracio continuacio impetran-
di fiducia. Primum notatur in
hoc quod dixit miserere mei in
firmitate eius suam repu-
tabat. Secundum in hoc quod dixit
filia mea male etc. Tercium
hoc quod adoravit eum dicebat
adiuva me. Quartum in hoc quod
cum dominus eam repelleret re-
dijt iterum et catelli etc. Quintum
testatur dominus dicens domina o
mulier magna est fides tua.
Tercia est filia sana hec est anima
existens in gracia et ad eius conserva-
cionem eius quinque requiruntur
carnalis affeccionis seu pa-
terne oblivio antique familia-
ritatis vitacio propri sensus cap-
tivacio ad mandata dei dili-
gens attencio affabilis obe-
dicio deponimus. Ps. audi filia
Ecce quintum ipse illud et audi tu
auribus obediunt in Ecce gratu-
lemna aurem tuam Ecce tercium
et obliviscere populum tuum Ecce 2m et domum
patris tui Ecce primum etc.

Finis sunt multiplices
in scriptura videlicet signa-
tione mortis Job xix
in fine dilexit eos Item termi-
tatis Ps pauperum tuorum ne ob-
liviscaris in finem Item presse
congregationis Ps dominabitur
Jacob in finem etc. Item religionis
Ps exaltare terram in vivicorum me-
orum Item impetrationis supplicationis
finis legis prophetis Item cele-
stis remunerationis Ps notum
michi fac domine finem meum
Item cogitationis mentis
Ps in manu tua sunt omnes
fines terre Item caritatis Ps
omnis consummationis vidi finem etc.

Firmamentum est multiplex
protectionis divine Ps Fir-
mamentum est dominus timen-
tibus eum Item placationis eccle-
sie Gen. i fiant luminaria in
firmamento celi Item communis
in bono soliditatis Gen. fiat fir-
mamentum in medio aquarum
Item auxilii temporalis Ps omne
firmamentum panis contrivit
Item operationis virtuose Ps
celi enarrant gloriam dei

Firmitas est multiplex
dei et hec est multiplex quia
divine potencie Ps Fir-
metur manus tua et exal-
tetur Item mentis et voluntatis Ps
et animi ipsius sunt vehementer
et firmi cum super etc. Item sapientie et
veritatis Ps intellectum tibi dabo
etc. Item iusticie et virtutis
Prov. xv domum superborum demo-
lietur dominus et firmos facit ter-
minos vidue Item glorie et honoris
Eccli. xlv et circumdedit eum in gloria vir-
tutis et firmissio habitaculi eorum etc.
Item Prov. xxix rex qui iudi-
cat pauperes in veritate thronus
eius etc. Item est firmitas peccatoris
et hec duplex abhominationis et
stulticie Job v vidi stultum
firma radice Item conspirationis
et nequicie Ps firmaverunt sibi

nem nequam Item est firmitas
viri iusti et hec multiplex quia
fidei Prov. xii labium veritatis etc.
Item spei ii ad Cor. i sive tribu-
lamur pro vestra exhortatione
et salute et post ut spes nostra fir-
ma pro vobis Item caritatis
Prov. xviii frater qui adiuvatur
etc. Item temperancie Eccli. xxvi in
filia non avertente se firma cu-
stodiam Item fortitudinis
et constancie Eccli. v esto firmus
in via domini Item predicationis sive
prudencie Prov. xv primus ser-
mo firmabitur in perpetuum vel habens
perfectionem firmiorem etc. Item
iusticie Job xi tu autem firma-
sti cor tuum et loquitur de iu-
sticia perquam firmat animam
Eccli. iii benedictio patris firmat do-
mos filiorum benedictione vocat
iusticia qua castigantur et
emendantur mores filiorum

Flagellum est multiplex dei
et hominis flagellum dei
ad multa valet ad expi-
sionem criminum ut patet in
paulo et Judith viii quia tunc pi-
us es miserere nostri et in uno flagel-
lo medica iniquitates nostras
Item ad correctionem morum
ut patet in francisco et Judith
viii Non ulciscamur pro istis
que patimur sed reputantes
peccatis nostris hec ipsa supplicia
minora esse flagella domini
quibus sicut servi corripimur ad e-
mendationem nostram et non ad
perditionem evenisse credamus
Item ad cautelam futurorum
ut patet in Ecclo Eccli. xxx qui
diligit filium suum assidu-
at flagella Item ad augmen-
tum meritorum ut Job et Tobie
Job v Beatus qui corripitur
a domino Tob. ii qui exceptus est
amico flagellorum Item ad inicium
penarum ut patet de Antiocho
et ideo dicit Eccli. xl mors san-
guis contentio rumphea op-

persecutiones fames et flagella et
contra super iniquos creata sunt
Item est flagellum hominis et
uo quo flagellat homo hominem
iuste ut pater filium Eccli xxx
qui diligit filium assiduat ei
flagella Item ut deus filium de
linquentem Jo ii fecit dominus
flagellum de funiculis Item
ut iuste auctoritate domini ii par
ix ergo si autem hes aliquem hostem
aut regni tui insidiatorem
mitte illum huc et flagellatum
Item flagellat homo hominem
iniuste et hoc verbo vel facto
verbo multipliciter quia quantum
ad obiurgationem resistendo bo
no vel excusando malum Eccli
xxvi in muliere zelotipa fla
gellum lingue communicans Item
quantum ad detractionem boni Job
v a flagello lingue absconderis
Item quantum ad adulationem ma
li Eccli xxviii flagelli plaga
liuorem facit Item facto
et hoc quo ad xpistum qui captiuus
omnium quod sit explicat in medio
actione tribulationis Luc xviii
filius hominis tradetur etc Item
in progressu Joh xix a tunc
apprehendit pylatus ihesum etc
Item in consummatione Act xx
[illegible] ihesum autem flagellatum
tradidit eis etc Item quantum ad alios
homines qui sunt membra
xpisti et hoc ex austeritate aspero
regem iii Reg xii pater meus ce
cidit vos flagellis etc Item
ex tyrannide aliorum viii Exo
v Ecce en famuli tui flagellis
cedimur et iniuste agitur
contra populum tuum Item ex coma
[illegible] in media Act v tradent
enim vos in conciliis etc

Flamma est multiplex
caritatis Exo iii appa
ruit dominus in flamma ig
nis in medio rubi Item Eccli
[illegible] et erit domus Jacob ig
nis et domus Joseph flamma
Item gloria temporalis Job xv ramos
eius arefaciet flamma Item
cogitationis Job xviii nonne
lux impii extinguetur nec splen
debit flamma ignis eius Item
diuine suggestionis Job xli
halitus eius prunas arde
re facit et flamma de ore eius egre
ditur Item ardentis temp
tationis Joel i f ignis come
dit speciosa deserti et flamma
succendit omnia ligna regi
onis Os vii tota nocte dormi
uit coquens eos mane ipse
succensus quasi ignis flamme
Item pene vehementis Joel
ii ante faciem eius ignis
vorax et postea exurens fla
ma Item dampnationis Eccli
xxi stuppa collecta synagoga
peccantium et consummatio illorum fla
ma ignis Item filiorum sancto
rum Can viii lampades eius lam
pades ignis atque flammarum quod dicit beda quod
dominus mittit abigne flamma
ab ardore claritate ut in inferno
sit ardor et in paradiso claritas

Flatus est multiplex inte
spirantis Ys xlii dans
populo suo flatum Item diaboli
suggestionis et iste intendit inflare
per superbiam Deut viii f obserua
et caue ne obliuiscaris domini
dei tui qui eduxit te de terra
egipti de domo seruitutis et duc
tor tuus fuit in solitudine
magna atque terribili in qua
erat serpens adurens flatu quod
Item inflat inflat per superbiam
Job vi [illegible] mare autem in cor impii
exurgit hec per superbiam mag
no vento flante id est diabolica
temptacione Item prosternit poma
ria Act ii f flamen venti
irruerunt in domum illam
Item annos reddit aridam
pomariam Job xl repente fla
mi in eos irruerunt Item
est flatus diuine seueritatis
qui animam succendit Exo xv

flavit spiritus tuus et operuit eos
mare. Item producit et exalat
Job iiii Vidi eos qui operantur
iniquitatem qui seminant do-
lores et metent flante deo
periisse. Item est flatus gracie
irrigantis et hoc animam irri-
gat ardorem concupiscencie
mitigando Dan iii quasi fecit me-
dium fornacis etc. Item devo-
cionis generat dimicias cordis
confringendo ps flavit spiritus
tuus et fluent aque. Item
aromaticam reddit animam
aquilones tempestates fu-
giendo Can iiii surge aquilo.

Flecte est multiplex reveren-
cie Hest iii cuncti servi
regis qui in foribus
palacii versabantur flectebant
genua et adorabant Aman.
Item est constancie Ecc xx-
a firmabitur in illo et non flecte-
tur. Item hesticie Ecc xxx-
iiii quasi hesticia cordis flectit se-
mitem. Item subiectionis
et obediencie Ysa xlv vivo
ego dicit dominus quia mihi flectetur
omne genu. Item oracionis et
latrie Eph iii eius rei gratia
flecto genua mea. Item vene-
racionis Math in anthiochenus con-
stratus post oracionem et flexis
genibus fudit lacrimas etc.

Fletus est multiplex. Secundum proprietates
distinguntur. Aug quater
flevisse in infancia in
resurreccione lazari super
civitatem in cruce in infancia
ut se verum hominem ostenderet
ut lacrimas magis autenti-
cas redderet ut nos credituros
in sui amorem accenderet. Item
super lazarum ut exhiberet officium
humanitatis ut indicaret sig-
num intime caritatis ut com-
pateretur amico quem revoca-
bat ad amorem humane cala-
mitatis. Item super civitatem
ut doctrina qua instruebat dis-

cipulos per persecutoribus orare
confirmaret ut nichil de con-
tingentibus admitteret ut se
fontem pietatis ostenderet
ut tirrannidem persecutorum
suorum offenderet. Item flevit in
cruce ut acerbitate mortis
exprimeret ut nos ad compaci-
endum sibi excitaret ut pa-
trem ad misericordiam humano
generi provocaret. Item est fletus
omnibus instis et hic multiplex
quia est fletus penitencie Joh x-
vi flebitis et plorabitis vos
etc. Et nota quod ponit tamen verba in
dicativa fletus ut designet
tamen pluribus est flendum quia
pro peccatis que fecimus pro bonis
que amisimus et pro penis quas
meruimus. Item est fletus com-
passionis in Math in anthi-
ochenus constratus post ora-
cionem et flexis genibus fu-
dit lacrimas. Et hic multiplex
quia pro peccatis aliorum unde est
quod Ieremias flevit transgres-
sione filiorum Israel. Item pro
miseriis et afflictionibus proximorum
Job xxx flebam quondam etc.
Item pro continuacionibus iustis
Luc xxiii nolite flere filie
Ierusalem super me etc. Item est fle-
tus devocionis ps super flumina
babilonis illic sedimus etc. Aug
oracione ihesu si ita dulce est flere
de te quam dulce erit gaudere.
Item simulacionis Malach ii
operiebatis lacrimis alta-
re dei fletu et gemitu. Item
pene eterne Mt xxiii ibi erit
fletus etc. Et nota quod flendum
est propter sequentem consulta-
cionem iudicis. Item propter flen-
di optunitatem Ecc iii tempus
est flendi. Item propter aliorum
excitacionem unde illud Ecc
predicatur quod flente esse, et fle-
vit alius. Nota quod flendum est
largiter et iunde Reg i Anna
quod flevit largiter. Ps xxxvi

de Ezechia qui fleuit fletu ma-
gno. Item amare Joelis 2 de
petro legitur quod egressus fo-
ras fleuit amare. Item frequenter
prout legitur in libro clemen-
tis de beato petro quod semper flebat
cum recordabatur mortis christi

Flos est boni et mali
In bono multiplex est
flos quia flos pertinens
ad actiuos contemplatiuos
et perfectos. Quantum ad actiuos tri-
plex est flos bone operacionis
Eccl. xxiiij flores mei fruc-
tus honoris et honestatis. Item
sancte conuersacionis Eccl. xx-
xix florete flores quasi lilium
date odorem et florete in gratiam
Item boni exempli Eccl. xij
florebit amigdalus impin-
lo. Item quantum ad contem-
platiuos est triplex flos mun-
dicie Cant. ij Ego flos cam-
pi. Item suauitatis consciencie
Cant. j lectulus noster flo-
ridus. Item pregustacionis diui-
ne Cant. ij fulcite me floribus
Item quantum ad prelatos triplex
est flos s. prudencie Cant. ij flores
apparuerunt in terra nostra. Item
perfectionis iusticie Ps. iustus ut
palma florebit etc. Item per-
fectionis sapiencie Ys. xi et flos de
radice eius ascendet. Item
est flos in malo et hic multiplex
quia est flos mundane pro-
speritatis Jer. xlviij date flo-
rem moab. Item simulacionis
sine false apparencie Job xv le-
detur quasi vinea in primo
flore. Item carnalis volu-
ptatis Sap. ij non pretereat nos
flos temporis. Item mundane va-
nitatis Ys. xl exsiccatum est
fenum et cecidit flos. Item huma-
ne fragilitatis Job xiiij qui
quasi flos egreditur. Item etatis
iuuenilis Prov. xvij animus
gaudens etatem floridam
facit etc. secundum sequitur

Fluctus est multiplex
culpe Ys. lvij impii
quasi mare feruens quod
quiescere non potest redundant
fluctus eius. Item malicie
Job xxxviij confringes tumen-
tes fluctus tuos. Item constan-
cie Eccl. xxix repromissio ne-
quissima diligentes perdidit
et commouet eos quasi fluctus
maris. Item persecucionis Jone ij
omnes gurgites tui et fluctus
tui super me transierunt. Item
calamitatis et miserie Job
xxx calamitates mee il-
lico surrexerunt et subuerterunt
pedes meos et oppresserunt quasi
fluctibus semitis suis. Item
carnalitatis et luxurie Exo-
di xiiij quod fugientibus egipciis
occurrerunt aque et inuoluit
eos dominus in mediis fluctibus

Fluere est multiplex contri-
cionis Ps. percussit petram
etc. Item deuocionis Ps.
flauit spiritus eius etc. Item pregusta-
cionis Cant. iiij surge aquilo
etc. Item conuersionis ad fidem
Ys. ij et fluent ad eum omnes
gentes. Item predicacionis Je-
remie xviij numquid fluit aqua desi-
tula. Item plenitudinis
gaudiorum Exo. iij educam de
terra illa in terram bonam
et spaciosam. Et Joelis iij in die
illa stillabunt montes dul-
cedinem etc. Item prolacionis sine
annichilacionis penarum Ps. sic-
ut cera que fluit auferentur etc.

Flumina sunt plura
in quibus est sedendum
et plura in quibus est seden-
dum et plura in quibus est com-
morandum et plura pertrans-
eundum et plura ad quos
est anhelandum. Flumina in quibus
est sedendum sunt sacre scripture
Eccl. xxiiij ego sapiencia effudi
flumina et hec sunt aque doctrine
plena. Ps. flumen dei repletum aquis

¶ Item per dulcedinem pregustacionum
melli flumina et ideo dicit in figura
de malo Job xx non videat ri-
vulos torrentis mellis et bu-
tyri. ¶ Item viva id est vivifica per
spiritualem eruditionem Jo. vii
qui credit in me sicut dicit
scriptura flumina etc. quod est dicere scriptu-
ra attestans fidem meam generat
aquas vivas id est doctrinas animarum
vivificativas. Horum fluminum
sunt quatuor capita Gen. ii Et
dividebatur flumen etc. ¶ Item sunt
flumina in quibus est sedendum
scilicet actiones humane quibus
flent et deflent illa humana
de quibus Ps. super flumina Ba etc.
¶ Et hec sunt quatuor secundum Au-
gustinum in Enchiridion ignorancia
rerum agendarum concupiscen-
cia noxiarum error et dolor. ¶
Secundum Venerabilem Bedam sunt tria igno-
rancia malicia et infirmitas
¶ Et beatus Bernardus dicit tria ha-
bet genus humanum ignoran-
ciam impotenciam et languorem
voluntatis. Languet volun-
tas pigricia affectionis infirma-
tur penuria fortitudinis
deficit ratio penuria veritatis
¶ Item sunt flumina in quibus
est commorandum et hec multi-
plicia quia tribulationis et an-
gustie Jone ii proiecisti me in
profundum maris et flumen
circumdedit me scilicet tribulationis
¶ Item gratie Sap. xi b pro fonte quidem
sempiterni fluminis dedistis san-
guinem iniustis. ¶ Item iocun-
ditatis celestis Ps. fluminis im-
petus etc. ¶ Item compunctionis Ps.
percussit petram et fluxerunt etc. ¶ Et non
quod ista percussio debet fieri per virgam
Moysi que signat virgam crucis
unde Exo. vii dicitur percucia
virga que in manu mea est
aquam fluminis aquam fluminis vo-
cat lacrimas compunctionis que
cum percuciuntur virga crucis
vertuntur in sanguinem fluonis

et desiderii et ista flumina appetit
in deserto angustie in mundo
solitudinibus et penitencie Is. xliii De-
di in deserto aquas et flumina
in invio ut darem potum populo
meo. ¶ Item in motibus excel-
lentis vite Is. xli aperiam
in supremis collibus flumina et
in medio camporum fontes. ¶ Item
sunt flumina pacis et devocio-
nis Is. xlviii utinam atten-
disset mandata mea facta
fuisset sicut flumen pax
tua. ¶ Item sunt flumina que
sunt transeunda Is. xlvii De-
scende sede in pulvere filia Ba-
bilon virgo et post transi flumina
¶ Et hec sunt multiplicia quia
sunt flumina culpe Abacuc iii in
numquid in fluminibus iratus es do-
mine et hec flumina sunt turbi-
da et luctuosa et ideo non sunt bo-
na ad potandum Jere. ii quid tibi
vis in via Egipti ut bibas a-
quam turbidam et quid tibi
vis in via Assiriorum ut
bibas aquam fluminis. ¶ Item sunt
periculosa ii ad Cor. xi in pericu-
lis fluminum et ideo non est ibi
bonum manere et ideo dicit Ps.
non me demergat tempestas
aque et ideo debemus cito per-
transire Ps. qui convertit mare
in aridam etc. ¶ Item ibi cubat
dyabolus draco magnus
et ideo non est ibi bonum bal-
neare Eze. xxix Ecce ego ad
te draco magne qui cubas
in medio fluminis Egipti ¶ Item
sunt flumina temptacionis Can-
tica aque multe non potuerunt
extinguere caritatem nec flu-
mina obruent eam. Ys. xliii
cum transieris per aquas
tecum ero et flumina non operient
te. ¶ Et non quod quidem sunt
in hiis fluminibus et ab hiis tra-
huntur ut leves et instabiles
Mat. vii venerunt flumina flaverunt
venti etc. ¶ Item quidam sunt

iuxta flumina ista ut religio-
si voluptuosi. Ier. xlvi. ad aqui-
lonem iuxta eufratem victi
sunt et fugerunt. ¶ Item super
flumina ut vere penitentes ta-
les inveniuntur aquas habentes
tamen secum quia cum aqua
non trahuntur. Ier. xlvi. cum
tympanis paginas tuas tecum
sed non sic de hiis qui sunt in
fluminibus quia cum aqua tra-
huntur et submerguntur.
Iob xxi. dulcis fuit dulcis
glareis cocyti post se omnem
hominem trahit. ¶ Item sunt
flumina pene. Eze. xxxii. a fili
hominis assume lamentum
super pharaonem regem egipti
et post assimilatus es draco-
ni qui est in mari et venti-
labas cornu in fluminibus tuis.
¶ Item sunt flumina ad que
est anhelandum scilicet plenitu-
do gaudiorum celestium. Apoc.
ult. ex utraque fluminis lignum
afferens fructus xii per singu-
los menses etc.

2 Fluvius est multiplex
genere. Apoc. xxii. ostendit
michi dominus fluvium
aque vive splendidum tamquam cristallum etc.
et hic rigat planitiem devo-
tionis. Gen. ii. egrediebatur
fluvius etc. ¶ Item inebriat dulce-
dine contemplationis. Eccl. xx-
iiii. rigabo ortum plantatio-
nis mee et inebriabo fructus
partus mei et post. Et factus est
mihi trames habundans et flu-
vius meus appropinquavit ad
mare. ¶ Item sanat ab omni
infirmitate culpe et vanitatis
ibi dicitur. Ego quasi fluvius dorix
qui interpretatur medicamen-
tum generationis. ¶ Item est
fluvius conversationis mundane
in quo latet piscis curiosi-
tatis. Thob. vi. mansit prima
mansione iuxta fluvium
tigris. ¶ Item qui vertitur in
sanguinem carnalitatis. Exo. vii.

quid est hausit de fluvio vertetur
in sanguinem. ¶ Item qui sicca-
tur in tempore adversitatis. Eccl. xl.
de substantia iniustorum quasi
fluvius exsiccabitur. Iob xiiii. re-
cedat aqua de mari et fluvius
desolatus atque siccabitur.
¶ Item est fluvius sapientie veri-
tatis. Iob xxviii. profunda flu-
minum scrutatus est et abscon-
dita produxit in lucem. Et hic
fluvius cottidie mundat vi-
dua? Eccl. vidi illius qui fluvius
inundabit. ¶ Item mundat et la-
vat hic est fluvius in quo la-
vabat se filia pharaonis. ¶ Item
animam letificat. Ps. flu. impe-
¶ Item est fluvius divine seve-
ritatis qui fundamenta im-
piorum subvertit. Iob xxii. nunquid
semitam seculorum custodire cu-
pis quam calcaverunt vi-
ri iniqui qui sublati sunt
ante tempus suum et fluvius sub-
vertit fundamenta eorum.
¶ Item peccatores tamquam in iu-
dicia post se ad puniendum
trahit et ideo dicitur. Iob xxi.
dulcis fuit glareis cocyti
post se omnem hominem trahit.
¶ Item cui homo cavere debe-
re non poterit. Eccl. iiii. quod noli te
resistere contra faciem pote-
ntis nec coneris contra ictum
fluvii. ¶ Item culpe. Naum
ii. porte fluviorum aperte sunt et tem-
plum ad solum dirutum
et loquitur hic de quatuor flu-
viis inferni qui sunt odium
fraternum ardor carnalis vo-
luptatis oblivio dei tristicia
mundi que sic nominantur
in poetis scilicet in tempore odium
flegiton ardens lethes oblivio
cochitus luctus scilicet flegeton
lethes cochitus. ¶ Item est fluvius
captivitatis. Eze. i. cum essem in me-
dio captivorum iuxta flumen
chobar aperti sunt celi et hic
fluvius celestis qui dividitur
in quatuor capita que sunt dilec-

dei sunt proximi et inimici et hi figu-
rantur per illa quatuor capi-
ta fluminis celestis qui vocantur
Gen. ii Gyon Physon Tigris
et Eufrates et cetera etc.

Folium est multiplex quia
est folium virencius fi-
dei Gen. viii columba
venit ad noe ad vespe-
ram portans ramum olive vi-
rentibus foliis columba que
est noe per xpus vespera mortis oli-
va vna virencia folia fides
est nunc que est administranda ¶
Item est folium timoris Levit.
xxvi terrebit eos sonitus folii
volantis. Item humane fra-
gilitatis Job xiii contra foli-
um quod a vento rapitur etc. Item
ubi diuini Ps. et folium eius
non defluet. Item bone cogi-
tacionis Eccl. vi ne te extol-
las in cogitacione anime tue
velut thaurus ne forte e-
lidatur virtus tua per stulticiam
et folia tua comedet et fruc-
tus tuos perdat folia vocat ibi
cogitaciones ¶ Item est folium
bone operacionis Prov. i ... iusti
autem quasi folium virens ger-
minabunt. Item fame redo-
lentis Jer. xvii benedictus vir
qui confidit in domino et erit dominus
fiducia eius et pro et foli-
um eius viride Eze. xlvii non
defluet folium eorum et non defi-
ciet fructus ¶ Item instabili-
tatis Ys. , cecidimus quasi foli-
um vniuersi nos ¶ Item diuine
perfusionis Apoc. xxii fo-
lia ligni ad sanitatem gencium

Fons est multiplex cuius pec-
cator xiii adducet ventum
vrentem dominus et post
et desolabit fontem eius. Et
hic multiplex quia est fons
anime Gen. ii fons ascendit
de terra irrigans vniuersam
superficiem terre ¶ Item luxu-
rie Eccl. xxvi sicut viator
siciens ad fontem os aperiet et

loquitur de lupula ¶ Item est fons
exempli Prov. xxv fons tur-
batus et vena corrupta ¶ Item
est fons gracie Num. xx Domine
deus audi clamorem ple-
bis et aperi thesaurum tuum
fontem aque viue et tho-
mudat Zach. xiii erit fons
patens domui David et iu-
dith xii exibat in valle Be-
thulie et baptisabat se in fon-
te etc. ¶ Item rigat Joel iii
fons de domo domini egredietur
et irrigabit torrentem spinarum
¶ Item fructum generat Prov. vi
si impiger fueris veniet ut
fons messis tua ¶ Item est fons
doctrine Prov. xviii aqua pro-
funda verba ex ore viri et tor-
rens redundans fons sapiencie
Eccl. i fons sapiencie verbum dei in
excelsis et hic erudit Prov. xvi
fons vite erudicio pos-
sidentis. Item vitam addu-
cit Prov. xiii lex sapientis
fons vite ut declinet a rui-
na mortis ¶ Item aquas con-
solacionis tribuit Ys. xii hau-
rietis aquas de fontibus sal-
vatoris fons salvacionis sunt
ipsi apostoli qui nobis tribuunt
aquam perfeccionis ewangelice
Exo. xv quod venerunt autem
in Helim filii Israel ubi erant
duodecim fontes ¶ Item est
fons prancie Cant. iiii ortus
conclusus fons signatus de
quo hauritur aqua virgini-
tatis Gen. xxiv ecce ego sto
prope fontem aque et filie habitatorum
huius civitatis egredientur
ad aquam hauriendam ¶ Item
aqua honestatis Prov. v deriventur
fontes tui foras ¶ Item aqua
puritatis Cant. iiii fons ortorum
puteus aquarum viuencium. Item est fons
vite Bar. iii a fonte qui est sa-
piencie fluis humanam sangui-
nem dedisti in iustis hic est
fons qui emanat de latere Ihesu
Christi et hic fons debet esse de

desiderabilis Ecc. xiv quis habitabit
capiti nece etc. Item indefec-
tibilis et ideo dicitur ipsi mise-
ricordi Ys. lviii eris sicut or-
tus irriguus et sicut fons aq-
uarum cuius non deficient aque
et propter hoc dicitur Hest. quod fons
parvus crevit in flumen mag-
num Item debet esse communicabi-
lis Prov. v derivent fontes
tui foras ¶ Item est fons glorie
Apoc. vii quod agnus qui in medio
throni est reget illos et deducet
illos et adducet ad vite fonte
aquarum. Et hic delectat ps. tor-
rente voluptatis potabis eos ¶ Item de-
siderium ampliat ps. quemad-
modum desiderat cervus ad fon-
tes etc. ¶ Item saciat Ys. xlix non
esurient neque sitient et non
percutiet illos ullus estus
quia miserator eorum reget
eos et ad fontes aquarum po-
tabit eos etc.

Fornax est multiplex
Sap. v tamquam aurum
in fornace etc. ¶ Item humi-
litatis Ecc. ii in igne probatur
aurum et argentum etc. ¶ Item
dilectionis Ecc. xliii fornacem
custodiens in operibus ardoris
¶ Item culpe iii Re. viii populus
tuus et hereditas tua est quam
eduxisti de fornace ferrea
egipti ¶ Et hec septuplex est
secundum quod sunt septem capita-
lia vicia quia est fornax
superbie Prov. xxvii quia probatur
argentum in fornace et in con-
flatorio aurum sic homo
laudatur ore laudancium
qui est fornax ad examinacio-
nem superborum ¶ Item est fornax
invidie Deut. iiii vos autem
tulit Dominus et eduxit de forna-
ce ferrea egipti Egiptus inter-
pretatur meror seu tenebre
fornax ergo egipti est invidia
que est tenebrosa in quantum
appetit alienum bonum ¶ Item

dicitur ferrea propter obstinacionem
et inflexibilitatem que est in ea
¶ Item est fornax avaricie Ecc.
xxxviii vapor ignis urit car-
nes et in calore fornacis concer-
tatur ignis est cupiditas cuius
vapor fumus urit carnes
eius in cogitando sed homo
in fornacis calore id est aspecti-
on avaricie concertatur id est totus
destruitur ¶ Item est fornax
accidie Eze. xxii omnes isti es et
stagnum et plumbum et ferrum
in medio fornacis scoria ar-
genti facti sunt, non dicit ar-
gentum sed scoria argenti quia
bonitati non attendunt sed semper
ad malum tendunt ¶ Item est
fornax ire Apoc. ix ascendit
fumus putei sicut fumus
fornacis magne et obscura-
tus est aer de fumo putei
et de fumo putei exierunt lo-
custe et data est eis potestas sicut
habent scorpiones fornax ista
est fornax ire que in corde
succenditur sicut in quodam
puteo putenti cum dicitur propter
profunditatem suam ante ipsa ver-
ba contumeliosa de quibus
obscuratur aer id est mobiles
imperfecti locuste que de fumo
exeunt sunt odia quibus data
potestas scorpionum per que dantur
intelligi proditiones et crude-
litates ¶ Item est fornax gu-
le Ecc. xxxviii de figulo vigi-
lia sua mundabit forna-
cem figulus qui operatur de
luto significat ventrem qui car-
nem lutosam inquinatam ut co-
culcat iste in quem vigilia sua
id est diligencia fornacem gule
succendat per abstinenciam ¶ Item
est fornax luxurie et hoc significat
Dan. iii ubi dicitur quod nabuchodonosor
fecit succendi eam ex nappa et
stuppa et pice et malleolis id est sep-
tuplum magis quam consueve-
rat et fecit proici in eam tres pueros

quos liberavit dominus qui fecit
medium fornacis etc. Fornax
ista est carnalis concupiscen-
cia quam hodie succendit na-
buc i. dyabolus quia modo satis
amplius regnat illa concu-
piscencia quam solebat. ¶ Et
nota quod dicit septuplum eo quod ho-
die septem modis peccatur in
luxuria quia in stupro sive
in defloracione fornicacione
adulterio incestu sacrilegio in
mollicie et sodomitico vicio.
Secundo quod ex quatuor succen-
ditur fornax ista ex nafta
que genus fomenti aptum
persis ut dicit salustius vel
nafta sunt ossa olivarum arte
facta intra babilonis que flu-
unt admodum bituminis ut
dicit glosa super locum istum bitu-
men et nafta intelligitur originalis fomes qui multum facit
ad succensionem huius concu-
piscencie ¶ Item ex stuppa per quam
significatur vanitas mundi ysa. i
quod favilla stuppe erit forti-
tudo vestra ¶ Item ex pice per quam
significatur voluptas iuxta illud
eccl. xiii qui tetigerit picem etc.
¶ Item ex malleolis que sunt
sarmenta in quibus exprimitur
affectus cupiditatis. Hec enim
quatuor cupiditas vanitas
voluptas fomes originalis
succendunt istam fornacem
prius sunt iusti quos liberat dominus
de hac fornace per graciam quam
infundit eis que hic per ventum
roris designatur. ¶ Item
est fornax temptacionis et
de hac dicitur hic tamquam au-
rum in fornace et hec septu-
plex est similiter eo quod sunt sep-
tem temptaciones ut dicit
hugo dubia occulta fraudu-
lenta violenta subdita in-
terna et completa. ¶ Item est for-
nax penitencie et hoc signatur gen.
xv ubi dicitur vidit favilla

ascendentem de terra quasi forna-
cis fumum. ¶ Et ista est septu-
plex iuxta illud ubi dicitur iob
v in sex tribulacionibus libe-
rabit etc. humilitatis vel dic quod
¶ prima est humilitatis ysa. in
homines non receptibiles in
camino humilitatis etc. ¶
Secunda est paupertatis ysa. xlviii
in elegi te in camino pau-
pertatis. Tercia est contricionis
interioris. Exo. xix totus mons
syna fumigabat eo quod des-
cendisset dominus super eum in ig-
ne et ascendit fumus inde quasi
de fornace. Mons syna
est ipsa anima ubi data
precepta ad memoriam indele-
bilem scripta quod debetur elevari
per contemplacionem et ideo dicitur
mons syna sed fumigat
per ardentem contricionem cum
dominus descendit in igne et
fumus ascendit quasi de forna-
ce cum intus videns lac-
rimosam devocionem. ¶ Item
quarta est fornax penitencie ex-
terioris iuxta illud eccl. xx-
vii vasa figuli probat fornax
etc. ¶ Item quinta est penitencie sa-
cramentalis eccl. xliii fornacem custodiens in operibus
ardoris. ¶ Item sexta est pur-
gatorii ubi dominus sedebit con-
flans et emundans etc. malach.
iii in hiis omnibus purgantur
sancti tamquam aurum. ¶ Item
ultima erit ... dampnacionis mt. xiii separabunt
angeli malos de medio
iustorum et mittent eos in cami-
num ignis ibi erit fletus.

Fornicacio. Circa for-
nicacionem nota que
valent ad fornicacio-
nis detestacionem que prebent
fornicacioni occasionem et
remedia. ¶ Circa primum nota
quod ad detestacionem fornica-
cionis multa faciunt quorum.

Primum est impietas. Ut de fallaci
muliere dicitur Prov. v novissima
illius amara quasi absinthium.
¶ Secundum est feditas. Glo. super illud
i ad Cor. vi cetera vicia tantum animam
maculant, fornicatio vero non
tantum animam sed corpus coinqui-
nat. ¶ Tertium est infamia. Ezech.
xvi incluisti femora tua om-
nibus et pro dedisti maculam
in gloriam tuam. ¶ Quartum est gaudi-
um demonum. Glo. super levi-
ticum demones omni peccato gau-
deant, precipue tamen gaudent
de fornicatione et ydolatria. ¶
Quintum est ardor. Job xxxi.
ignis usque ad consummationem
devorans flammigero igne
perurit femina conscientiam. ¶ Circa
secundum notandum quod multa sunt que
prestant occasionem huic peccato.
¶ Quorum primum est ocium secundum
saturitas. Ezech. xvi hec fuit
iniquitas Sodome sororis
tue superbia saturitas panis
et ocium. ¶ Secundum est aspectus mu-
lierum et colloquium. Gregorius
Eccl. non licet intueri quod non
licet concupisci. Eccl. ix non
concupiscas virginem ne forte
scandalizeris in decore illius.
Ecclesiastici ix de aliena mu-
liere ne sedeas omnino nec
accumbas cum ea super cubi-
tum. ¶ Circa tertium notandum quod mul-
ta sunt remedia contra fornica-
tionem. ¶ Quorum primum est fuga.
i Cor. vi fugite fornicationem.
Et nota quod quidam frequentant
mulieres propter sanctitatem
earum. Jeronimus: Si pudiciciam
quis feceris quam videris
bene conversantem mente di-
lige non corporali frequentes
ornatum. ¶ Secundo propter proprie cas-
titatis fiduciam. Jeronimus: os-
tiolum tuum aut raro aut
numquam ingrediantur mu-
lieres nec sub eodem tecto
manseris cum eis nec in preterita
castitate confidas nec David
sanctior nec Sampsone for-
tior nec Salomone sapien-
tior es. ¶ Item fixas mentes
libido domat. ¶ Tertio propter con-
sanguinitatem. Jeronimus: Si quis
quam nuditas mulieres mul-
lanio ut dimitte memento
quod Thamar a fratre suo corrup-
ta est. ¶ Secundum remedium est
amor scripture. Jeronimus: ama
sacras scripturas et vicia car-
nis non amabis. ¶ Tertium
est pietas. Ambrosius: Si quis
iniuriam sequitur, si ludibrium
carnis patiatur, vapulabit quidem
sed non peribit. ¶ Quartum est
divina gratia propter quod dicitur
Sap. viii non possum esse continens
nisi deus dederit. ¶ Quintum est co-
gitare deformitatem corporis
in morte. Gregorius: nichil adeo
valet ad domanda carnis
desideria quam cogitare qualis
sit futura mortua. ¶ Sextum
est abstinencia. Augustinus: carnem
tamen oportet restringere, non
extinguere. De pane et non
opprimere, frenat ne seviat,
ancillentur ne dominetur,
alioquin qui secundum eam vixerit
morietur et cetera.

Fores sunt multiplices
quia voluptatis carnis
Prov. v a longe fac ab eo
viam tuam et ne appropinques
foribus domus eius et loquitur
de carnalitate. ¶ Item curiositatis
Prov. ix Mulier fatua et cla-
mosa plenaque illecebris nichil
omnino sciens sedet in foribus
domus sue. ¶ Item vanitatis
Gen. iiii Nonne si bene ege-
ris recipies, si autem male
statim in foribus peccatum aderit.
¶ Item sanctitatis Prov. viii
Beatus qui audit me et vigilat
ad fores meas cottidie. ¶ Item
sapiencie et vitalis Sap. vi
assidentibus illam in foribus

inueniet eloquium de sapiencia
¶ Item excepcionis excepcionibus Joh.
xx cum fores essent clause
etc. ¶ Item angeli de sodomam
vespere sedentem loth in foribus
ciuitatis et cetera

Formauit deus ad sue y-
maginis reputacionem
Gen. ii formauit dominus
deus hominem de limo terre ¶ Item
ad honoris exaltacionem ps.
deduco que formasti certa ad
illudendum ei ¶ Item ad opera-
cionem Ysa. xliii omnem qui in-
uocat nomen meum in gloria mea
creaui et formaui eum ¶ Item
ad commodam perfeccionem Amos
iiii preparare in occursum dei
israhel quia ecce formans mon-
tes et creans ventum et annun-
cians homini eloquium ¶ Item ad per-
feccionem oris in eloquio cor-
dis in vento contemplacionis in
monte ¶ Item reformat ad
gloriam ad philippenses iii saluatorem
expectamus etc.

Fortitudo. Circa forti-
tudinem nota descripcio-
nes commendaciones ad-
iutoria diuisiones effectus
et partes ¶ Circa primum nota quod
fortitudo est amor facile
omnia tollerans propter id quod
amatur ut dicit Augustinus in libro
de moribus ¶ Item Tullius in
prima rethorica fortitudo est
considerata periculorum suscep-
cio et laborum perpessio ¶ Item in
secunda rethorica fortitudo est
magnarum rerum appetitio
et humilium contemptio et cum
racione utilitatis laborum perpes-
sio ¶ Item Macrobius for-
titudinis est animam supra
periculum metum agere nil
nisi turpia metuere et pro-
spera et aduersa fortiter tollerare
¶ Circa secundum nota quod ad commen-
dacionem fortitudinis ¶
Primo valet frequens animo-

cio septimo Josue i confortare
et esto robustus Thob. iiii in forti
animo esto ¶ Secundo quia competit
statui electionis in quo su-
mus Job vii milicia est uita
hominis super terram ¶ Tercio quia
uilis est fortitudo corporis cum
fortitudine anime Ysa. i forti-
tudo vestra quasi fauilla stu-
ppe ¶ Circa tercium quod multa sunt
que iuuant fortitudinem
quorum primum est exhortacio
viri i Machabeorum legitur de Juda
qui armauit socios non clipei
vel haste munitione sed ser-
monibus optimis ¶ Secundum
exemplo bonorum ut legitur de
Eleazaro qui decessit exem-
plum virtutis et fortitudi-
nis relinquens ¶ Tercium est
excitacio Guil. ad fratres de mon-
te dei voluntas dei usum
visus exercitium exercicium mire
in omni labore subministrat
¶ Quartum est fides merce-
dis operum fortium audiendo ii pa-
ralip. xv confortentur ma-
nus vestre et non dissoluentur
erit enim merces operi vestro ¶ Quin-
tum timor Prov. xiiii in ti-
more domini fiducia fortitu-
dinis ¶ Sextum infirmitas
Bern. super Cant. optanda est
infirmitas que Christi virtute
compensatur quis dabit mi-
chi saluum infirmari sed pe-
nitus destitui et penitus
deficere a memetipso ut
deum virtutum virtute stabi-
liret ¶ Septimum spes Ysa.
xxx in silencio et spe etc. ¶
Octauum sapiencia Prov. xxiiii vir
sapiens fortis est ¶ Nonum
disciplina corporis hostem
domesticum debilitans Rubg.
Quamuis mirum si hoste debili-
tato fortior erit ¶ Decimum
oracio Exo. xvii cum eleuabat
manus moises vincebat
amalech et ideo dicitur i Mac. iii in oracione

¶ Circa quartum nota quod fortitudo fi-
dei in Petro in cui resistite fortes
in fide ¶ Item spei Ys. qui sperant
in domino etc. ¶ Item caritatis Gen(esis)
xxxii Si contra deum fortis fu-
isti etc. Cant(ica) fortis est ut
mors dilectio ¶ Item castitatis
Prov(erbiorum) ultimo accinxit lumbos
suos fortitudine ¶ Item pacie(ntie)
ibidem manum suam misit ad
fortia ¶ Item confessionis ibidem
fortitudo et decor indumentum
eius ¶ Item pugne et hoc impa-
ciendo Prov(erbiorum) xxx leo fortissimus
bestiarum ¶ Item in aggrediendo
Mt. Estote fortes in bello etc.
¶ Circa quintum nota quod multi
sunt effectus fortitudinis ¶ Pri-
mus est quia deum letificat
Neemie viii gaudium domini for-
titudo nostra ¶ Secundus est quod de
hostibus triumphat ii Re(gum) xxii
accingit in fortitudine ad pre-
lium ¶ Tercius est quia omnia bona
sua servat Luc(e) xi fortis ar-
matus etc. ¶ Quartus quia ditat
Prov(erbiorum) xi robusti habebunt divicias
et Prov(erbiorum) x manus fortium dita-
bitur etc. ¶ Quintus quia reg[num]
celum violenti accipiant Mt. xi
regnum celorum vim patitur
et ad hanc fortitudinem nos
invitat dominus Ys. lii consur-
ge consurge induere forti-
tudine etc. et ideo hanc debemus
querere et optare propter multa
¶ Primo quia hanc quesivit
Prov(erbiorum) ultimo ubi
dicitur de forti muliere quod
accinxit fortitudine lum-
bos suos fortitudo ista est
virtus ad expugnandam
fortitudinem malam illa
cum fortitudine malam
mutant sancti in istam bo-
nam Ys. xl qui sperant in
domino mutabunt fortitudi-
nem etc. ¶ Secunda causa talis
est quia talis fortitudo est
sapientia Prov(erbiorum) xxiiii vir sapiens
fortis est et vir doctus robus-
tus et validus ¶ Tercia est quia
domus propria est viri iusti Prov(erbiorum)
xv domus iusti plurima fortitudo
¶ Quarta causa est quia via est per quam
vadit ad cor hominis Prov(erbiorum) x forti-
tudo simplicis via domini ¶ Quin-
ta quia ipse Christus erit precium for-
cium Prov(erbiorum) ultimo mulierem
fortem quis inveniet Muli-
er est racio que fortis est cum
bene disposita et ordinata est
longe precium est de ultimis fini-
bus terre ¶ Ultimus finibus est
divinitas alius humanitas
¶ Circa sextum nota quod secundum Tul-
lium in prima rethorica quatuor
sunt partes fortitudinis que
sunt magnificencia fidu-
cia paciencia et perseverancia
¶ Item secundum Macrobium sep-
tem sunt magnanimitas
fiducia securitas magnifi-
cencia constancia tollera-
cia firmitas ¶ Magnificencia
est negociorum difficilium
preclarorum consummacio ut dicit
Macrobius ¶ Fiducia est certa
spes animi producendi ad finem
rem inchoatam ut dicit Mach-
robius Paciencia est utilitatis
et honestatis causa rerum arduarum
et terribilium voluntaria ac diu-
turna perpessio Tullius in prima
rethorica idem perseverancia
est in re bene considerata sta-
bilis et perpetua permansio ¶ Mag-
nanimitas est terribilium spon-
tanea et racionalis aggressio
ut dicit Macrobius ¶ Secu-
ritas est habitus in iniectis
in comoditatibus et rei inchoate
affines non formidantur
et finiuntur a libro Aristotilis in
Ethica qui dicit quod fortis est
intimidus mali ¶ Constancia
est humilitas animi firma et disposita
Foramine est nil ¶ Perseverancia
triplex Mt. xix Facilius
est camelum intrare etc. ¶ Hec

passionis domini Deut. xi Surge
anima et pone in foraminibus
petre etc. Item interioris con
punctionis Cant. v Dilectus me
us misit manum suam etc.
Item pure Jer. xlviii Estote quasi
columba nidificans in summo
ore foraminis. Item puritatis
Ys. xi Et super foramina et in ca
verna reguli qui ablactatus
fuerit manum suam mittet.

Formido. Circa formidinem
nota qualiter dividitur
et que generant formidi
nem et que repellant eam.
Circa primum nota quod est formi
do iudicii Job xiii Manum
tuam fac longe a me et for
mido tua non me terreat.
Item temptationis Job xxii
Circumdatus es laqueis et
conturbat te formido sub
ita. Item pene temporalis Deut.
xi Terrorem vestrum et formidi
nem dabit dominus deus super
omnem terram quam calcatu
ri estis. Item penitencie
Job xviii Undique terrebunt
eum formidines. Circa secun
dum quod multa sunt que generant
formidinem scilicet tempestas
aperte aeris que signat divinas
comminationes Ps. A voce toni
trui tui formidabunt. Item
crudelitatis aperte animalium
irrationabilium et hoc signat potestatem
demonum Job v Bestias terre
non formidabis. Item po
testas aperte hominum et hoc signat
persecutiones temporales Ys. vii Vi
de ut sileas noli timere et cor
tuum non formidet a duabus
caudis titionum. Item bonitas
divina i Reg. ii Dominum formida
bunt adversarii eius. Item pusil
lanimitas Deut. xx Quis est
homo formidolosus. Circa tercium
quod quatuor defendunt a for
midine prudentia divina Jer. x
xx non erit quem formidet quia
ego tecum sum et Deut. xx No
li cedere nec formidetis quia deus
in medio vestri est. Item bona
societas Judicum vii Si solus
ire formides descendat
tecum Phara puer. Item
pastorum sanctorum Jer. xxiii Sus
citabo super eos pastores qui
pascent eos et non formida
bunt ultra. Item securitas
divina Jo. xiiii Non turbetur cor
vestrum neque formidet etc.

Fovea est multiplex
prime Sap. x Descendit
cum illo in fovea. Item
invidie Ps. Lacum aperuit et
effodit eum etc. Item malicie Eccl.
xii In labiis suis indulcat
inimicus et in corde suo insi
diatur ut subvertat te in fo
veam. Item luxurie Prov.
xxii Profunda fovea os ali
ene et xxiii Profunda fovea
meretrix. Item avaricie Ys.
xxxiiii Ibi habuit ericius
foveas. Item simulationis
Jer. xviii Numquid redditur pro bono
malum etc. Eccl. xxvii Qui
fodit foveam etc. Item eterne
dampnationis Ys. xxiiii
Formido et fovea et laqueus.

Frangere est multiplex legis
Exo. xxxiiii Scribam
super tabulas verba que
habuerunt tabule quas
fregisti. Item instabilitatis
ii Reg. xi Hec dicet Joab non
te frangat ista res varius
est enim eventus belli. Item
ire et crudelitatis Prov. xv
Responsio mollis frangit
iram. Item pusillanimita
tis Ys. lviii Frange esurienti
panem tuum. Tren. iiii Parvuli etc.
Item panis sacramentalis
Mathei xxvi et panis que fran
gitur pro refectione corporis etc.

Fraternitas est multiplex
bona et mala. Mala
in viciis consistit ...

tencione i ad Cor vi frater
cum fratre in iudicio conten
dit ¶ Item in predicacione et mali
pontacione Actuum vii omnes in
sanguinem insidiantur frater
fratrem suum venatur ad mortem
Item in mendacio et derisione
Ier ix vir fratrem ridebit et ve
ritatem non loquentur ¶ Item
in fraudulencia et decepcione
Ier ix Omnis frater supplantans
supplantabitur et omnis a
micus fraudulenter incedet
¶ Item in fratrum impugnacione
et persecucione Ysa xix a pug
nabit vir contra fratrem su
um et vir contra amicum
suum Zach vii vir fratri su
o ne prec ¶ Item in odio et
rancore Gen xxxvii fratres Ioseph
paruis oderunt eum iste
in mala confessione Iob xxx
frater fui draconum etc ¶ Item
est fraternitas generis i Pet ii fra
ternitatem diligite ¶ Et notan
dum quod hec fraternitas in hiis con
sistit in mutua supportacione
quo ad peccata iuxta illud Gal
vi alter alterius onera portate
etc in quo notantur homines fra
ternitatis amatores quod
dicitur i Pet iii unanimes
estote et fraternitatis ama
tores quod sit per compassione
venientes ad fraternitatis ama
tores et optima est talis
supportacio quia generat secu
ritatem Eccl fratres qui ad
iuvatur a fratre etc ¶ Item in vo
luntate superioris adimple
cione Act quecumque fecerit etc
¶ Item in fratrum reuenien
cium aperta congratulacione Luc
et pater familias congratulans
de filio prodigo reuertente dicit
fratri eius epulari et gaudere
oportebit quod dicat quod frater eius de fre
reuertente de peccato te gaudere
oportet ¶ Item in unitate Ps
Ecce quam bonum et quam iocundum

etc Hec fraternitas valet ad pa
cis conseruacionem Gen xiii
dicit Abraham ad Loth queso
ne sit iurgium quia fratres
sumus fraternitas pacem inquirit ¶ Item ad
pietatis commocionem Gen
xliii legitur commota sunt
viscera eius etc ¶ Item ad humi
litatem Mat xxiii dilatant phi
lacteria et post omnes vos fratres
estis etc quod dicit in olitoris super
poctarum superbia sed fraterni
tatis humiliacionem ¶ Item
ad hostium expugnacionem
i Mach iii surrexit Iudas qui
vocatur Machabeus filius eius
pro eo et adiuuabant eum fratres eius

Fraus est multiplex
Cordis Eccl i cor tuum
plenum est dolo et falla
cia ¶ Item oris Actuum xiii lingua
eorum fraudulenta mortifera
et hec est oriundo Ier xxxiv fa
ciunt loquentur ad eum frau
dulenter et vacuam faciet ma
gnificenciis Iob xiii an decipi
tur ut homo fraudulentiis
vestris ¶ Item in mencione
Osee ix de Gabaonitis cum nos
decepere fraude voluistis ut
diceretis procul a nobis ha
bitamus cum in medio nostri
¶ Item adulando Prov xxiv
rapinas meditatur mens
eorum et labia eorum fraudes
loquuntur ¶ Item consulen
do Prov xii consilia eorum frau
dulenta ¶ Item est fraus operis
Ier ix omnis amicus fraudu
lenter incedet Et hec multi
plex quia primo in omnibus Eccl x
xiv fraudabunt eum peccata sua
et possidebit illum in unctis
gentes Prov xxvi sicut no
xius qui est qui mittit
lanceas ita vir qui frau
dulenter nocet amico suo
¶ Item calliditatis Gen xxvii
venit germanus tuus frau
dulenter et accepit benediccionem tuam

Item malicie et rancoris p(ro)v(erbiorum) x-
xvj qui operit odium fraudulent(er)
revelabitur malicia sua in
consilio // Item cupiditatis g(e)n(esis)
xliiij contra sanguinem suum
insidiantur et moliunt(ur) frau-
des contra animas suas // Le-
vit(ici) vj // Item in conveniendo
Cap(itulo) x in fraude convenie-
ncium cum affuit // Item in recipi-
endo // Actuum v de Anania et
Saphira qui fraudavit de p(re)-
cio agri // ij ad Cor(inthios) vj quare no(n)
magis in iuria accipi(tis) quare
non magis fraudem pati(mini) // Item
q(uo)d alienum est in subtrahen-
do // Jacob v ecce merces operario-
rum qui messuerunt regi-
ones vestras que fraudata e(st)
a vobis // Item q(uo)d hee fraudes
sunt vitande tum quia animas
occidunt // p(ro)v(erbiorum) i moliunt(ur) fra-
udes c(ontra) a(nimas) tum quia sp(iritu)m s(an)c(tu)m
a se excludunt ut patet Act(uum)
v de Saphira Anania tum q(ui)a
deum offendunt // Jacob v ecce
merces etc. tum quia nullum
lucrum spirituale inveniunt // p(ro)v(erbiorum)
xij non inveniet fraudulentus
lucrum tum quia archana
revelare talium est // p(ro)v(erbiorum) xj qui
ambulat fraudulenter reve-
lat archana tum quia commis-
si fraudulentus est in spiritum
p(ro)v(erbiorum) xx ei qui revelat misti-
cia et ambulat fraudulenter
et dilatat labia sua ne commis-

Fremitus est ecaris
multiplex iusticie p(ro)v(erbiorum) x-
ix sicut fremitus le-
onis ita et ira regis // Abacuk
iii in fremitu conculcabis
terram // Item murmuris et mini-
dicens // ps(almus) quare fremuerunt gen-
tes // Item macerandis // Naum
iii vox flagelli et vox impe-
tus rote et equi frementis
Item in iudicio // ps(almus) peccator vide-
bit et irascetur dentibus suis
fremet et tabescet // Item iusticie // Ecc(lesiastic)i xxxi

dines iniuste egit et fremebat

Frenum est multiplex si-
lencii // Job xxx frenum
posuit ori meo // Item affli-
ctionis // ps(almus) in chamo et freno
maxillas eorum etc. // Item virtutis
Ecc(lesiastic)i xxviii verbis tuis facito
stateram et frenos rectos ori
tuo // Item Ys(aie) xxx frenum
quod erat in maxillis populorum
... erit nobis // Item dis-
crecionis // Ez(echielis) xxxviii ponam
frenum in maxillis tuis et
educam te // Item temperancie
Jacob iii frenum concida totum
corpus // Item laudis // Ys(aie) xlviii fre-
nabo te laude mea etc.

Frequencia est multiplex
egestatis et ignorancie
p(ro)v(erbiorum) xiiii ubi verba sunt
plurima ibi frequenter egestas
Item prudencie // Eccl(esiast)es xii frequens
meditacio est carnis afflictio
Item culpe // Dan(ielis) xiii isti fre-
quentabant domum Ioachim
Item gratitudinis laudis // Ecc(lesiastic)i xx-
xviii bene cane frequenta can-
ticum ut memoria tua sit
Item gl(ori)e // Hebr(eos) xii accessistis
ad Syon montem et civitate(m)
dei viventis Ierusalem celestem
et multorum angelorum frequenciam

Frigus est multiplex
temporalis miserie // Job xx-
iiii nudos dimittunt
homines indumenta tollentes
quibus non est operimentum in fri-
gore // Item iudicialis sentencie
ps(almus) ante faciem frigoris eius
quis sustinebit // Item pigricie
p(ro)v(erbiorum) xx propter frigus piger arare
noluit // Item gaudii // p(ro)v(erbiorum) xxv a-
qua frigida anime sicienti et nun-
cius bonus de terra longinqua
Item infidelitatis // Joh(annis) xviii
et frigus erat // Item suggestio-
nis dyaboli // Ecc(lesiastic)i xliii ventus
frigidus aquilo flavit // Item
pene eterne // Zach(arie) xiiii in die
illa non erit lux sed frigus et gelu etc.

Frons est multiplex sci-
ture. Eze. xvi exaltata
est statura eius inter
frondes et commutiur ubi fron
des quibus septitur. Item prosperita
tis mundane. Eze. xxxi. ecce as
sur quasi cedrus in libano pul
cher ramis et frondibus nemo
rosis. Item vanitatis et culpe
Eze. xxxi. in frondibus eius ge
nuerunt omnes bestie sal
tus. Item eloquentie. Ozee x. vi
tis frondosa Israel etc. Item gra
tie Eccl. xxx. frondete in gratia etc.

Frons est multiplex quedam
frons signata signo
vite. Eze. ix. signa thau
super frontes gementium. Apoc.
vii. Nolite nocere etc. et post quo
usque signemus etc. Item orna
ta ornamento gratie. Exo. xxviii.
facies laminam auream et post
ligabis eam in vittam iacin
tinam et erit desuper imminens ti
are fronti summi pontificis.
Item septima lumine glorie. Apoc.
ultimo. videbunt faciem eius
et nomen eius septimum in fron
tibus eorum. Item cauteriata
cauterio bestie. Apoc. xiii. et
faciet pusillos et divites et
magnos et pauperes servos et
liberos habere caracterem in ma
nu dextera et in frontibus suis.
Item signata signo impruden
tie. Je. iii. frons meretricis tibi
effecta noluisti erubescere. Item
signo lasciviae. Ysa. iii. gemmas
in fronte pendentes. Item
est frons induriata pro obsti
natione et impietate. Ysa. xlviii.
scio enim quia durus es et ner
vus ferreus cervix tua et frons
tua erea. Item est frons
obdurata duricia inobedien
tie. Eze. iii. omnis quippe domus
Israel attrita fronte est et duro corde.

Fructus. Sunt qui non
afferunt fructum. Et sunt
qui afferunt fructum
maledictum. Et sunt qui affe
runt fructum sed benedictum. De pri
mo dicitur Sap. iii. qui abicit disci
plinam infelix est et vacua est
spes eius et labores sine fructu.
Et nota quod septem sunt que
impediunt afferre fructum. Lo
custa i. superbia. Prov. dixit i. vel
locuste. Eccl. vi. ne extollas
te in cogitatione tua anime
ne forte elidatur virtus tua
et folia tua comedat et fruc
tus tuos perdat et relinqua
ris velut lignum aridum
in ~~igne no~~ ~~heremis~~ heremo.
Secundum est eruca luxurie ignis
enim devorans usque ad con
sumptionem et omnia genimina
eradicans. Eccl. ix. ne des for
nicariis animam tuam in ullo ne
perdas te et animam tuam et heredi
tatem tuam. Item est bru
chus i. gula bruchus enim to
tus est in ventre. Phil. iii. in quorum
deus venter est etc. Tren. i. se
nes mei consumpti sunt
quia quesierunt cibos. Quar
tum est rubigo que facit
putrescere segetes hoc est a
varicia unde avaris dicitur Iac.
v. qui amat divicias etc.
De his quatuor Joel i. resi
duum eruce comedit locus
ta etc. Quintum est arefactio
accidie. Oz. ix. radix eorum ex
siccata est nequaquam faci
ent fructum. Sextum est
ignis iracundie. Ps. tradi
dit possessiones eorum. De vulpibus
sampsonis Judicum xv.
Septimum est pruina in
vidie que exsiccat. Ps. occidit
mores eorum in pruina
et ideo qui non ferunt
maledicentur, excidentur
et in ignem mittentur. Male
dicentur quia fructum non fece
runt. Maledicebatur ficus
in lege unde significantur
per ficum cui maledixit dominus

Math. xxi. excidentur a corde
eorum in quo peccatum non man-
sisset et hoc fiet in iudicio quando
agni diuidentur ab edibus et
hoc quia vacui coram deo
apparuerunt cum tamen dicatur
in lege non apparebis in conspectu
domini dei tui vacuus et post in
ignem mittentur eorum corpora
ad nichilum apti fuerunt de his
dicitur Luc. vi. omnis arbor
que non facit fructum etc. Item
sunt qui fructum afferunt sed
malum Amos vi. conuertistis
in amaritudinem iudicium et
fructum iusticie in absin-
thium ille est fructus de quo
dicitur Prov. x fructus impij ad
peccatum iste fructus non debet
afferri quia generat septem ma-
la Eccl. vii non semines mala in
sulcis iniusticie et non me-
tes in ea septuplum generat
ergo punicionem in appeten-
do vnde contra maledicta dicitur
Gen. iii spinas et tribulos etc. Item
acerbitatem in perpetrando Sap.
iii consummatione impiorum et
consummantium et fructus in-
utiles et acerbi ad manducan-
dum. ¶ Item mortem in con-
summando Jacobi i peccatum cum
cum consummatum fuerit generat
mortem vnde signatum est per
fructum illum de quo Gen. ii
de ligno autem sciencie boni et
mali ne comedas quacumque
enim die comederis eo etc. ¶
Item maledictionem in perseue-
rando Deut. xxviii male-
dictus fructus ventris tui et
fructus terre tue. ¶ Item per-
turbacionem per consciencie remor-
sionem Prov. xv in fructibus
impij perturbacio. ¶ Item eru-
bescenciam in recogitando
vel in iudicij manifestacione
quando omnia erunt nuda et aperta
oculis iudicantis vnde tunc
dicetur peccatoribus quem fruc-
tum habuistis etc. ¶ Item pena

in eternitate Ier. xvii ego dominus
scrutans corda et probans renes
qui do vnicuique iuxta viam
suam et iuxta fructum adin-
vencionis sue. ¶ Item sunt qui
afferunt fructum sed bonum Hebr.
xiii offeramus semper laudes
hostiam deo fructum labio-
rum confitencium nomini eius
et Ys. creaui fructum labiorum
pacem hijs qui prope et pacem
hijs qui longe. ¶ Scito quod talis
fructus suauis est. ¶ proficuus
nec mirum quia comedunt
de fructu vite cuius folia
sunt ad sanitatem vt dicitur
Apoc. vltimo. ¶ Secundo Ys. xl
qui sperant in domino mutabunt
fortitudinem et posui vos
vt eatis etc. et Ps. et fructus
vester maneat i. duret quod fit
perpetuum. ¶ Tercio dicitur in Cant.
fructus eius dulcis gut-
turi. ¶ Sciendum quod quinque sunt
necessaria ad hoc quod afferat fruc-
tus talis. ¶ Primum est firma
plantacio Ier. xii plantasti eos
et radicem miserunt et profi-
ciunt et faciunt fructum Math.
xiii semen cecidit in terram
bonam etc. terra bona in qua
plantatur et facit fructum
similem est Christus Joh. xv qui
manet in me etc. ¶ Secundum
est irrigacio aque Job xiiii
tremoris illius ad odorem
aque germinabit aqua est
gracia per cuius irrigacionem ger-
minant viri sancti fruc-
tum bone operacionis vnde de
viro iusto dicitur in ps. be-
atus vir qui confidit in
domino et erit quasi lignum quod
ad humorem aque mittit
radicem et erit folium eius
viride nec deficiet aliquando
facere fructum. ¶ Tercium est mor-
tificacio Joh. xii nisi granum
frumenti cadens in terram mortuum
fuerit ipsum solum manet etc. et refertur
ad mortificacionem carnis.

Tertium est purgatio superfluorum. Io-
xv omnem palmitem in me-
no ferentem fructum etc. et resec-
tetur ab amotione superflue.
Quartum est conservatio ne leda-
tur cum adhuc tenera est quod fit
per pacienciam. Luce viii fructum
afferent in paciencia. Iacobi v ecce
agricola expectat fructum pre-
ciosum terre etc. Item nota quod tria genera
hominum debent afferre talem
fructum scilicet activi contempla-
tivi et prelati qui designantur
per tres bonas arbores scilicet
ficum vineam olivam
et ficum. Oliva activum per
illud Ego autem sicut oliva
fructificavi etc. Per ficum con-
templativum. Prov. xxvii qui
servat ficum fructus eius come-
det etc. Per vineam prelatum iuxta
illud Ego quasi vitis fruc-
tificavi etc. Item nota quod activi
duplicem debent afferre fruc-
tum scilicet penitencie et iusticie. Con-
templativi fructum sapiencie.
Prelati fructum lucis et quili-
bet istorum triplex est. De fructu pe-
nitencie Mat. iii facite dignos
fructus penitencie etc. De fructu
iusticie Iacobi iii fructus iusti-
cie in pace seminatur. De
fructu sapiencie Prov. iii beatus
vir qui invenit sapienciam.
De fructu lucis dicit Ephes. v
fructus lucis etc. Primus fruc-
tus valet ad remissionem
culpe Ys. xxvii et hic est fruc-
tus eius ut auferatur peccatum
illius. Item ad infusionem
gratie Os. xiv ut libani apertio etc. Item
ad retribucionem glorie Sap. iii
bonorum laborum gloriosus est fruc-
tus. Item est fructus iusticie
et hic triplex est mortifica-
tionis carnis quo ad se. Ioh. xii
olivam uberem etc. Item
Item obediencie in observan-
cia mandatorum quo ad deum.
Ioh. xv qui manet in me etc.

Item est fructus sapiencie per-
tinens ad contemplativos
et hic triplex est scilicet sciencie ex con-
templacione veritatis devo-
tionis ex pregustacione bonita-
tis. Item humiliacionis ex ad-
miracione divine maiestatis.
De primo Ezech. xvii ubi loquitur
de cedro libani in monte li-
bani plantabo illud et e-
rumpet in germen et faciet
fructum. De secundo Eccl. xxiv
Ego quasi vitis fructificavi.
De tercio Eccl. xi brevis in vo-
latilibus apis etc. Item est
fructus dulcis et hic pertinet
ad prelatos et hic sumitur secundum
triplicem differenciam debet-
tum facere fructum instructionis
quo ad ignorantes arguicio-
nis quo ad peccantes et conso-
lacionis quo ad penitentes.
Ephes. v fructus lucis est etc.
Talibus cum afferentibus tales
fructus dabit deus fructum
glorie. De primo Aug. festinemus
fili ad locum tuciorem ad
pastum suaviorem ad uti-
liorem et feliciorem agrum
ubi habitemus sine metu
habundemus sine defectu
epulemur sine fastidio. Item
iste fructus dabitur activis
Sap. iii bonorum laborum gloriosus
fructus est. Item contem-
plativis Sap. iii felix sterilis
et incoinquinata habebit fruc-
tum in respectione animarum
sanctarum. Item prelatis Hebr.
xii postea autem fructum pa-
catissimum exercitatis per eam red-
det iustis iusticie. Istos fruc-
tus custodiunt angeli et omnes
sancti. Cant. ultimo mille
tibi pacifici et ducenti his
qui custodiunt fructus eius.

Fructificacio est multi-
plex. Ezech. xvii facta
est vinea domini et fructi-
ficavit in palmites etc.

propagines. Item doctrine. Col. i
quod peruenit ad vos sicut et in uni-
verso mundo et fructificat et cre-
scit et loquitur de evangelio.
Item gratie mariti in terra nostra
fructificat, scilicet irrigata rore
gratie. Primo herbam bone co-
gitationis, deinde spicam bo-
ne affectionis, deinde fructum
scilicet bone operationis. Item non est
hoc multiplicatum quia est
fructificatio actionum. Eccli. xi
benedictio dei in mercedem iusti
festinat et in honore veloci
processus illius fructificat.
Item pastorum. Eccli. xxiiii
Ego quasi vitis fructificavi
in etc. Item contemplati-
vorum. Eccli. xxxix obaudite
me divini fructus scilicet quasi
rose plantate super rivos a-
quarum fructificate.

Fruges. Sunt fruges
bone intentionis etc.
Item Num. xviii. Universa fru-
gum initia que gignit hu-
mus et domino deportant cedant
in usus tuos. Levitici ii scilicet
Israel domino primicie frugum
eius. Item bone operationis
Gen. xlvii accipite semina
et serite agros ut fruges habere
possitis. Ysa. xxx. dabitur
pluvia semini tuo ubicumque
seminaveris in terra et panis
frugum terre tue erit uberri-
mus et pinguis. Item iusticie
ii ad Cor. ix multiplicabit
semen vestrum et augebit in-
crementa frugum iusticie
vestre. Eccli. xx qui operatur terram
suam inaltabit acervum fru-
gum. Item mendacii et simu-
lationis. Osee x arastis impie-
tatem et iniquitatem mes-
suistis, comedistis frugem
mendacii etc. etc.

Frumentum est multiplex:
mundane prosperitatis
Ps. a fructu frumenti vini et

Item castitatis quia animam
pulchram reddit et placen-
tem deo. Zach. ix quid bonum
et quid pulchrum eius nisi
frumentum electorum eius et vi-
num germinans virgines. Item
a morte protegit. Jere. xli noli
nos occidere quia habemus
thesaurum in agro frumenti
ordei mellis et olei. In fru-
mento prudentia accipitur, in
ordeo iusticia, in melli de-
votio, in oleo misericordia. Item fer-
tificare facit. Job vii nisi
ignum etc. Item frumentum
caritatis. Ps. valles habun-
dabunt frumento quia ab eo
plebs confirmatur. Joel ii Ecce
ego vobis mittam frumen-
tum vinum et oleum et replebi-
mini eis et non dabo vos
ultra in obprobrium gentibus.
Item satiat. Ps. qui posuit
fines tuos pacem et adipe
frumenti etc. Item ad celum
elevat. Job xxxvii frumentum
desiderat nubes. Item est
frumentum glorie celestis. Jere.
xxxi laudabunt in mon-
te Syon et confluent ad bona
domini frumento vino et oleo etc.

Fuga. Contra fugam in
a quibus est fugiendum
et qualiter fuga divi-
ditur. Fuga primo nos quod
fugiendum est a facie gladii
divine severitatis. Job xix
fugite a facie gladii quia ini-
quitatis ultor gladius est
scilicet pectus dolor. De quibusdam
qui fugiunt a facie divine
bonitatis. Ps. qui videbant me
foras fugerunt a me et alibi fugerunt
qui oderunt eum etc. Item
quidam a facie arcus i. divine
potestatis. Ps. dedisti metuenti-
bus te fugam etc. Sed peius
dolor quia fugiunt a facie
divine veritatis i. increpatione
Ps. ab increpatione tua fugient etc.

Item fugiendū ē aīa pu
sitatis prov iii nō tibi place
at malorū vi fu ob Ezech
dolor est de illis qui fugiunt
a pūcia bone ꝑ societatis de
quibus Iob xxx longe fuge
runt a me ꝛ faciem meā
conspuē nō verentur ꝛ pū
xix qui affligit patrem ꝛ fu
git matrem ignominiosus et
erit ꝛ infelix Item fugie
ndum est aīa ꝓprietatis ꝓ
v iiii nō ē pla ma vi Item
fugiendū est a facie tempta
cionis ꝛ periculis vii ꝛ aplus
dicit fugite fornicationem
ꝛ Ecc xxi q̄si a facie colu fu
ge Item a facie eius peccati fugi
endum ꝛ hoc in solitudine
deserti ps elongaui fu ꝛ ma
ī soli Item ꝓ peccatis dolor de quibus
dam qui fugiunt penā tēpa
lem ꝛ incidunt ī eternam
vn̄ de malo dicitur Iob xx
fugiet arma ferrea ꝛ incidet
in arcum ereum Circa ter
nū q̄ multiplex est fuga pe
ne culpe ꝛ glorie fuga pene
quadruplex est quia decursus
temporalis vite Iob ix dies
mei velocius transierunt
vel dies mei velociores fu
gerunt cursore fugerunt et
nō viderunt bonum Item in
stabilitatis Iob xiiii q̄ qui
q̄si flos egreditur ꝛc Item
penalitatis ꝛc Ecc xxxiiii
plecseris enim in niste ī fu
gam conuertem Item timidi
tatis prov xxviii fugit im
pius nemine persequente Item
fuga culpe ꝛ hec multiplex
quia est fuga prauitatis
Amos ix qui fugerit non
saluabitur Item pusilla
nimitatis Amos ii peribit
fuga a veloce ꝛ fortis nō
obtinebit uirtutem suam ꝛ ro
bustus nō saluabit animam
suam Item ī compassionibus

qui videbat uxor fu. amē
sec infidelitatis ꝛ hec fuga
fuit discipulorum in passione
Item est fuga glorie ꝛ hec est
multiplex quia ē fuga per
verse societatis prov iii non
tibi pla ma vi · s fuge ab
ea Item malignitatis pro
v xiii detestantur stulti
eos qui fugiunt mala Item
sancte calliditatis Mt x cum
videte ne fuga vra ꝛc Item
perfecte contemplacionis Cant
viii fuge dilecte mi a silate capre

Fugacio ē multiplex
victorie hostis Exo xvii
fugauit Josue Ama
lech ꝛ populum eius ī ore gladii
inferit Item demoniace
temptacionis Thob viii a pa
mocte ī cons lecore p̄sitas fu
gabitur demonium Item
stulticie puerilis prov xxii
stulticia colligata ꝛc

Fulgor est multiplex
glorie quo ad concupisci
bilem Iob xxv [illegible]
est nūs militū eius ꝛ sup
quē nō fulget lumē illius
Item quo ad racionalem Dan
xii qui autem docti fuerint ful
gebunt sicut splendor fir
mamenti ꝛ in Ecc xxv ful
gore in conspectu eius Item
furoris quo ad irascibilem
Iob xi si abstuleris iniquita
tem que est in manu tua
ꝛ quasi meridianus ful
get ad vesperam Item operacionis
quo ad sensibilitatem Iob ix
si lotus fuero quasi aquis
niuis ꝛ fulserint velut
mundissime manus mee
Item glorie Sap iii fulgebunt
ꝛc Item exempli Luce xi
sic lucerna fulgoris illumina
bit te Item ī aīs glorie Iob xxxi
si vidi solem cum fulgeret

Fulgur ē mltplex ꝑdica
cionis Iob xxxvi ...

mittunt fulgura et ibunt et re-
uersa dicent assumus. Item co-
minacionis. ps. Fulgura mul-
tiplicauit. Item terroris. Apoc. iiii.
Et erunt aspectus eius
sicut fulgur etc. Item miracu-
lose operacionis. ps. Fulgura in
pluuiam fecit. Item eterne
dampnacionis. Luc. x. Videbam
sathanam etc. etc.

Fumus est multiplex
gre. Tob. vi. Fumus eius
excecat omne genus
demoniorum. Item oracionis. Apoc.
viii. Ascendit fumus incen-
sorum de oracionibus sanctorum. Item
contemplacionis. Can. iii. Que
est ista que ascendit etc. Item
temptacionis et punicionis. ps.
Ascendit fumus in ira eius etc.
Item temptacionis etc. Iob xli.
De naribus eius procedit fumus.
Item elacionis. ps. Sicut admo-
dum deficit fumus defi. Item
tepiditatis. Prov. x. Sicut acetum
dentibus et fumus oculis etc.
Item aliquorum errancium. Apoc.
ix. Ascendit fumus putei si-
cut fumus fornacis magne.
Item eterne dampnacionis. Apoc.
xiiii. Fumus tormentorum eius
ascendet in secula seculorum.

Funda est multiplex [illegible]
Zach. ix. subicient eos la-
pidibus funde. Item
passionis rememorande. Nonne
de funda David. i Reg. xvii. Item
pene. i Reg. xxv. Porro anima
inimicorum David rotabitur
quasi in impetu et impetu
et in circulo funde etc.

Fundamenta sunt
multiplicia. primo ane
religionis. i ad Cor. iii. In
aliud fundamentum nemo
posuit. Item fidei. ps. Exinani-
te exinanite usque ad fundum in ea.
Item apostolice confessionis. ps. p. 136
Fundamenta eius in mon- 86
tibus sanctis. Item sancte p.

dicacionis. Iob xxxviii. Ubi e-
ras quando ponebas fundamen-
ta terre. Item dicte cupiditatis. item
Iob xxii. Numquid semitam se-
culorum custodire cupis quam cal-
cauerunt viri iniqui sublimi-
tati sunt ante tempus suum et flu-
uius subuertit fundamentum
eorum qui dicebant recede
a nobis. Item elacionis. ps. ra
Et fundamenta moncium con-
turbata sunt. Item dya-
bolice machinacionis. ps. abakuk iii° c
Denudasti fundamenta eius
usque ad collum etc.

Fundacio est multiplex
creacionis et hec est na-
ture et ea que creata sunt
[illegible] [illegible]
mina. Prov. iii. Dominus sapiencia funda-
uit terram. Item bonitas ps. ea
spiritus sancti fundat et consol-
tat uniuerse [illegible]. Item eternitatis
que refertur ad potenciam. ps. ibid
Deus fundauit eam in eternum.
Item et fundacio recreacio-
nis et hec est gracie. Matth. vii. Fun-
data erat supra firmam petram.
Et hec est fidei. Col. i. Si tamen
permansistis in fide fundati
et stabiles. Item caritatis.
Eph. iii. Item principis. Amos
ix. Qui edificat ascensionem
suam in celo et fasciculum suum super
terram fundauit. Item est
fundacio perpetuitatis munda-
ne. Zach. iiii. Manus Zoro-
babel fundauit domum istam.
Item perpetue. Can. v. Crura
illius columne marmoree
que fundata sunt super bases
argenteas. Item elacionis
et apparencie. Osee ix. Effraim ut
vidi erat Tyrus in pulcritudine
fundata. Item fundacio glo-
rie. Ys. xiiii. Dominus fundauit Syon
et in ipso sperabunt pauperes popu-
li eius. Et in hac est notanda pre-
ciositas fundamenti eius. Ys.
xxviii. Ecce ego mittam in funda-

sijon lapidem angularem
pbatum pciosum in funda
mento fundatum. Item
delectabilitas ysa. liiij. stra
porbuntur tuos lapides et c.
Item soliditas Iob xxxvii. tu
forsitan fabricatus es cum eo
celos qui solidissimi quasi
ere fundati sunt. Ite e fu
damentu pene ysa. xxx. q et
erit transitus virge fundata
que requiescere faciet dns
super terram et cetera
furor est multiplex ma
rcundie et ptinacie. Gen.
xlix. symeon et levi
vasa iniquitates bellanti
a et pq in furore suo occide
runt virum suum. Item
vindicte levitici xxvi. quo
incedam contrarius vobis in fu
rore contrario et corripiam vos
septem plagis ppt pcta vra
et Num. xi. no deficiet furor cu
bus et ecce furor dni concita
tus in ppln pcussit eu pla
ga magna nimis. Item
iusticie psal. lxviij. zelus et furor
mihi no pcct iudic vindicte
Item lascivie Judith ix.
vxorem meam incredibili
furore repaiites et c.
furtum est multiplex
simoniace pravitatis
Jo. x. qui no intrat p
ostium in ovile sed aliunde ille
fur est et latro et hec mirabi
lit' inundat Osee iiij. male
dictum et homicidium et furtum
inundabit. Item animam
coinquinat Mat. xv. de corde exe
unt male cogitationes ho
micidia furta adulteria
male cogitationes et pq hec
coinquinant hominem. Item
demonia diabolo ptate dat
ii pet. ii ubi dicitur q ma
ligni sps hnt ptatem in
hijs qui no exiunt pmam
anenefitijs suis sus et furt.
Item e furtum diabolice
temptacionis unu et diabo
li sunt fures qui p fenes
tram sensuum intrat ad anim
Joelis ij. p fenestras intrabt
quasi lucro fur. Item the
saurum anime furant et ra
piunt Mat. vi. nolite thesau
sare et post ubi fures effodi
unt et furantur. Item ppa
pius que anime inferunt
puniuntur corporalit' et ideo dr
Ipe iiij. nemo aut vrm quasi
homicida paciatur aut fur
Item est furtum heretice p
uitatis vii et fur est hereticus
Ozee vij. fur ingressus est spo
lians latrunculus foris
et hic furat' virtutes pdit af
fectiones mactat operaciones bon
p fur no venit nisi ut fu
retur et pdat et mactet. Ite
furtum pueniens ex mali
cia iniquitatis ps. si videbas
furem et c. et hoc est in fututm
Mat. xix. ubi dr no facies fur
tum. Item no illud furtu
adducit confusionem Ecc. iiij.
sup furem eni est confusio
Item signat infidelitatem
ysa. i. principes tui infideles
socij furum. Item adducit
anime pdicionem et ideo pu
xxix. dicitur qui cu fure
pticipat odit animam suam
funiculus e multiplex
future glie culpe et
pene. Item dep' no Ecc. xii.
antequam rumpatur argente
us funis ligat sic e queda
colligatio naturalis inter
animam et corpus de funiculo de
ps. funes ceciderunt michi
in preclaris et c. sicut eni fu
ne aliquis tenetur et vincu
latur sic homo negla de
tinet et hec etiam mensuram
primum [illegible] nulli. Ite sut
funes [illegible] Iob xi [illegible] hec pot

leviathan hamo et fune li-
gabis linguam eius funes cum
quibus ligatur lingua .i. sugge-
stio dyaboli ¶ Tercio quod ille
funis est inchoacione boni quod
fit per primam secundam vero p. xxviij Extra-
xerunt jeremiam funibus de lacu
per quam signatur peccatum qui
quasi extrahitur per hunc funibus
de peccato ¶ Item in progressu boni
et hoc ad exemplum passionis
christi Josue ij submisit per funes
exploratores ¶ Exploratores
sunt penitentes qui explo-
rant terram repromissionis
per exemplum passionis ¶ Item
in consummacione cum duo sunt
imitacio vite et imitacio pas-
sionis christi que signatur per
byssum et purpuram ¶ Tercio quod
funes isti sunt tres humili-
tatis castitatis et caritatis fu-
nibus castitatis renes re-
gum precinguntur Job xij dis-
solvet balteos regum et pre-
cinget fune renes eorum de fu-
niculis humilitatis capita
in quibus solet regnare superbi-
a restringuntur iij Regum xx audi-
vimus quod reges israel cleme-
tes sunt ponamus ergo sac-
cos in lumbis nostris et funicu-
los in capitibus nostris hoc
signum est humilitatis ¶ Item
est funiculos caritatis in isto
ad gloriam trahitur et celi terra pro-
missionis metitur ¶ De primo
Osee xj in funiculis adam
traham eos et in funiculis cari-
tatis ¶ De secundo ps. dimisit eis
funiculum in distribucione ¶ Item
sunt funiculi culpe et hij mul-
tiplices sunt ¶ quia sunt funes
vanitatis ys. v ve qui trahi-
tis vanitatem etc. isti sunt
ligati in mechi superbi et mulie-
res superbe Baruch vltimo
mulieres circumdate funibus
in trocenarijs in vijs sedent
succendentes ossa olivarum

¶ Item sunt funes carnalita-
tis quibus signantur ipsi carna-
les et lascivi prov. vij dixit mu-
lier .i. lascivia que dicit ad
iuvenem intercipi funibus
lectum meum ¶ Item sunt
funes cupiditatis prov. v. v. funi-
bus peccatorum suorum unusquisque
constringitur ¶ Item ad hoc
communiter judicum xv ligaverunt
sampsonem duobus novis
funibus duo funes novi
sunt in duobus quibus pec-
cator .i. spiritualibus et carna-
libus ¶ Item abstinacionis
per quas funes peccatorum complexi
sunt mece ¶ Item sunt funes
pene et hij sunt multipli-
ces quia sunt funes prava-
tis ad peccatum ij Regum xxij funes
inferni circumdederunt me
etc. pravitas cum peccatum
trahit peccatorem ad funes
inferni ¶ Item infirmitatis
ad resistendum peccato judic. xvj
si funibus fuero ligatus septem nervi-
cis funibus etc. hij sunt sep-
tem infirmitates quae relin-
quuntur Exodi xxxv quibus
peccatum ¶ Item paupertatis qua
dyabolus spoliat hominem
virtutis ut in peccato cum teneat
at Job xxxvj si fuerint in catha-
thenis et vinciantur funi-
bus duris indicabit eos ¶ Item
pene eterne ys. iij et erit pro
zona funiculus etc.

Galea est militum
recti judicij
sap v. accipiet
pro galea judicium
certum spei i ad
thess. v. induti
lorica fidei et ca-
ritatis et galea
salutis ¶ Item defensionis
divine sine qua ephes. vj galea
salutis assumite ys. lix indu-
tus est justicia ut lorica et ga-
lea salutis in capite eius.

Item pectoralibus. Reg. xvii
induit Saul David vestimentis
suis et imposuit galeam eream
super caput eius. Iere. xlvi.
state in galeis tollite lance
as. Item victorie. Eze. xxvii
clipeum et galeam suspende
runt ante et cetera.

Gaudium est multiplex corpo
rale et spirituale et etiam cor
porale duplex in bono
et in malo. Corporale gaudium
in bono multiplex est quia est
gaudium iusta utilitate. Tho.
v. quale gaudium michi erit vi
debit pater tuus lumen celi
et aspectu tuo gaudebit. Item
in multitudine posteritatis unde et
apostolus dicebat de fratribus
quibus predicabat quos vide
bat proficere: vos estis corona
mea et gaudium et cetera. Item bono
rum exaltacione. Prov. xxi
dicitur iudicium facere gaudium
iusti est. Item in leticia
cordis et exultacione et iocun
ditate. Eccl. xxx. non est census
super censum salutis corporis et
non est oblectamentum super cor
dis gaudium. Item in dilecti
visione et vocis eius auditio
ne. Io. iii. amicus autem spon
si qui stat et audit eum gaudi
o gaudet propter vocem sponsi.
Item in iocunda societate. Ro.
xii. gaudere cum gaudenti
bus. Item in familia pru
dencia et erudicione. Prov. xx
iii. fili si sapiens fuerit ani
mus tuus tecum gaudebit cor
meum. Item est corporale gau
dium in malo et hoc in multis
in boni simulacione. Iob xx.
scio a principio ex quo est homo
positus super terram quod laus
impiorum brevis sit et gaudi
um ypocrite ad instar puncti. Item
in vanitate. Eccl. ii. feci plus quos
plantavi cito evello et omni
usque terram habet et tu queris

tibi gaudia. Eccl. xi. risum repu
tavi errorem et gaudio dixi
quid frustra deciperis. Item in inimicorum ruina
et morte. Eccl. viii. noli de
inimico tuo gaudere et cetera. Et illud
Iob xxxi. si gavisus sum ad rui
nam eius qui me oderat.
Item in superflua comessacione.
Is. xxii. vocavit dominus in die illa
ad fletum et ad planctum ad cal
vicium et ad cingulum sacci
et ecce gaudium et leticia. Item
in lascivie iocunditate. Is. xx
iiii. ingemuerunt qui le
tabantur corde, cessabat gau
dium tympanorum. Item in
iniquitate. Eccl. xix. qui gau
det iniquitate et cetera. Item in
aliorum oppressione. Is. xxxii.
gaudium onagrorum pascua gre
gum. Item est gaudium spiri
tuale et hoc triplicatur quia
est gaudium quo adest quod
promissum quo addiscimus. Quo autem
adest est gaudium in gracie conti
nuis infusione. Prov. xiiii. cor
quod novit amaritudinem ani
me in gaudio eius non mis
cebitur extraneus. Item in di
vinorum accepcione. Eccl. i. ti
mor domini delectabit cor et da
bit leticiam et gaudium. Item
in doctrine accepcione. Is. xii. hau
rietis aquas et cetera. Item in predi
cationis divine audicione. Ier. xv.
factum est michi verbum tuum
in gaudium et leticiam cordis
mei. Item in temptacione pa
ciencie. Iac. i. omne gaudium existimate
fratres et cetera. Item est gaudium spi
rituale quo ad proximum et hoc
de multis quia de aliorum con
versione. Ps. in convertendo dominus
captivitatem Syon usque ibi
tunc repletum est gaudio os
nostrum. Item de proximorum recon
ciliacione. Prov. xii. qui ineunt
pacis consilia sequitur eos gau
dium. Item de aliorum puritate
ad Phil. ii. implete gaudium meum

ut videm sapientibus. ¶ Item spiritualis
lucracione. i ad Thess. ij. Que enim
est spes nostra aut gaudium aut
corona glorie nonne vos ante
deum. ¶ Item de profectu et discrecio
ne. Joh. ij. Gavisus sum valde
quia inveni de filiis tuis am
bulantes in veritate. ¶ Item est
gaudium spirituale quo ad deum
et hoc est de humilitate quia de
divina perfruicione. Ysa. lx. pro
nam defectum eius delici
as et sollicitudine eius quam
arcam dum gaudium et letici
am. ¶ Item de nocionibus eius
intuicione. Jer. xxxi. Convertam
luctum eorum in gaudium et con
bitur iustus in domino etc. Item
tamquam in peticionum et deside-
riorum exauditore propter quod ipse dicebat
ps. letabor et exultabo in te etc.
Item tamquam in captiuitatis
sue destructore et salutis dato-
re quis dabit ex syon salutare israel
etc. Item letantur proficien-
tes in mente in spiratore ps. deus
tu conuersus viuificabis etc. Item in omnis
dulcedinis infusione Cant. i.
letabimur in te memores vberum
tuorum Item in glorificatore ysa. xli. tu
exultabis in domino et in sancto israel
letaberis ps. cxii. habitare facit
sterilem in domo etc.

Leuacio est duplex dei et
hominis dei ad puniendum
malos Exo. vi. scietis
quod ego sum dominus deus vester qui
eduxit vos de ergastulo e-
gipciorum et eduxerit in terram
super quam leuaui manum me-
am ut darem abraham ysa-
ac et iacob Item ad pascendum
bonos ysa. xl. sicut pastor gre-
gem suum pascet et in brachio
suo congregabit agnos et in sinu suo leuabit fe-
tas ipse portabit etc. ysa. lxiii. in indulgencia
sua redemit eos et portauit eos
et leuauit eos in diebus seculi
Item se ibi leuat in socie-
tatem assumendo Eze. iii. spiritus
quoque leuauit et assumpsit me
me et abij in indignacione
spiritus mei Item in altum con-
templacionis deducendo Eze-
chiel. iii. leuauit me spiritus et in-
troduxit me in atrium et ecce
repleta erat domus dei gloria
Item est leuacio hominis bo-
na et mala Exo. xxxv. quod mali le-
uant corda ad dei prouocacione
Jere. l. ecce ego suscitabo super
babilonem et super habitatores
eius qui cor suum leuauerunt
contra me Item oculos ad y-
dolatriam licet dicatur Eze-
chiel anima que non leuauit
oculos suos ad idola domus
israel mea uiuet etc. Item ma-
nus ad propriam depressionem
Job xxxi. si leuaui manum
meam super pupillum etc. Item
gladium ad aliorum occisionem
ysa. ii. non leuabit gens contra
gentem gladium ysa. x. in maxil-
la percuciet te et leuabit baculum

XX

sum in via carpi. Item est leua-
cio bona propter nota quod leuare de-
bemus primo oculos ad sanctos
ut auxilium corporis habeamus. Ps. le-
uaui oculos meos etc. Item ad
deum ut miam eius impe-
tremus. Ps. ad te leuaui ocu-
los meos etc. Item ad nos ut
defectum nostrum consideremus. Ge.
xiii leua oculos tuos in circuitu
et vide. Item debemus leuare
caput ad recepcionem conside-
racionem. Luc. xxi leuate ca-
pita vestra etc. sed per dolorem quia
dicatur Job x si iustus fuero
non leuabo caput saturatus
afflictione et miseria. Item ad dei
contemplacionem. Job xi si
iniquitatem que est in ma-
nu tua abstuleris a te et non
permanserit in tabernaculo tuo
iniusticia tunc leuare poteris
faciem tuam absque macula etc.
Item ad remuneracionem. Eccl. xx
est propter gloriam humiliacio etc. qui
ab humilitate caput leuabit.
Item debemus deo leuare ani-
mam. Ps. qui dicit ad te domine
leuaui animam meam. Et hec
eleuacio tria bona facit quia
generat noticiam. Ps. vias tuas fac
mihi viam in qua ambulem etc.
Item leticiam. Ps. letifica ani-
mam etc. Item confidenciam.
Ps. ad te leuaui animam meam
deus meus in te confido etc. Item
debemus leuare manus
ad mandatorum impletionem.
Ps. leuaui manus meas.
Item ad deprecacionem spiritualis
amonedis. Exo. xvii cum leua-
ret manus Moyses vince-
bat Amalech etc. Vel dic quod
est leuacio triplex activorum
contemplatorum prelatorum. Acti-
uorum debent leuare clipeum
fidei ad hostium confusionem.
Josue viii leua clipeum con-
tra Hay. Item planctum ad pro-
ximorum compassionem. Eze. xxvii fili

hominis leua planctum super regem
tyri. Item signum crucis ad aliorum
confortacionem. Jer. iiii leuare
signum in Syon et confortamini.
Item est leuacio contempla-
tivorum ad quam requiruntur tria
quia quies a tumultu cogita-
cionum solicitudo contra tumultum
secularium silencium a reclamacione
rumorum et tunc sequitur leuacio
affectuum. Tren. iii sedebit soli-
tarius et tacebit et leuabit se super se. In sessio-
ne notatur quies et hic quidem
solitudo in hoc quod subditur tace-
bit silencium in hoc quod subdit le-
uabit notatur affectuum leuacio.
Item est leuacio prelatorum qui
debent leuare vocem in signum
laudis pro bene actis sive pro
bonis a deo sibi inspiratis. Ys.
lii speculatores tui leuauerunt
vocem simul quod laudabunt
etc. et eodem xxxvii leua ora-
cionem tuam pro reliquiis etc. Item
faciem id est superiorem partem omnibus
pro celestibus contemplandis.
Job xi si iniquitatem que est
in manu abstuleris etc. faciem
est superior pars omnibus qua leuare
poterit penitens ad deum sive
ad celestia contemplanda sed
absque macula alicuius conta-
cionis spiritualis si abstulerit in-
iquitatem que est in manu
sua quod pertinet ad actum opera-
cionis exterioris et si non perman-
serit in tabernaculo eius in-
iusticia per quod designatur pertinacia
cogitacionis interioris. Item oculos
interiores in signum deuocionis.
Ysa. li leuate oculos vestros in ce-
lum et videte quia celi sicut
fumus liquescent. Oculi isti sunt
oculi cordis intellectus et affectus
qui leuandi in celum id est in con-
sideracionem celestium et optime
dicit in celum ut ondatur quanto
rei videntis ad rem visam in
quo notatur summa informi-
tas et summa delectacio quam agnigeda

est visui distractionibus et ideo sequi-
tur videre speciem modi visi-
one sequitur cordis liquefactio
propter quod subditur et oculi in celestes
vim sicut fumus liquescunt
per devotionem. Tertio quod contem-
platiui fumo comparantur propter
subtilitatem motivum inferiorum
et elevationem videlicet propter
flagrantiam liquefactionem
et depressionem celestium dulcedi-
num fumus enim subtilis et ele-
vatur et elevando resolvitur
Nota hec de anima sancta vel
de ipsa dicitur Cant. iii que est ista
que ascendit per desertum. Ecce eleva-
cio sicut virgula et ecce subti-
litas fumi ex aromatibus
mirre thuris Ecce flagrans

Lubricum est multiplex resolucio
carnalitatis in materia Ps. fiat
via illorum tenebre et lu(bricum)
Item actualis culpe Ier. xxx-
viii seduxerunt te et prevaluerunt
adversus te viri pacifici tui et
demiserunt te et lubrico pedes
tui. Item locucionis indiscre-
te Ps. xxxi Os lubricum operatur
ruinas. Item consuetudinis
prave Ier. xiiii lubricaverunt ves-
tigia nostra in itinere platearum
nostrarum. Item penitencie Ier. xxiii in
medio malum eorum in domo
mea inveni ideo via illorum quasi lu-
bricum in tenebris erit

Lucerna est multiplex gratia
prima est operationis Luc.
xii Sint lumbi vestri pre-
cincti et lucerne etc. Matth. v sic luceat
opera vestra etc. Secunda pure inten-
tionis quia lucerna corporis tui
est oculus tuus id est
pura intencio. Tertia est predica-
tionis Ps. lucerna tua pedibus meis
etc. Quarta fidei cognitionis Ps.
qui tu illuminas etc. Quinta est cari-
tatis Prov. xxxi non extinguetur
in nocte. Sexta operationis lucerna
eius. Septima quibus Prov. xx lucerna
domini spiraculum hominis. Septima est

boni consilii Heli non poterat
videre Heli donec extingueretur
I Reg. iii. Tertio quod iustus lucerna
est iuxta illud Ps. paravi lucernam
Christo meo qui accendit per qua-
tuor ad modum lucerne. Primo passi-
onum ordine quam polei appositione
que est fomentum caritatis
Levit. vi ignis in altari meo
semper ardebit quem nutriet sacerdos subi-
ciens ligna. Item per veri luminis contac-
tum id est Christi qui ait Ioh. viii ego
sum lux mundi. Item per fla-
tum tribulationis est quod flatus
carbonum hic tribulacio paci-
fici. Item per omnium malorum
subtractionem ut clarius ar-
deret. Ps. paravi lucernam Christo meo
unde dominus precepit fieri emunc-
toria in lucernis et emundandum
est ne hinc lucerne aque vo-
luptatis apponantur et ideo cum
dixit dominus Sint lucerne arden-
tes ardentes in manibus ves-
tris premisit Sint lumbi vestri prec-
incti ne inicante ferantur vel
et deposuit ad David II Reg. xxi
non ingredieris nobiscum ad
bellum ne extinguas lucer-
nam Israel sic enim lucerne priorum
extinguntur Job xviii Item
nimia olei habundancia que
est occasio extinguendi sicut
in phariseo qui de operibus suis
iactabat se et ideo extinguitur
sicut dicitur primo angelo Ezech.
xxviii perdidisti sapienciam
in decore tuo et cetera

Luctus est triplex in
differentiis malus et bonus
luctus in defectibus tri-
plex qui est luctus natura-
lis compassionis I Reg. xvi usque
quo luges Saul cum ego pro-
iecerim eum. Item levitatis
Ecclesiastici inquit alios in ideo lu-
gentes et si decorticare procederent
lacrime non facile ideo solvetur
in risum nunc autem est habundancia
nos sterilia uba profluent qui

prius lacrime lactus huius de terris
esse non arbitror quibus consolacio
diuina promittitur ¶ Item malis
caloris Job xxx tarde eius dum
uiuit dolebit et anima illius super
semet ipsum dolebit ¶ Item est luc
tus malus et hic duplex cul
pe et pene ¶ culpe triplex cupidi
tatis vnde ierificator plangitur
lactus amissa pecunia vnde
Jacobi v. miseri estote et lugete
et loquitur de auaris ¶ Item de
ceptionis Mich. i. super hunc luge et vlu
labo et induere veste lugubri
et cetera Et poeta vt flent oculos
erudire suos ¶ Item inordinate
compassionis Augustinus in libro
confessionum cogitabam aliquid plo
rare didonem mortuam que
se occidit ob amorem enim
uiera incipit in vi. arte
moriente deus vita mea si
scis fere oculis nescimus quid
in primis misero non miserate
se ipsum et Apok. xviii. clamaue
runt flentes hoc lugentes
dicentes ve ve ciuitas illa
et cetera ¶ Item est luctus pene et
hic Jacobi vi ve qui ridetis quia
hic lugebitis et flebitis ¶ Item
est luctus bonus triplex con
punctionis Jeremie quod lugeus et con
fit huiusmodi ¶ Item passionis Esdre
x. Ammi lugebat enim transmigra
tionem illorum qui de captiui
tate venerant ¶ Item deuocio
nis Ysaie lxvi letamini et exul
tate omnes qui diligitis eam et ce
tera Et xvii. illa ludens in lete
amini his qui ea erant lugen
tibus ac flentibus et non quod percipi
mur ambulare in societate
istorum Eccl. vii. cum lugentibus
ambula de hoc dicit Augustinus in
libro de ciuitate dei quanto ma
gis quis sanctior et desideriis
sanctis plenior tanto eius
in hoc mundo fletus vberior
et non quod ille luctus introdu
cit spiritualem refectionem illuminacionem et consolacionem eternam

¶ Jeronimus Greg. in morali luctu
sic anima pascitur cum ad super
na gaudia flendo subleuatur
de secundo ibidem plerumque ut sic
in ipsis prius fletibus gaudii
caritas erumpat et mens que
ceca iacuerat ad inspeccionem
fulgoris in ictu suspiriis ve
getata calescat ¶ Lectio dictum
beati qui lugent et cetera

Ludere est multiplex cul
pabile tollerabile et lau
dabile ¶ culpabile tri
plex ydolatrie Exo. xxxii. surrexe
runt manducare et bibere et cetera ¶ Item deri
sionis lascivie Judicum xvi
precepit ut vocaretur etiam
Sampson ut ante eos luderet
Ysaie lvii super quem lusistis os
cicastis linguam ¶ Item
prodicionis et nequicie Prouer. xx.
vi. sicut noxius est qui mittit
sagittas et lanceas in morte
ita qui fraudulenter nocet
amico suo et cum deprehensus
fuerit dicit ludens feci ¶ Item tol
lerabile triplex pugne ii Re.
ii. surgant pueri et ludant co
ram nobis Eccl. xlvii sic dicit de david lu
sit cum leonibus quasi cum agnis ouium
¶ Item iocunditatis et leticie
in hester. v. omnes fratres erant lu
dentes et fecit eos ascendere cum
eis Zach. viii. platee ciuitatis
implebuntur infantibus
et puellis ludentibus in plateis
eius ¶ Item leuitatis et infa
cie Eccl. xxxii. lude cum eo et con
stabit te aquilo se excusat sara
Tho. iii dicens tobie iii numquam cum
ludentibus miscui me neque
cum hiis qui in vanitate am
bulant scitenue in non sedi cum
consilio ludencium ¶ Item est lau
dabile quadriplex delectacionis
in corde Eccl. xxxii. percurre in
domum tuam prius et illic aduoca
te et illic vade ¶ Item laudis
moris Jeremie xxx. egredietur laus

dietis vox exultacionis ludencium Item humi
litatis in opere Reg. vi ludam
et vilior fiam Item fruicionis
in eternitate Prov. viii delectabar
per singulos dies omni tempore co
ram eo ludens et ps. xxxi Item
a caritate et cetera

Lumine est multiplex gratie
sapientie incarnate et glorie
lumen gratie triplicatur
ut dicatur lumen activorum con
templativorum prelatorum Item activo
rum triplex est lumen rationis
in natura ps. signatum est super nos
lumen etc. Item fidei professionis
Eccl. xxiv ego feci ut in celis
etc. Item providencie Thob. x in
quid michi [illegible] lu
me etc. Item lumen contem
platiuorum triplex sapientie Sap.
vii diligite lumen sapientie
Item contemplacionis perfecte
Eccl. xi dulce lumen Item con
versacionis honeste Baruch iii
stelle dederunt lumen in custo
diis suis et anime contempla
tive Item est lumen prelatorum
triplex doctrine ps. lucerna pedi
bus meis Item iusticie Sap.
v erravimus a via veritatis et
iusticie lumen non illuxit no
bis Item dilectionis perfecte Jo. i.
qui diligit fratrem suum in
lumine manet Item est sapientie
incarnate Jo. i. ut testimo
nium perhiberet de lumine istud lumen diligit
Job xxix ad lumen eius ambu
labam in tenebris Item de
lectat Hest. viii iudeis oriri no
va lux visa est etc. Item glori
ficat Ys. lx surge illuminare
Jerusalem Item est lumen glorie per quod
placeam coram deo et hoc lu
men Aug. vivificum Joh.
viii qui sequitur me non etc.
Item prelatorum Apoc. xxi lu
men civitatis illius simile
lapidi precioso Item est radio
sum vel clarificum et ideo dicitur
Apoc. xxii non egebunt lumine

lucerne vel lumine solis quia deus
illuminat eam Et alibi ambula
bant in luce vultus tui

Lumbi sunt duo genera
lumborum mentis et cor
poris et quibus sunt
cingendi Luc. xii sint lumbi
vestri etc. Et nota quod lumbi mentis
succingendi sunt multipli
ci cingulo quia cingulo ve
ritatis quo actionabilitem ne
lumbi rationalis et motus spi
rituales ipsius deflectant in
ignoranciam Eph. vi state suc
cincti lumbis mentis vestre
in veritate succingunt enim
motus rationabilis ne in terro
rem deflectant restringuntur
Item motus irati irascibi
lis restringuntur vel debent
succingi cingulo fortitudi
nis Prov. ult. accinxit fortitudine
lumbos suos et cum lumbi
accinguntur fortitudine cupi
motus irascibiles in sua virtu
te tenentur Item lumbi
concupiscibilis cinguntur
vel cingi debent cingulo so
brietatis apostolus quod dicit Petrus
Pe. succincti lumbos mentis
vestre sobrii et perfecti sperate in eam
quam nobis offertur gratiam tunc
enim succinguntur lumbi con
cupiscibilis per sobrietatem cum
motus illius ne ad peccatum pro
cant refrenantur Item per sobrie
tatem lumbos mentis nostre
succingimus cum superfluita
tem cogitacionum per virtutem
sobrietatis refrenamus Item
sunt lumbi corporis de quibus
Job xl fortitudo eius in lumbis
eius etc. et isti debent accingi quo
ad motus delectaciones et actus
motus debent restringi per virtu
tem fidei delectaciones per virtutem
iusticie et actus operibus per virtutem
continencie de quibus per ordinem Ys.
xi erit iusticia cingulum lumborum eius
et renes eius in cinctorio fidei

precingunt cum motus carnis
animalis qui exp in surgunt virtu-
tem fidei restringunt. Sed lumbi
cingi dicuntur cingulo iusticie
cum delectationes ne excedant rep-
rimit virtus pudicitie de cingulo co-
tinentie dicitur Job xxxviii accin-
ge sicut vir lumbos tuos
sicut dicit sapiens ille vir est
quem non frangit sexus mulie-
bris lumbi ergo viri quasi lubi-
nem accinguntur cum actus
carnalis lascivie virtutem
continentie refrenantur. Je-
rem. xiii posside lumbare et sump-
tum pone super lumbos tuos. Quia
lumbos carnis precingimus
cum motus carnalium desi-
deriorum pro continentia coartamus.

Luna beata luna nominatur mul-
ta ratione inspectiva
lectione cum quod est plu-
ricessimum clara. Job xxxi si
vidi solem cum fulgeret et lunam
incedentem clare. Secundo processum
clara est. Can. vi que est ista que
progreditur et cetera. Secundum officium
vel effectum tenebrarum fugati-
va. Ps. lunam et stellas et cetera. Secundum
temporis mutationem mutabilis.
Eccl. xxvii stultus ut luna
mutatur. Secundum splendorem
retrahit obscura. Joel ii sol
et luna obtenebrata sunt.
Secundum confusione sanguinolenta.
Joel luna convertitur in san-
guinem. Apoc. vi luna tota
facta est sanguis. Allegori-
ce secundum eo claritas refertur
ad mundicia sanctificationis quam
habuit beata virgo in incessu de ute-
ro sue matris. Hanc rem fa-
cit ipse deus inde per mundi-
ciam sanctificationis. Ps. fecit
lunam in tempore. Item pulcritudo
per consecratione post nativi-
tatem tunc dicta est pulcra
ut luna. Can. vi. Item illumina-
tiva noctis per filii conceptione
tunc enim existens in statu per-
fectionis fuit etiam plenilunio
ut decta posset dici. Can. i quasi
luna perfecta in diebus suis sed ob-
scura fuit quando administratione
sue mentis detrahebat enim
splendorem suum exteriorem
per virtutem humilitatis ut fu-
geret claritatem elationis
unde in ipsa est luna se illius
quod in consummatione sui perfectionis
minuunt per virtutem humilita-
tis ut dicitur Eccl. xliii. Item
mutabilis ad successionem
effectum caritatis ipsa muta-
batur secundum diversos caritatis
effectus ut gaudet cum gauden-
tibus ut flet cum flentibus.
Abacuk iii sol et luna steterunt
in habitaculo suo sol id est Christus lu-
na id est virgo beata stetit in habita spiritus
sancti perfectionis sequitur in luce
sagitte tue ibunt in splendore
ful. has. t. hasta fulgurantis
est caritas sagitte divisi ef-
fectus caritatis in quorum luce
in splendore decurrit in virtute
sue deceptionis primus virtus
ad respectum altius processit ut
¶ Item compassio ad passionis
affluentiam. Apoc. vi sol fac-
tus est sol id est Christus in incar-
natione tamquam niger tamquam
saccus cilicinus et luna id est
virgo beata facta est ut sanguis
unus vel potest dici quod virgo beata
compatitur hunc plene post
filii conceptionem. ¶ Et secundum Ysido-
rum tria in luna plenitu-
dinem habentia et figuram
in beata virgine triplicem ple-
nitudinem exempli doctri-
ne et compassionis. ¶ Plenitu-
do exempli designatur
in plena figura que sperica
est et secularis et oculis in
quo accipe est perfectione ex-
empli perfecto cum figure sperice
perequalitate partium probatur
omnes enim partes circumferentie equa-
liter distant a medio sic perfec-

exempli probatur per equalitatem mor-
si conadunetur equaliter ad medie-
tatis ex est in mente beata virgi-
ne Christi quod dicit Eccl. 1 luna ple-
na in diebus suis. Item imple-
na luna notatur plenitudo
lucis que refertur ad plenitudine
doctrine in beata virgine vnde de
ea potest dici illud Eccl. Ego feci in
celis etc. Nota eciam quod luna
mutuat lumen a sole sicut beata
virgo a Christo qui est sol iustitie
in concepcione que refertur ad ple-
nitudine doctrine et beata virgine
vnde de ea potest dici illud Eccl. Ego
feci in celis. Nota eciam quod luna
mutuat lumen a sole sicut beata
virgo a Christo qui est sol iustitie
in concepcione. Item lumen lune
proporcionale est oculis debilibus
et infirmis sic doctrina beate vir-
ginis. Item lumen lune est in
ductorium ambulancium de noc-
te sic doctrine beata virgo est inducto-
ne peccancium. Item lumen lune
est in solacione vigilancium in
nocte sic doctrina beate virginis
est solacium iustorum in tribulacione
existencium. In plena etiam luna
attenditur plenitudo doctrine in
virgine in maria a sole iustitie
Christi lucens proporcionalis propter
simplices diuina propter peccatores
consolatiua propter iustos. Item
in plena luna attenditur plenitu-
tudo humoris et hoc quo augmen-
tum aquarum et medullarum que
augentur in plenilunio. Ita quo
capitur plenitudine compassionis
quam habuit beata virgo cum fuit in
plenilunio passionis vnde me-
dulla significat interiorem compassionem
que augmentata fuit in beata virgine
existente in plenilunio passionis

Lustracio multiplex est ex ple-
racionibus Num. 13 terra quam
lustrauimus deuorat habita-
tores illos. Item circuitus Eccl. In
lustraui vniuersa animo meo ut
scirem et considerarem etc. Item gratie
iustificacionis Eccl. 1 lustrans vni-
uersa per circuitum pergit spiritus

Lutum triplex est nature
gratie pene et reatum culpe.
Est ergo lutum nature et hoc
triplex quia nature primitus in-
stitute corporis carnis Job 10 memen-
to quaeso quod sicut lutum etc. Ysa. 64 formator
noster es tu nos vero lutum. Item
nature cadentis scilicet humane
Job 30 comparatus sum luto etc.
et ps. infixus sum in limo profundi.
Item nature reparatis Johannes 9
lutum fecit ex sputo etc. id est dita-
tem cum humilitate nunciis ad
reparacionem generis humani. Item
est lutum gratie et hoc triplex humi-
litatis ex consideracione sue vi-
litatis Gen. 3 in memoria in luto
etc. Item contemptus ter-
renorum ex consideracione vanita-
tis mundane. Sap. 7 omnis argentum
in conspectu illius estimabitur lutum
etc. Item bonorum operum. Levit. 14
videbit alios lapides repo-
ni pro hiis qui ablati fuerint et alio lu-
to liniet domum id est conscienciam
uel ecclesiam militantem a quibus
debent remoueri lapides mali
ut supponantur lapides boni
et alio luto liniri id est exemplo.
Item est lutum pene et hoc triplex
humane fragilitatis Job 30 (?)
sonet sibi aurum quasi lutum.
Item tribulacionis Abacuc 3
viam fecisti in mari equis
tuis in luto. Item eterne corrup-
cionis Job 38 restituetur
ut lutum signaculum. Et tamen
glossa qui lutum mutauit in signa-
culum mutabit signaculum
in lutum id est corpus corruptibile
in lutum corrupcionis eterne.
Item lutum culpe et hoc du-
plex secundum Augustinum in culpa et secundum
gradus culparum. Primo triplex
quia est lutum declinacionis
ad malum. Ier. 38 submerserunt in ceno
pedes tuos et preualuerunt aduersus te viri pacifi-
ci tui et dimiserunt te in ceno

Item mali operationibus. Eccl. ad
amaritudinem mentem conuersa vita
eorum operibus duris luti et lateris
Item praue consuetudinis
Ys lvij c impij quasi mare
feruens quod quiescere non potest et redun-
dabunt fluctus eius in conculca-
tione et lutum. Item dicitur
lutum secundum differentias culparum
vniuerse vel in comparatione ad pro-
ximum vnde triplex originale
culpe ex qua compleuit me delacio-
ne. Item culpe mortalis. Zach
x b erunt qui fortes concul-
cantes lutum viarum i. illis
qui sunt in peccato mortali. Item
actualis venialis. Ps. eripe
me de luto ut non infigar. Item com-
paratione ad proximum et hoc triplex
quia est lutum perfidie iniuste
amos inferioribus sunt illi perfi-
Item adulacionis in persone
Ezech xiij c illi autem liniebant
eum luto absque paleis istud
lutum est lutum adulacionis
Item est lutum rapine in
ope. Abacuk ij ve qui multi-
plicat non sua usquequo aggra-
uat contra se densum lutum

Lux est multiplex exteri-
or interior superior. Exte-
rior quadruplex crea-
turarum illuminans animas ad
videndum creatorem. vnde
a magnitudine speciei creatu-
rarum vehementer potest cognosci
creator eorum. et ideo dicit Baruch
iij stelle dederunt lumen in cu-
stodijs suis. per stellas designantur
creature lumen noticie in-
fundentes ut creator eorum
agnoscatur. Item predicato-
ris Ys xlix dedi te in fedus populi
in lucem gentium. Item exem-
plorum Mt v luceat lux vestra
etc. Item preceptorum Prov vj manda-
tum lucerna est et lex lux
Item est lux interior et hec qua-
druplex rationis Ps signatum
est super nos etc. Item gratie Ps lxxj
oritur in tenebris lux tua
Item diuine miseracionis Eccl
xxxvj a. Ostende nobis domine lu-
cem miseracionum tuarum. Item
consolacionis eterne. Hest viij
Iudeis noua lux oriri
visa est gaudium et honor tri-
pudium. Item est lux superior
et hec duplex humanitatis
Christi qui dicit Ioh viij ego lux
in mundum veni et hec est argu-
ens malos. Ioh xij ambulate
dum lucem habetis. Item reue-
labit malicias reproborum
in futuro. I Cor iiij quo adusque
dominus veniet qui illuminabit etc.
Item est delectabilis in primo. Apoc
xxj ciuitas illa non eget sole
et post dicitur quod lumen illius
ciuitatis est simile lapidi
i. iaspidi qui delectat. Item
est lux deitatis et hec quadru-
plex. Maiestatis I Thim vj habi-
tat lucem inaccessibilem. Item
veritatis. Sap vij speciosior
est sole et post comparata est
luce inuenitur prior. Item
diuine pietatis. Eccl xxxvj Ostende
nobis domine etc. Item diuine e-
quitatis. Ps lxxij iudicia tua
quasi lux egredientur sed quia
dicitur Prov iiij iustorum semita
quasi lux splendens. Et nota
quod lux habet pulchritu-
dinem in concordissima equa-
litate rectam incessam sine
irregularitatem continuitatis
continuaque sine diffusionem
sine continuacione sordium
item longissime lucem prodi-
tionem sine morosa dilacione
Pulchritudinem igitur habet
in concordissima equalita-
te. Natura enim lucis sim-
plex est et omnia sibi similis
quia partes maxime vnitate
radiose equalitate concordissi-
me proporcionata proporcionalis
est in concordia pulchritudo
hanc enim lucis nobilem est

recipere cogitacione in vita iustorum
concordie enim viuunt pace bonitas
ad omnes quantum in eis sunt. Cant.
in super speciem dilecti eam et proposui
pro luce habere illam quia de vita iu-
storum speciosa est super lucem et hec
species lucis in concordia consistit
ut dictum est cum quamquam sui
diffusionem habeat sine com-
minucione lux enim ut dicit Au-
gustinus cum de mundi lucernis radi-
os suos protenderat tamen
eius radii per quecunque immunda
diffusi non coinquinantur sic vi-
ta iusta ad ista inferiora et visibilia
deflectitur pro officio disponen-
do vel faciendo pedem tamen af-
feccionis in hiis non tendat per li-
bidinosum amorem. Ephesios v. vos
autem in domino ut filii lucis am-
fructus enim lucis est in omni
bonitate et iusticia et sanctita-
te et veritate probantes quid sit
beneplacitum deo et nolite commu-
nicare operibus infructuosis te-
nebrarum magis enim redargui-
te in non communicacione. ¶ Nota quod in-
mutabilitas lucis a serenitate vir-
tutum necessarium licet sine tenebrositate
irregularitate sic vita iusta ad
deum tendit per rectitudinem inte-
ncionis ut a latere non declinet
querens favorem nec adscripcionem
recurretur pro honore aspectorum
31 Iob. ¶ Si vidi lunam incen-
dentem clare et letatum est in ab-
scondito cor meum et osculatus
sum manum meam ore meo
que est iniquitas maxima
¶ Lunam clare incedentem est vita
iusti lucida per graciam sed de hoc
non letatur in abscondito id est non
inaniter gloriatur nec sibi
ascribit quod est manum osculari hoc
enim esset iniquitas id est inequa-
litas contra lucis naturam
que rectum habet incessum. ¶ Lo-
gissima lucem subito pertu-
sit sed vita iustorum non tardat
molimina. Act. ix. Ro. de saulo
subito circumfulsit eum lux
de celo. ¶ Item signum est quod non
circumfulsit eos lux de celo
qui tardant conuerti ad deum

Luxuria. Circa luxuriam no-
tande sunt descripciones detestaciones
species occasiones et re-
media. ¶ Circa primum notandum quod luxu-
ria est incontinencia corporis
ex pruritu carnis nascens vel
originem habens. ¶ Item luxu-
ria est nimia concupiscencia
explende voluptatis. ¶ Item sic
dicit Hugo luxuria est concubitus
desiderium supra modum et contra
racionem effluens. ¶ Item est ex pri-
mudis descendens lubrica
et effrenata mentis et carnis
prostitucio. ¶ Item Bern. luxuria
est sitis ebria delectacio momen-
tanea amaritudo eterna lucem
odit tenebras appetit totum
hominis depravatur mentem
hec est quia in imaginacio torpet
racio obtenebratur intellec-
tus confunditur. ¶ Circa secundum
nota quod multa faciunt ad detes-
tacionem huius vicii quia an-
pictas hominis appetitus forti-
tudinis amplectas est. ¶ Item eru-
bescencia et ideo tales querunt
diverticula absconsiones. Iob
xxiiii. Oculus adulteri observat
caliginem. Unde erubescen-
cia ostendit peccati indecenciam
erubescencia est fuga rei in-
decentis. Unde dicitur quod
quidam sunt demones qui
nobilitatis antique memo-
res dedignantur temptare
de luxuria. ¶ Item fiditas. I Cor.
vi glo. cetera vicia tantum animam
maculant fornicacio non tantum
animam sed corpus coinquinat.
¶ Item infamia. Eccl. xlvii.
inclinasti femora tua mu-
lieribus et post dedisti macu-
lam in gloria tua. ¶ Item arbor. Oze. vii. Om-
nes adulterantes quasi cliba-
nus succensus a coquente. ¶ Item

ad detestacionem huius vicii videlicet
licet considerare quantum displi-
cet deo et angelis demonibus
placet contumeliosum est
primo deo iniuriosum subito
proximo nocivum. Primum patet vitis
patrum ubi dicitur quod quidam
angelus obturavit nares ad
aspectum cuiusdam luxuriosi
descendo. Glossa super Levit. cum
demones omni peccato gaudeant
precipue tamen gaudent de for-
nicatione et ydolatria. Tercium
patet quia templum dei vio-
lat et polluit. i. Cor. vi. Nescitis
quia templum dei estis etc. Quod
in iniuriosum sit proximo patet
2 R 11° ii Reg. xi de David qui fecit Uriam
occidi pro uxore sua. Quod sit no-
civum sibi subiecto patet quia
aufert pecuniam. Prov. xxix. Qui
nutrit scortum pecuniam perdit.
Item bona spiritualia flamme
eo igne perurit femina consciam
et ideo dicitur Job xxxi ignis
est usque ad consumptionem etc. Item aufert
corpus. Prov. v. [illegible] annos
quia corrumpit et sanguinem. Item
Prov. vi. Qui adulter est propter cordis
inopiam perdit animam suam.
Item istud vicium efficax est
ad capiendum homines et po-
tens ad retinendum in peccato et vi-
lissimum ad retinendo. De primo
Augustinus efficacissimum est gluti-
num mulier. De signum secundi
Prov. xxii fovea profunda os ali-
ene. Eccl. vii comperi [illegible]
minenta etc. quia minenta in
sectore. Item Hugo nichil vi-
lius quam carne vinci nichil
gloriosius quam carnem vincere.
Sciendum tamen nota quod sunt quinque species
luxurie scilicet simplex fornicatio
stuprum adulterium incestus
et peccatum contra naturam. Augustinus
adulterium malum fornicationem
vincit vincitur ab incestu sed
omnium horum pessimum est quod contra
naturam fit. Item Clemens

sit ipsa quamvis peccant adul-
teri sed quamvis incestuosi sed omnes
transcendunt contra naturam
delinquentes. Circa quartum notandum
multa sunt que prestant occa-
sionem luxurie. Quorum primum
est ocium secundum saturitas. Ezech.
xvi. Hec iniquitas Sodome sororis
tue superbia saturitas panis et habun-
dancia et ocium. Tercium est peccatum
vetularum que pro precio muli-
eres vendunt. Joel. iii. puellam
vendiderunt pro vino ut biberent.
Hoc signatum per serpentem qui de-
cepit Adam quod habebat vultum virgi-
neum ut dicit Beda. Iste folles
dyaboli. Job xli. Halitus eius prunas
ardere facit. Item
isti sunt omnium animarum quas per-
dunt unde et sanguinis effusi
propriam ab eis requiretur.
Item aspectus mulierum et col-
loquium [illegible]. Mat. v. non licet
intueri quod non licet concupisci.
Eccl. ix. Ne concupiscas virginem
ne forte scandalizeris in decore.
Et primo quia oculi per [illegible]
animam depredantur. Tren. iii. Oculus
meus depredatus est animam
meam. Secundo quia duces sunt
scelerum. Gene. Hinc oculi adul-
terium monstrant hinc incestum
hinc donum et quidquid concupis-
cas irritant sibi maiores du-
ces scelerum. Item tercio quia non
vident ideo non cessant peccare. ii
Pet. ii. oculos habentes plenos
adulterii. Item colloquium timen-
dum est quia primo quod irritat.
Prov. vii. irretivit eum multis
sermonibus etc. Secundo quia accen-
dit. Eccl. ix. colloquium eius quasi
ignis exardescit. Tercio quia a-
maritudinem adducit. Prov. v.
favus distillans labia mere-
tricis. Item tactus mulierum
dat occasionem peccato carnis
propter quod dicitur Eccl. ix. cum aliena
muliere ne sedeas omnino nec accum-
bas cum ea super cubitum et primo quia scorpio

est. Eccl. xxvi. qui tenet eam quasi qui apprehendat scorpionem. Secundo quia dicitur in vitis patrum quod corpus mulieris est ignis et de fratre moriente dicitur quod cum fere exalasset spiritum una mulier mulier temptat, vix ut iterum spiraret adhuc ipse clamavit recede mulier adhuc vivit igniculus tolle paleam. Item occasionem isti peccato dant coree etiam quas nota quod tunc desinit. Primo quia moyses cum audisset choreas et vidisset vitulum iratus ita est quod tabulas scriptas digito dei fregit. Secundo quia saltatrix facit amputari caput Johannis quia dicitur Eze. xxv. pro eo quod plausisti manu et percussisti pede et gavisa es ex toto affectu super terram israhel. Ecce ego extendam manum meam super te. Tertio quia ibi mittitur diabolus mulieribus sicut balaam ad decipiendum filios israhel Nu. xxv. Quarto quia ibi frangunt pactum baptismi in quo dixerunt abrenuntio diabolo quod autem choree processio sit diaboli patet per hoc semper tendunt ad sinistram. Quinto quia quot gressus petant. Hugo quod saltus pestilencie fecisti tot passibus ad inferos descendisti. Contra quintum non quod multa sunt remedia contra luxuriam. Primum est fuga quia homo est fenum et stuppa. Eccl. xxi. stuppa collecta ecclesia peccantium synagoga ut luxuria ignis ut dictum est. Iste mulier et si non urat attamen denigrat. Eccl. xiii. qui tetigerit picem et cetera. Et apostolus hoc dicit i Cor. vi. fugite fortes. Et non quod quidam frequentant mulieres propter sanctitatem. Ieronimus si pudicicia queris feminam quam in deles vel conversante mente diligere non corporali frequentatione. Secundo propter ipse castitatis fiduciam. Ieronimus hospitiolum tuum aut raro aut numquam mulier ingrediatur. Inde nec sub eodem tecto mansis nec in preterita castitate confidas nec David sanctior nec Sampson fortior nec Salomone sapientior es quia frequenter mentes libido domat. Tertio propter consanguinitatem. Ieronimus sanguinis gratia iudicabis mulieres nullomodo dimitte memento quod Thamar a fratre suo corrupta est. Secundum remedium est ut oremus deum quia Sap. viii. legitur non possum esse continens nisi deus det. Tertium est amor scripture. Ieronimus ama sacras litteras et carnis vicia non amabis. Quartum est pietas. Ambrosius si quibus iniquitas sequitur si libet carnis paciatur vapulabit quidem sed non peribit. Quintum est cogitare deformitatem corporis in morte. Gregorius nichil adeo valet ad domandum carnis desideria quam cogitare qualis est mortua. Sextum remedium est abstinentia. Bernardus carnem oportet restringere non extinguere non reprimere non opprimere ne frinat ne lasciviat allectum ne ducatur aliaquin qui secundum carnem vixerit morietur.

Lex est multiplex bona et mala. Mala multiplex diaboli sive erroris. Sap. xiiii. hic error quasi lex custoditus est. Item iniqua lex. Ys. x. Ve qui condunt leges iniquas et cetera. Item carnis. Ro. vii. video aliam legem in membris meis et cetera. Item est lex bona. Ps. in lege domini meditabitur et cetera. Et hec multiplex quia nature. Ro. ii. cum gentes que legem non habent et post ipsi sunt ubi lex iste moysi

Rom. vii. Non cognovi peccatum per legem
nisi per legem. Item evangelium
Jacobi: qui autem perspexerit in lege
perfecte libertatis etc. Vel dic quod
triplex lex dicitur: gratie, vita-
tis et iusticie. Lex gratie designa-
tur per legem consecrationis de
qua dicitur Num. vi ubi tria
determinantur in lege consecratio-
nis. Primum quod consecrandus ab
omni quod inebriare potest abstinebit,
in quo notatur temperantia. Secundum
est quod non tanget cadaver morti-
cinum, in quo notatur mundi-
cia. Item quod novacula caput eius non
ascendet, in quo notatur bona-
rum affectionum conservatio solli-
cita. Item est lex doctrine. Malachie
lex veritatis fuit in ore eius
et ista lex facit declinare a ru-
ina mortis. Prov. xiii. Lex sapi-
entis fons vite ut declinet
a ruina mortis. Item animas
convertens. Ps. Lex domini immacula-
ta etc. Item corda requiescit Deut.
ultimo in manu eius ignea
lex. Item est lex lex iusticie et
hec scribitur in cordibus. Sap. ii.
sit fortitudo nostra lex iusticie
et hec scribitur in cordibus nostris
quasi perpetuanda. Ysa. li. Audi-
te me qui scitis iustum, populus
meus, lex mea in cordibus eo-
rum. Item per doctrinam Prov. vi.
Liga eam in corde tuo iugiter.
Item perpetuum. Jer. xxxi. Dabo
legem meam in visceribus eorum.

Liber multiplex predesti-
nationis qui scriptus est
intus et foris. Apoc. v. Vi-
di in dextera dei librum scriptum
intus et foris. Foris per [illegible]
iusticiam. Exo. xxxii. Qui pecca-
verit in me delebo eum de libro
meo etc. Item intus quantum ad
illos qui inscribuntur per finalem
iusticiam. Luc. x. Gaudete
et exultate etc. In hoc libro
scribuntur boni ad recipiendam
gloriam. Glo. ad Philip. iiii. In libro

destinationis omnes salvandi
scripti sunt. Item mali ad puni-
tionem, et ideo dicit Ps. In libro
tuo omnes scribantur. Item omnia
facta omnium hominum ad discretionem.
Glo. super illud: Nomina vestra scripta
sunt in celis: si quis celestia
gerit vel terrestria dei memo-
rie quasi litteris annotatus eternaliter
est affixus. Item est liber vite
et hic aliquando dicitur celo inscrip-
to qui dicitur predestinationis
ut dictum est. Secundum quod proprie
dicitur vite, ibi solum scribuntur
boni iuxta illud: deleantur de li-
bro vite etc. Item sumitur pro
libro creato, unde et filius dei
secundum humanam naturam dicitur
liber vite eo quod in eo est forma
iuste vivendi, quia ad formam
vite ipsius potest quilibet corrigere
vitam suam. Sic liber corrigi-
tur ad librum. Glo. super illud
Ps. et in libro tuo omnes scribe-
tur: id est in me qui sum forma
iusticie omnibus. In hoc libro
scribuntur amaritudines penitentie
quod ipse fuit in summa amari-
tudine ut nobis amaritudi-
nem penitentie indicaret. Ipse enim
est liber qui comestus ama-
ritare facit ventrem, et ideo
dicebat Job xiii. Scribis contra
me amaritudines. Item pugne
contra carnales ut modum
pugnandi ut ibi accipiamus,
ideo dicitur Exo. xvii. Scribe
hec in libro quod trades in auribus
Josue. Pugna pugnantes de-
designat quibus debet tradi
liber pugnare Christi. Item exem-
pli ut eius vestigia sequamur,
et ideo dicitur Ys. [illegible] sunt li-
bri [illegible] etc. Et nota quod liber
iste difficilis est valde ad le-
gendum, implicatus quando fuit
[illegible] sed agnus aperuit eum
qui solvit signacula eius et
foris est caro. Et nota quod iste liber
est scriptus quadrupliciter

quia ¶ Christus tamquam cera vel
naturalem ostendit obedienciam
ductibilitate et in sigillo ut
ostenderet se esse lucis materiam Apo.
et de se ipso dicat ego sum lux mun-
di et quia talis scriptura deleri
posset deleri ideo se ipso scribi tam-
quam in pelle ut ostenderet se na-
ture humane iudicia et etiam vite sed
quia hec scriptura deleri posset ex
pruriginem cupiditatis ideo ¶ Chris-
to voluit scribi tamquam in sili-
ce ut non posset deleri in silice
manente silicis substancia
et signat illam scripturam qua
scriptus est in passione stilis
ferreis quam inde scribit Ieremias
de clavis quatuor. Iob xix quis
michi det ut scribantur sermones
mei quis michi tribuat quibus michi
dat ut exarentur in libro sup-
ple quod in pelle stilo ferreo quasi
in sigillo vel celte sculpentur
in silice quod factum est in passi-
one Christi quod iste liber scriptus
fuit in concepcione manifes-
tatus in nativitate correc-
tus in flagellacione puncta-
tus in passione illuminatus
in sanguinis effusione sup-
pellitum positus in resurrec-
cione et ascensione ¶ Item est liber
consciencie Dan. vii. iudicium sedit
et libri aperti sunt ¶ in hoc libro
scripta sunt dicta nostra facien-
dorum testimonium divinorum benefi-
ciorum propriorum accusacio delictorum
de quibus tribus Rom. ii cum enim
gentes que legem non habent na-
turaliter ea que legis sunt fa-
ciunt eius modi legem habentes
ipsi sibi sunt lex qui ostendunt
opus legis scriptum in cordibus suis
ecce primum testimonium redde-
te consciencia ipsorum ecce secundum et inter
se cogitacionum accusancium
vel etiam defendencium ecce ter-
cium ¶ Item est liber creature
Apok. vi celum recessit sicut
liber involutus in hoc libro
scripta sunt duo credenda et fa-
cienda credenda sunt trinitas filii
sapiencia patris potencia spiritus sancti
bonitas que possumus legere
in libro creaturarum Rom. i invisi-
bilia enim a creatura mun-
di per ea que facta sunt intellecta con-
spiciuntur sempiterna quoque
eius virtus et divinitas ¶ Item sunt
ibi scripta facienda renovacio
quietacio cordis ¶ Item est liber scri-
pture Baruch iiii hic est liber
mandatorum dei in hoc libro scrip-
ta sunt tria precepta ad facien-
dum cerimonialia et ad creden-
dum iudicialia ad tenendum
Deut. vi hec sunt precepta ceri-
monia atque iudicia que manda-
vit deus ad audiendum que
scripta sunt in libro isto debet
aures esse intente Neem. viii
aures omnis populi erecte erant
ad librum ¶ Item voces distinc-
te ad intelligendum ibidem
legerunt in libro legis aperte atque
distincte ¶ Item corda aperta
ut ponatur eos in testimo-
nium Deut. xxxi tollite libel-
lum istum et ponite in latere
arche domini dei ut non sit con-
tra te in testimonium ¶ Item
est liber iusticie Iob xxxi
librum scribit ipse qui iudicat
ut in humero meo portem il-
lum in libro hoc scribuntur
lamentaciones penitencium
carmen bonorum ve dampna-
torum Ezech. ii in libro scripta sunt
la. car. ve. vel mane techel
phares i. numerata appensa et
divisa in libro enim iusticie
dei omnia facta nostra sunt numerata
appensa in statera iudicii et
divisa erunt in diffinicione
sentencie salvatoris etc.

Libertas est multiplex
quarum prima est a cupiditate
condicionis Eccli. vii in finibus
sensatus sit dilectus quasi anima
tua et non defraudes illum li-

libertate et hec libertas regni legalis. Item est libertas a servitute
peccati et hec spiritualis. ii Cor. iii ubi
spiritus ibi libertas. Item de servitute da-
ne condempnacionis servitute et hec
filialis. Gal. v vos enim in liber-
tate vocati estis fratres. Item
a servitute legis et hec evange-
lice perfectionis. Iac. i qui autem per-
spexerit in lege perfecte libertatis
etc. Item a servitute corrupcionis
Ro. viii ipsa creatura liberabitur
a servitute corrupcionis in libe-
racione filiorum dei et cetera

Liberat pater filium in mitte-
do. ps. misit de celo et libe-
ravit me et alibi emitte
manum tuam etc. Item filium re-
dimendo. ps. xxxiv libera animam meam a ma-
lignitate eorum a leonibus unicam meam et redimat
te de manu fortium. Item spiritus
sanctus inoperando vel gratiam in-
fundendo. ps. adiuva nos de-
us salutaris noster et libera nos etc. Nota
quod liberat pater potenter contra
dyaboli potestatem. ii Re. xxii
locutus est david verba carminis
huius in die qua liberavit eum
dominus de manu inimicorum suorum.
Item filius sapienter contra
mundi astuciam vel dyaboli.
Eccl. ix inventus est in ea pau-
per et sapiens etc. Item spiritus sanctus
contra dyaboli maliciam. ps. do-
mine libera animam meam a labiis iniquis. Quia igitur sic
deus liberat recogitandus est
in corde. Eze. vi recordabuntur
mei liberati vestri in gentibus
ad quas captivi ducti sunt.
Item benedicendus est more
iudeorum. Mat. viii sabbatum agebant
benedicentes deum qui liberat
eos in illa die. Item suscipiendus
in ope. Luc. i ut sine timore
de manu inimicorum etc. Secundo
quod liberat dominus penitentes ac-
tivos contemplativos et prelatos
penitentes liberat a peccato su-
perbie. Iob xxxiii auferat hominem
ab hiis que facit et liberet eum

a superbia. Item a maledictione
pro peccato ypocrite. Iosue xxiv vo-
cavit balaam filium beor ut
malediceret vobis et nolui audire
sed contrario per illum benedixi vobis.
Item a peccato lascivie carnalis.
Iob vi liberati a peccato etc. et Exo. xv-
iii benedictus dominus deus qui libe-
ravit nos de manu egipti etc.
Secundo quod liberat istos per confessi-
onem in contricione. Iacob iii ve-
mens usque mirabiliter quae
inspiratur confusio ibi quae
liberabis. Item per ipsam confessio-
nem. Iob xxxiii dixit peccavi et vere
deliqui et ut dignus eram
non recepi et post liberavit a-
nimam suam ne pergeret in
interitum etc. Item per maniacionem
dirigens in satisfactione. Iob xxxvi
posuisti in profundum maris
viam ut transirent liberati etc.
Nota quod sunt hec tria impedien-
cia istam liberacionem quesivit
ypocritis superbe. Iob xxxvi
quae enim est species ydolatrie si
avare rapiat eius liberat
deus animam eius. Item am-
bicio avarorum. Iudicum x reli-
quisti me et coluisti deos alie-
nos etc. i. temporalia que faciunt
avaros deos alienos ideo
non addam ut liberem vos. Item
maledicto carnalium desider-
iorum. Iob i benignus est
spiritus sapiencie et non liberat maledicto
ne a labiis suis quoniam renum il-
lius testis est deus. Item libe-
rat activos deus a tribula-
cionibus et angustiis. Exo. iii
vidi afflictionem populi mei qui
est in egipto et post descendi
ut liberem eum de manibus
egipciorum. ps. libera deus israel
etc. Item a temptacionibus
et peccatis. Mat. vi et ne inducas
in temptacionem etc. Item Eccl. xx-
xiv ab inimicis periculis.
Mat. vi i. de magnis periculis
liberati magnifice gratias agimus

228

xpi. Et psalmo aliquociens
tribulacionibus suis usque ad mor-
tem et liberatus sum gra-
tia. Et nota quod isti liberavit in multo
fidei spei et caritate. Exemplum
est Danielis iii. Ubi multo
fidei tres pueri liberati sunt
de camino ignis liberati sunt.
¶ Vel sic do. Psalmista In te speraverunt patres
nostri etc. ¶ Dicitur Eccli xxx gra-
tia et amicicia liberavit. ¶ Item
liberat deus contemplativos
a sanguine carnalium cogitacio-
num quod petebat Psalmista cum dicebat
libera me de sanguinibus deus etc. ¶ Item
a dispersione affectionum. Ezechielis xxxiv
in visitabo sicut pastor oves
meas simplices affectiones et
liberabo eas de omnibus locis
in quibus disperse erant, a dis-
persione revocabo ad unitatem.
¶ Item a laqueo temporalium animas
venancium. Psalmista Ipse liberavit me
de laqueo venancium etc. ¶ Et nota quod ista
liberacio fit multo oracionibus. Tobie
iii oracione persistens Sara lac-
rimis deprecabatur dominum ut ab
ipso improperio liberaret eam. Item
racione simplicitatis. Iacob et
Daniel in sua simplicitate
liberatus est. ¶ Item racione com-
passionis. Psalmista Beatus qui intel-
ligit super egenum etc. ¶ Item liberat
deus prelatos a perdicione munda-
ne sollicitudinis. Eccli li Con-
fitebor nomini tuo qui adiu-
tor etc. ¶ Item ab importunitate
male societatis. ii Cor. Ora-
te pro nobis fratres ut sermo dei
currat et clarificetur sicut et
apud vos ut liberemur ab impor-
tunis et malis hominibus. ¶ Item a pro-
funditate amaritudinis. Sap.
xiv Exiguo ligno credunt homines
animas suas et transeuntes mare
per ratem liberati sunt. ¶ Et nota
quod isti liberentur multo predica-
cionibus. Ezech. iii Si autem annuncia-
veris iusto ut non peccet iustus et
non peccaverit vivens vivet et tu

animam tuam liberasti. ¶ Item
racione elemosine quia Tobias pre-
dicit elemosina a morte
liberat. Item racione iusticie
Prov. x Iusticia liberavit eum
a morte. ¶ Item est liberacio
que dicitur hominis et hec mul-
tiplex quia debet homo libe-
rare alium a persecucione tempora-
li. Prov. xxiv Qui trahuntur ad in-
teritum liberare ne cesses.
¶ Item animam suppliciis dyabo-
li. Eccli iv libera eum qui in-
iuriam patitur de manu superbi.
¶ Item de profundo inferni. Eccli li Ps. lxxxv
vivit a periculis eum et ani-
mam de inferno liberasti etc.

Ligacio multiplex est bona
et mala. ¶ Mala multiplex
quia est ligacio per vani-
tatem. Osee iii spiritus sancti ar-
rogancia et iactancia. ¶ Item
per carnalem concupiscenciam.
Iudicum xvi de Sampsone qui
ligatus fuit funibus novis
nec dum siccis sed adhuc viren-
tes funes significantes appetitus
carnales qui solent esse cum ta-
humidi et hi sunt septem eo
quod septem modis exercetur illud
peccatum qui sunt simplex, raptus,
fornicacio, adulterium, incestus,
mollicies et peccatum contra na-
turam. ¶ Item per conspiracionem.
Iudicum xv de contribulibus vulpi-
bus Sampsonis per caudam li-
gatis. ¶ Item per obstinacionem.
Dan. iv alligetur vinculo
ferreo et ereo. ¶ Item per penne cecitatem
acerbitatem. Act. xxi ligans sibi ma-
nibus temporalis cruciacionis. Iudicum
xvi ligaverunt actiones ad arbo-
rem. ¶ Item per penne eterne acerbita-
tem. Act. xxi ligavit manibus
et pedibus etc. ¶ Item est ligacio bo-
na et hec multiplex quia est ligacio
cordis per sapienciam. Prov. vi liga
eam in corde tuo etc. ¶ Item lingue
per loquendi refrenacionem. quia si
quis putat se religiosum esse etc.

Iacobi i. Et ideo dicitur Diabolus ad
ostendendum quod non cessat loqui ad
subversionem hominis. Iob xl: An
capere trahere poteris leviathan
hamo aut ligabis linguam
eius. ¶ Item manus ad recepto-
rium implectione. Deut. vi: Li-
ga ea, scilicet precepta, quasi signum
in manu tua. ¶ Item pedum
per desideriorum sensibilium restri-
ctionem. ¶ Item colli per abstine-
nciam. Eccli. vi: Inice pedes tu-
os in compedes illius et in tor-
ques illius collum tuum. ¶ Item
totius corporis per pudiciciam. Ioh.
xix: acceperunt corpus Ihesu et li-
gaverunt enim lineis cum aroma-
tibus. ¶ Item nota quod ligantur pecca-
tores intra pergulam et involucra
sicut ligantur animalia ad pre-
sepe. iiii Re. vii: Dixerunt leprosi:
venimus ad castra Syrie et nullum
ibi invenimus preter equos et asinos
alligatos. ¶ Item quidam per amo-
rem terrenorum sicut senes ad
crucem et post se trahunt ubi-
que. Ps. in tenebris et in umbra
mortis et cetera. Cupiditas avari-
tie mendicitas dicitur quia sem-
per eget. Sicut mendicitas alios
ligat vanitas superbie sicut
vulpes Sampsonis habebant
caudas ad invicem ligatas.
Iudicum xv. Et sic ligant
eos spiritus in aliis suis. Tales li-
gantur scilicet in inferno. Matth. xxii:
ligatis manibus et pedibus etc.
¶ Item quidam ligantur super
terram sed lege divina quam nobis
ligari iussit Deus. Prov. vii: Sed
liga eam in digitis tuis etc. ¶ Et
nota quod quidam ligantur potio-
rem ut frenetici ne insanos
deseviant. Eze. iii: Circumdedi te
vinculis. ¶ Item ligatur aliquid
ut alii inhereat sicut fit in
fracturis ossium quod fit per donum
pietatis. Luc. x: Samaritanus
alligavit vulnera et hic im-
perat Deus in malis pastoribus

Eze. xxxiv: quod fractum fuerat non
alligastis. ¶ Item ligatur ali-
quis ne fugiat sicut homo
per donum scientie sicut ligatus erat
Symeon qui interpretatur au-
diens merorem quia addit
scientiam addit dolorem sicut te-
netur in vinculis Ioseph. Ge-
ne. ¶ Item aliquid alligatur
alicui rei ne cadat sicut homo
per fortitudinem in actione. Act.
xx: Ecce ego alligatus spiritu. Et
glo. in hoc fili fortitudo comen-
datur. ¶ Item ligatur aliquid
ut operetur ut ad iugum boves
sic ligat donum consilii hoc est
Iob in vinculis. Act. xxi. ¶ Item ligatur
aliquid alicui ut trahatur
sursum et hoc fit per donum intel-
lectus et sapientie. Sapientia
enim attrahit affectum veritatis
intellectum. Iob xxxiv: Si direxerit
ad eum cor suum scilicet ad superbi-
am levando spiritum illius id est in-
tellectum et flatum id est affectum
ad se trahat. Deus sic ligatus
trahitur ad suum conditorem
et ideo clamat. Cant. i: Trahe me
post te. Modum trahendi tangit
Osee xi: In vinculis Adae tra-
ham te in vinculis caritatis.

Lignum multiplex est sa-
piencie in veritate. Gen. ii:
posuit lignum vite in
medio paradisi. Paradisus eccle-
malum. Item nota quod propter tria
non sanantur quidam. Primo
qui non audit nec recipit
medicinam tales sunt inobe-
dientes quibus dicit dominus
ys iii. Expectator ipsi hinc
rames eius acerrima et
sequuntur ne queritatur
et sanem eius. Secundo est
propter magnitudinem infir-
mitatis tales sunt peccatores
quorum signum fuit in Mach.
ii quod Antiochus percussus
est plaga insanabili ita
quod eius dirus dolor viscerum
et vermes scaturiebant in cor-
pore eius. Antiochus qui
interpretatur silencium pau-
pertatis sunt peccatores pla-
ga insanabilis est peccatis
dolor viscerum cruciatus
mentis scaturientes vermis re-
morsus consciencie. Tercium
est defectus medicine et hoc
quo ad dissolutos. Ier. iii.
cur in vetulis homo apos-
tata et post infirmitatem habuit
vltra medicinam etc.

Medium nota quod deus est
in medio anime tamquam
lampas in medio tem-
pli ut eam illuminet per fidem
et secundum hoc fuit in medio
doctorum Luce ii. et secundum hoc po-
terit dicere ipsa anima suscepi-
mus deus etc. Item tamquam
consolator ut eam confortet
per spem et secundum hoc stetit in
medio discipulorum cum di-
xit nolite timere Luce ult.
Item tamquam turris in
medio castri ut eam confir-
mat per caritatem turris enim
fortissima est nomen domini
ad eam currit iustus et saluabitur

Iohannis xix et ipsis operatus est in
medio salutem etc. Item tamquam
pugil in medio campi ut cam-
pum agatur et secundum hoc dicitur
ubi duo vel tres congregati
fuerint. Item tamquam clavus in me-
dio testitudinis seu arcus in-
miti ut ea integram fuerit
per paciam ne corruere possit
et secundum hoc dicitur Iohannis [?] deus in me-
dio corporum unione etc. Nota eciam
quod Christus in medio invenitur fuisse in
medio in multiplici disposicio-
ne. Primo iacens in medio a-
nimalium. Abac. iii. Item pendens
in medio latronum. Iohannis xix. Item
sedens in medio iudici-
orum. Luce ii. Item sedens in medio
discipulorum. Iohannis xx. Et per hoc quod
in medio invenitur quater docet nos
tenere medium in quatuor vir-
tutum cardinalium extremis
relictis in medio enim est virtus
per hoc quod iacuit in medio anima-
lium docet nos tenere medium
circa prudenciam ut extremitates
caliditas et dolositas ex una
parte et alia parte fatuitas. Me-
dium vero est prudencia. Horum
prudencia si iniusta continue-
atur mensura verus est si
unius dicat imprudencia si
plus malicia. Nam imprudenciam
voco fatuitatem, maliciam
dolositatem. Ad illud medium
nos invitat. In Petri ii. Sicut
quasi modo geniti infantes
racionales dicuntur contra
fatuitatem sine dolo contra
dolositatem. Hoc medium significat
medium duorum animalium quia
per bovem qui ungulam findit
et cornu percutit significatur dolo-
si qui habent habundanciam dis-
crecionis et hanc in maliciam
convertunt. Per asinum vero significatur
fatuitas ut hec sunt. Ergo
debemus iacere in tenere me-
dium quod est prudencia sed non [?]

dicit Iacobus neque fit notatur
disposicio ad prudenciam que
humilitas. Proverbiorum xi ubi humilitas
ibi sapiencia. Per hoc quod pependit in medio
latronum notatur medium
temperancie que carnis crucia-
tur cum viciis et concupiscenciis
sunt. Circa carnis desideri-
is ex qua sequitur crucifixio
superbus et nimia carnis mor-
tificacio per quam crucifigitur
caro ista. In medio extrema sig-
nificantur per duos latrones
quorum unum significatur per sinistrum
qui permanet in blasphemia
ad Christum. Et multi autem blasphe-
mant etc. Per dextrum vero quod
consequitur veniam
significatur. Secundus nimia scilicet carnis
mortificacio quia tales ze-
lum habent sed non secundum scienciam
istorum tenendum est medium
quod est temperancia. Iosue. Corda me-
tham si nimium tendit rumpi
sonat quare virtus abstinen-
cie aut omnino nulla est si non
tantum carnem edomat quantum
valet aut omnino inordinata
est si corpus atterit plus quam
valet. Hoc medium significatur Iohannis
viii ubi dicitur quod remansit
mulier in medio stans et con-
stat. Item [?] quod a medio tempe-
rancie recessit quia in admedio
deprehensa fuit et de hoc medio
dicit Bernardus. Carnis oportet re-
stringere non extinguere repri-
mere non opprimere sinat ne
se [?] ancillet ne dominetur
aliquando si enim secundum eam vixerit
morte morietur. Per hoc quod sedet
in medio iudicii docet seden-
tes in cathedra iudicii tenere
medium iusticie ubi sunt ex-
trema crudelitas et remissio
inique est virtus iusticia
Bernardus. Sollicita circumspectione
providendum est ne aut districta
sit rigida aut pietas sit re-

remissa nam iusticia et nimia
misericordia destruit si una sine
altera teneatur. Et erga subdi-
tos inesse debet rectoribus et iu-
te consolans mite et pie hinc et
disciplinae samaritanus cum
infunderit vinum et oleum et
similiter Martha erant man-
nazarena pro hoc quod stetit in
medio discipulorum docet te-
nere medium in fortitudine
stare cum ad fortitudinem
pertinet cuius extrema sunt pu-
sillanimitas et temeritas
alii enim terrebantur dicentes leo
est in via de quibus dicitur Proverbiorum xx-
vi terrebit sonitus folii vola-
tilis i. verba de religione in qua
volat aliis contemplacionibus
quia si talibus dicatur quod intrent
religionem terrentur dicentes
durus est sermo iste. Alii sunt
temerarii quia maiorem
eoant qui sustinere possunt et
statim relinquunt ea filii eff-
fre nitem et mitte ardui et
isti significantur per Asaelem qui
erat cursor levis et de ta-
libus dicitur Ecc. impacientiam
porrigit qui mensam suam
levitatem non attendit quod
homines tales sunt nec mirum
est nam apostolos etiam fuerunt pu-
sillanimes quia cum Christo
fugierunt temerarius non
fuit Petrus qui dicebat
paratus sum et cetera. Hec ergo
stetit dominus medius ut do-
ceret nos facere medium
in fortitudine quod tenebat David
qui dicebat Psalmo expectabam
suppleo prolongacione et hoc per-
tinet ad fortitudinem cum
qui salvum me fecit etc. nec
dum fortitudinis s. fortitudo
a pusillanimitate spiritus et te-
ce extrema s. pul. pusillani-
mitas et temeritas que est quo
quedam tempestas. Tercio quod
non solum est deus in medio

sed in medio esse docet cum remittit
qui absolvit a peccato adulterii
precepit in medio stare Joh. viii
et hominem quem curavit dicitur
Luc. vi surge et sta in medio nec
debemus inutiliter esse in medio
unde Ps. v in non declines ad dex-
teram neque ad sinistram et hoc
propter multa. Primo propter pecca-
minacionem Ps. perambulabam
in innocencia cordis mei.
Secundo propter gracie accepcionem Ps. sus-
cepimus deus misericordiam tuam et pa-
cem Ps. simplicitas factus
est spiritus domini in medio turbe.
Item ad hebendam devocionem
Archelaus erunt reliquie Ia-
cob in medio populorum multorum
quod vos ad omnis huius est quod
Samuel ita dixit David in
domo fratrum suorum I Re. xvi. Quar-
to propter securitatem quia Josue
viii dicitur quod Josue mansit
in medio et post pax vallata
est amplius pugnatorum. Quin-
to propter angelorum protectorum Ps.
prevenerunt coniuncti psallentibus
et sancti angeli coniuncti psal-
lentibus sunt in choro in medio
iuvencularum tympanistriarum i. animarum
devotarum. Item propter facilem
inimicorum expugnacionem
Josue v Caleph habuit partem
in medio filiorum Iuda delevit
quia tres filios Enoch
i. superbiam avariciam et luxu-
riam. Item septimo propter
dei cognicionem Eze. xxxvi po-
tum faciam novum spiritum meum
in medio populi mei Israel et in
Ps. in dicit Salomon deus
benedictus est in medio populi
dabis ergo servo tuo cor doci-
bile etc. Item nono propter glo-
riam Ecc. xxiiii Sapiencia in medio populi
sui glorificabitur. Item propter abun-
dantiam spiritus sancti repleccionem Act.
xvi in medio ecclesie aperuit os eius etc.

Mediator multiplex dei et
hominis dei triplex potencie

ad primum eius. ps. xxxviii. medius
est in ipso suo diuinus. Item sapi
encie ad iudicandum. prouerb.
xv. Mens iusti meditabitur obe
dienciam. Item mie ad opera
ndum. ysa. xxxii. ego scio cogita
ciones quas cogitaciones co
gito. Item est meditacio hominis
duplex quia duplex hominis
mali et hominis boni. hominis
mali triplex meditacio enim
impietatem quo ad se. ps. iniqui
tatem meditatus est in cubili suo. Item dolosi
tatem quo ad deum. ps. dolos
tota die meditabantur. Item
rapinam quo ad proximum
prouerb. xxiiii. ne desideres esse cum
eis rapinam meditabitur me
ns eorum. Item est meditacio
boni hominis et hec quadruplex
penitencium actiuorum contempla
tiuorum prelatorum. penitencium
triplex contricionis ps. meditatus
sum nocte cum corde meo. Item
confessionis. ysa. xxxviii. sicut
pullus yrundinis sic clama
bo. Item satisfaccionis. Eccl. xii.
frequens meditacio est carnis
afflictio. Item est meditacio
actiuorum qui debent meditari
timore domini ut recedant a ma
lo. ysa. xxxiii. oculi tui videbunt
terram de longe cor tuum medi
tabitur timore domini. Item
legem ad faciendum manda
tum. Josue i. non recedet de
ore tuo volumen legis sed me
ditaberis in eo diebus ac nocti
bus. Item circumspeccionem
dei. Eccli. xiiii. beatus vir qui
in sapiencia dei morabitur et in ius
ticia meditabitur. Item primum
est ad decernendum sensum ad do
cendum bonum et cognoscen
dum ad operandum. Item est
meditacio contemplatiuorum
qui debent meditari quo
ad intellectum ut cognoscant.
Item quo ad affectum ut diligant.
Item quo ad effectum ut laudet deum

primum signum. Gen. xxiiii. ysa
ac egressus est ad meditan
dum in agro inclinata iam
die [...] desertum
ps. In meditacione mea exar
dit ignis. Item in matutinis
meditabor in te. Item est medita
cio prelatorum qui debent medi
tari diuina sapienciam ut fruc
tificent quo ad se ut alios
doceant quo ad subditos
ut iusticia dei cognita annun
cient quo ad deum. Item primum
dicit ps. in lege eius meditabitur die
ac nocte. desertum. i. Thimo. iiii. noli
negligere graciam que in te est
hec meditare. Item. ps. lin
gua tua meditabitur etc. et alibi
os iusti meditabitur etc.

Mel est mel in bono et mel
in malo. In malo triplex
delectacionis et superbie. Levitici
ii. omnis oblacio que offertur domino
absque fermento erit nec quicquam
fermenti mellis adolebitur
in sacrificio domini. Item adula
cionis et fallacie. prouerb. v. fa
uus mellis verba composita
Item curiositatis mel comede
prouerb. xxv. sicut qui comedit mel
multum non est bonum ei sic perscruta
tor maiestatis etc. Item est
mel bonum quia est mel gracie
animas delectantis. Eccli. xxiiii.
spiritus meus super mel dulcis
Item eucaristie animas confor
tantis. Exo. xvi. gustus eius
sicut cum melle. Item diuine
degustacionis. i. Reg. xiiii. de Iona
tham qui intinxit virgam
in fauum mellis. Item dulcis
doctrine. prouerb. xxiiii. comede fili
mi mel quia bonum est et fauum
dulcissimum comedas gutturi
tuo sic eciam doctrina anime
tue. Apok. x. et Ezech. iii. de deuora
cione libri qui factus est sicut mel
dulcis. Item oracionis et psalmodie
ps. quam dulcia faucibus meis
eloquia tua. Item [illegible]

Cant. iiii. mel et lac sub lingua
tua. Item est mel penitencie af-
fligentis et hoc est mel silvestre
quod comedebat Iohannes baptista
Mat. iii. Item redolentis consolaci-
onis. Eccl. xlix. Memoria Josie
in compositione odoris facta est
opus pigmentarii in ore eius
quasi mel indulcorabitur. Item
nutrie sustentacionis. Eccl. xx-
xix. Initium necessarie rei vite ho-
minum sustinende scilicet quod fit in prin-
cipio condita sunt aqua ignis
ferrum et ad instancia diversarum ar-
cium facienda et sal quo cibaria
condiuntur et lac quo parvuli nu-
triuntur et panis similagine-
us quo adulti vivunt et mel
quo sunt potus et medicine et
botrus uve unde fit vinum ad
bibendum et oleum ad olera con-
diendum vestimenta ad frigus
arcendum. Item est dulcedo ce-
lestis glorie. Exo. iii. Educam vos
de terra illa in terram bonam
et spaciosam terram que fluit lac-
te et melle etc. Deut. xxxii. constituit
eum super excelsam excelsam ter-
ram et post ut sugeret de pe-
tra mel et oleum etc.

Memoria duplex est bona
et mala. Prima triplex
quia est memoria peccatorum
ad deflendum. Num. xi. Recorda-
bamur piscium quos comedeba-
mus in Egipto. Item ad despe-
randum. I Mach. vi. Reminis-
cor malorum que feci in Ierusalem.
Item ad cumulum confusionis
sive dampnacionis eterne. Luc.
xvi. Fili recordare etc. Item
memoria bona duplex dei
scilicet et hominis. Circa memoriam ho-
minis nota qualiter distinguitur
et que debemus memorari
et quod facit ad bonitatem me-
morie. Circa primum nota quod est tri-
plex memoria bona penitenci-
um proficiencium et perfectorum. Prima
triplex et quarum prima est peccatorum ad-

olescencie. Ys. xxxviii. recogita-
bo tibi etc. Secunda est ad visitacionis
contra desperacionem inter prospera ma-
lorum memor sis bonorum. Tercia
est penarum que imminent ad ti-
morem incuciendum. Eccl. vii. Me-
morare novissima tua etc. Item
proficiencium triplex. Prima est
antiquorum patrum ad imitandum.
I Mach. ii. Mementote operum patrum
que fecerunt in generacionibus suis
et accipietis gloriam magnam.
Secunda est operum Christi ad compaciendum.
Unde Tren. iii. Recordare pauperta-
tis etc. et Hebr. xii. recordate eum
etc. Tercia est iudicii sui et pro-
prii ad se preparandum. Eccl. xxxviii.
Memor esto iudicii mei
sic enim erit et tuum. Item est
memoria perfectorum et hec triplex
duplex activorum contemplati-
vorum perfectorum. Activorum triplex
debent habere memoriam divi-
ne misericordie. Tho. iiii. Omnibus diebus
vite tue in mente habeto de-
um. Ps. Meditacio cordis mei
etc. Item mortis. Ps. Adhereat
lingua mea etc. Item impe-
rii. Exo. xx. Memento ut diem sab-
bati sanctifices, id est quod sanctificabis
facit in gloriam dei. Item perfectorum
contemplativorum triplex debent
cum habere deum in triplici dif-
ferencia. Deus est iustus. Unde
Ps. Memorabor iusticie tue
solius. Item sapiens est sa-
piencius cum necesse iudicare.
Unde Ps. Memor fui iudiciorum
Item ipse est qui facit mira-
bilia solus. Unde debet habere
memoriam mirabilium eius
sive beneficiorum. Ps. Memores es-
to abyssi tu et sic debet esse
memores contemplativi
iusticie dei ad tenendum.
Item sapiencie sive iudiciorum
ad mirandum. Item beneficiorum
gratias agendum. Circa secundum nota
quod multa sunt quorum memori-
a est laudabilis. Quorum primum est

memoria beneficiorum dei. Eccli. vltimo
memento creatoris tui etc. et ma-
xime beneficiorum creacionis et
recreacionis ut dicas cum
Ieremia Trenorum iii memoria me-
mor ero etc. Bernardus ad fratres de
monte dei scit quicunque habet
sensum dei quantum humane pie-
tati expediat quantum fuerit Christi
redempcionis debeat et utile
sit ei una saltem aliqua ho-
ra passionis ipsius ac redem-
pcionis attencius colligere
beneficia ad fruendum suauiter
in consciencia et recolendum
fideliter in memoria. ¶ Primum preteritorum
Seneca si prudens es tribus
temporibus dispensetur animus
tuus presencia ordina futura
prouide preterita recordare. Eccli.
memento que ante fuerunt.
¶ Secundum est invocacionis diuina. Deutero-
nomii memento et ne obliuisca-
ris quomodo ad iracundiam prouoca-
ueris dominum deum tuum. ¶ Tercium est status
a quo cecidit. Apocalypsis ii memor
esto unde excideris. ¶ Quartum
est belli siue temptacionis
in quo est. Job xli memento
belli nec addas amplius
loqui. ¶ Quintum est fragili-
tatis humane. Eccli. vii me-
mento quia puluis es etc. Sep-
timum est mandatorum dei. Psalmus
memor esto mandatorum ipsius.
¶ Octauum est mira dei memo-
ria. Machabeorum iiii memento qualiter
salui facti sunt patres nostri in
mari rubro. ¶ Nonum est beneficiorum
nobis datorum. Seneca. Est enim lex
beneficii inter duos ut alter sapi-
ens quod alter statim debet obli-
uisci dati alter memor ac-
cepti. ¶ Decimum est factum lap-
sorum. Jeronimus ne in preterita casti-
tate confidas nec dauid sanc-
cior nec salomone sapien-
cior nec sampsone forcior
esse potes. memento quod paradisi
colonum mulier de possessione

sua eiecit. ¶ Scitum non quod
quinque sunt que faciunt ad boni-
tatem memorie. ¶ Primum est natura
fortis complexio que est dispo-
sicio quedam ad tenacitatem
impressionum sicut humiditas ad
recepcionem earum. Secundum exercitacio-
nis etiam pauca. Eccli. vbi in eis
memorat actu perpetrat sa-
piam. Tercium est placencia rei
cognitione. dicit Plato dicat
eis in tenera etate tenacione
et forte maior cogitacionibus di-
lecta est cognita mentibus
altius infigetur. ¶ Quartum
est nouitas. Seneca consectacio-
nibus sibi placentes facit
ideo non descendens ueteria
quia sepe vana discunt. ¶ Quin-
tum est infixio memorie.
Seneca ceteris ingeniis in mo-
rum et multis oportet si velis
aliquid tradere quod in animo fideliter
sedeat maturate tamen minus de-
bemus confidere in memo-
ria sed aliqua inscripto comme-
dare. Petrus de coti diano lecto-
ne aliquis in venere diuini-
tendum est quod fidelius diriguntur
et seorsum renouantur crebius
rubentur quod quidem proposito
conueniat quod in intencione pro-
ficiat quod decerneat animantur
aliena cogitare non libeat.
Iohannes. Factum est igitur quod fiducia
memorie nichil sepe commen-
dare. ¶ Item est memoria diui-
na et est duplex aspiciendum. Psalmus
memor esto domine etc. Psalmus de-
licta iuuentutis mee etc. ¶ Item
ad miserendum quod fit gratiam infun-
dendo quem ad peccatores. Job memento
mei domine etc. in etc.
¶ Item perficere faciendo quo
ad penitentes. Psalmus memento domine
dauid. ¶ Item ex amando quo
ad presentes pacientis. Psalmus me-
mor est oblitus sed etc. ¶ Item com-
mando quo ad religiosos. Psalmus
memor esto congregacionis etc.

Item salutifere instando quo
ad complacentes ps memento
mei domine in beneplacito populi tui. Et
nota quod quinque debemus allega-
re ad hoc quod deus sit memor
nostri: utilitatem sue creationis, fra-
gilitatem nostre resolucionis, mi-
seriam nostre tribulacionis, excel-
lenciam sue bonitatis, magni-
tudinem sue promissionis. Primum
allegabat Iob dicens memen-
to queso quod sicut lutum etc. Secundum
quod dicebat Iob vii memento mei
domine quia ventus est vita mea.
Tercium cum dicebat ps memor
esto obprobrii etc. Quartum iudicibus
memento mei [illegible] quintum cum
dicit memor esto verbi tui etc.

Mendacium multiplex est
prosperitatis temporalis Osee xii
Effraym pascit ventum
et sequitur estum tota die men-
dacium et vastitatem multi-
plicabit. Item idoli Ieremie viii apprehen-
derunt mendacium et noluerunt
reverti. Item diabolice sugges-
tionis Iohannis viii mendax est et
pater eius. Item ficte amicicie
Proverbiorum x qui nititur mendaciis
hic pascit ventum. Item pene
sedis Ieremie xv plaga mea renu-
it curari facta est mihi quasi men-
dacium aquarum infidelium. Item
mali operis Ieremie ix [illegible] Fortem
mendacium et non veritatem. Item
falsi iudicii Sapientie i os quod mentitur
occidit animam. Item falsi signi
Ieremie viii vere mendacium operatus est stilus
mendax scribarum etc.

Mendicitas multiplex est
pene ps mendicos [illegible] in men-
dicitate etc. Item pigricie Proverbiorum
xx propter frigus piger arare no-
luit mendicabit in estate.
Item paupertatis et miserie que
aliquem trahit ad malum culpe
Proverbiorum xxx mendicitatem et divicias
ne dederis mihi sed tantum victui meo ne-
cessaria. Item aliquem ad malum pene Lu-
cas xvi secutus est homo quidam men-
Item ad bonum secundum hoc in te-
stimacione Luce xviii cecus
quidem sedens secus viam
mendicans legitur. Ibidem quod il-
luminatus est. Item dei consola-
cionem ps ego autem mendicus
sum et pauper. Item ab angelis
deportatus Luce xvi mortuus est
mendicus et cetera.

Mensura multiplex est
nature et hec triplex quia
in primo instituta Sapientie
xi omnia in numero et pondere et mensu-
ra disposuisti. Item corrup-
tibilibus ps mensurabiles po-
suisti dies meos. Item glorificate
Ephesiorum iiii donec occurramus
omnes in virum perfectum in mensura
etatis plenitudinis Christi. Item
est mensura gratie et hec duplex
ad dimissionem peccati et ad dimi-
nutionem etiam ad dimissionem peccati
multiplex que est contricionis
ps cibabis nos pane lacrimarum. Item con-
fessionis Levitici v agnum [illegible]
peccati etc. et postea offeret arietem
immaculatum sacerdoti iuxta mensuram
quantitatemque peccati. Item
satisfactionis Deuteronomii xxv pro
mensura peccati etc. Item est men-
sura iusticie et hec triplex quia
est mensura speciei ii Corinthiorum x nos
autem non in mensura gloriabimur
sed secundum mensuram regule qua mensus
est nobis deus. Item fidei Ephesiorum
iiii unicuique nostrum data est gratia
etc. Item dilectionis Exodi xxvi
funiculi et armigera et colores [illegible]
[illegible] et [illegible] quod super [illegible]
designant caritatem. Item mensura
glorie et hec triplex media quod mensura
premii Apocalypsis xxi pondere medicum
imponderare. Item mensura premii
[illegible] reddita Luce vi qua
mensura mensi fueritis etc. Item
[illegible] Apocalypsis [illegible]
mensurabo etc. Item Ezech [illegible] quod duplice
mensure [illegible] Luce xix negociamini

et retribucionis ¶ Prima ex parte nostra
secunda ex parte dei de primis dicitur ibi Ea-
dem mensura qua mensi fue-
ritis Secunda remecietur vobis
De secunda dicit eodem que et uos
spe uel uito ¶ Nota eciam ad ma-
nifestacionem primo quod sic quod
sunt negociatores iusti et in-
iusti ¶ Primi habent mensuram
iustam et fidelem illam enim uer-
itatis habet uel iusticie de primis dicitur
Deut. xxv Non habebis in sacculo
diuersa pondera maius et minus
nec erit in domo tua modius
maior et minor pondus habebis
iustum et iustum modius equalis
et uerus erit ¶ Secundi habent
domus conscia pondus quia
facta ponderant modius in-
tencio quia secundum eam intentum
mensuratur pondus maius
et minus et modius maior et mi-
nus describunt mensuram peccati et
vicii qua proueniunt ex superfluita-
te uel indulgencia pondus unum
et modius verus ostendunt men-
suram uirtutis que est in medietate
consistens mensurant ergo ne-
gociatores iusti ea legem iustam
iniusti dolosam ¶ Vel sic quis erit
bona concessa a patrefamilias ad
negociandum quod plenius erit
distincius bonis sibi concessis
¶ Nota ergo quod bona concessa a sum-
mo patrefamilias quedam sunt exteri-
ora ut temporalia quedam inferiora
ut corporalia quedam interiora ut
spiritualia scilicet et quedam super-
iora ut eterna et hec bona ne-
gociatores iusti mensurant
iustis mensuris infideles do-
losis ¶ Nota ergo quod quadruplex
est mensura bona qua mensurant
iusti ¶ Prima est temporalium sine qua
mensurantur temporalium et dicitur equitas
Secunda est qua mensurantur corpora-
lia et hec dicitur ueritas ¶ Tercia qua
mensurantur spiritualia et hec dicitur
fides ¶ Quarta qua mensurantur
eterna et hec dicitur caritas

Est igitur iusta mensura temporalium
que est hec mensura gomor uel
sextariorum qua mensura
manna distribuitur filiis Israel
Exodi xvi Manna significat temporale quod da-
tum ipsis incepto et absque uidi
et inque decepto recedens ab se
dandum eius murmur dicentes
enim si subtraxerint ei temporalia
que ille dicebant utinam mor-
tui essemus in egipto et cetera ¶ Vel
¶ Nota quod per mannas significantur temporalia
et hec tamen habuit saporem tamen gustum ut ma-
gis manue assimilatur enim
manna in sapore simile melli
et pani oleato ut ostendatur
qualis debet esse affectus possi-
dentis temporalia simila que
est farina pura et delicatissi-
ma ostenditur mens pura
ab omni concupiscencia quo
ad primum ¶ In melle dulcedo cari-
tatis quo ad secundum in pane olea-
to oleo misericordie quo ad proximum ¶ Vel sic
dicitur ad salutem bonum temporale
in caritate possessum patet
ex natura manne que duplex
notanda est prima quia ad solem
ad ignem liquefacit ad sole
sic bona temporalia possessa in ca-
ritate affluunt in elemosinas
possessa in cupiditate deuastantur
et tabescunt alia est quia super-
flua statuerit vermibus sic bona
conseruantur in mortem ad dam-
num Iacobi v agite nunc diuites
et cetera Bonorum igitur mensura bo-
norum temporalium iusta est gomor
equitas et hec dicitur mensura
quiete ¶ Sextariorum quo ad quadruplex
equitas requiritur in mensura tempora-
lium ¶ Prima est equitas in percipi-
endo contra quam dicitur Job xl Ab-
sorbebit fluuium et non mirabitur
et cetera ¶ Secunda est equitas in acquiren-
do contra quam dicitur Osee xii Chanaan
in manu eius statera dolosa sta-
tera ¶ Tercia equitas est possidendo
contra quem Ysa v Ve qui coniun-
gitis domum ad domum ¶ Quarta equitas

est in dispensando. Luce xvi Si
iniusti tibi fuit etc. Sit ergo
communis est iusta mensura equa-
lis. ¶ Secunda mensura qua
iusta mensurantur temporalia et
ea que spectant ad necessitatem
corporis et eius sustentationem. Est
necessitas et debet dici. Job xxxviii
Ubi eras cum ponebas fun-
damenta terre indica mihi si habes
intelligenciam vel quis po-
suisti mensuras eius nosti
vel qui tetendit super eam line-
am terra est caro nostra fundamen-
ta sunt sub eius vires ut nutri-
tiua digestiua etc. Job signat
spirituales viros quorum animus fit
quos questio de mensura ne-
cessitatis si quo possunt satis-
facere necessitati et non voluptati
unde dicitur quis possunt men-
suram eius scilicet comedendo bibe-
ndo dormiendo vigilando qui-
escendo laborando et quis tete-
dit super eam lineam id est men-
suram necessitatis more natus
aut nullus nisi ille qui est
edoctus ab eo qui posuit fun-
damenta. ¶ Tercia mensura est
qua mensurantur spiritualia sicut
et inquisitio et huius est fides unde
dicitur Ro. xii Non plus sa-
pere etc. et unicuique sicut di-
visit deus mensuram fidei sa-
pere cum in mensura iusta
est cum excedit terminos fidei hec
autem dicitur apostolus illos qui temo-
raria presumptione discutere
presumunt nescientes terminos
eius mensure id est fidei. ¶ Quarta
mensura est qua mensurantur
eterna et caritas sicut mensu-
ram de qua Luce vi mensu-
ra est caritatem de plenitudine
amica caritas et inimici carita-
tis caritas que debet mensura-
ri est consolata prima est intellectus
minus affectus amica mensu-
ra est caritas que prima sequitur est
amor. Et non quod ista est ad indicium

eo quod mens affectu vitiata re-
tinet pauperem domini et eadem est
plenitudinem sicut igitur patet
quod quatuor sunt mensure
de quibus mensurant iusti
negociatores. ¶ Sunt et alie qua-
tuor mensure dolose quas
habent negociatores iniusti. Mat-
thei xxiii Implete mensuram pa-
trum ... est mensuram ad ne-
cessitatem temporalia et hoc est
iniquitas. ¶ Item ad mensu-
ram corporalia et hec est voluptas
¶ Item ad spiritualia et hec est cupiditas
¶ Item ad superiora et hec est vanitas
est. ¶ Septima Michee vi adhuc ig-
nis in domo impii thesauri
iniquitatis et mensura mi-
nor ire plena etc. Amos
viii audite hoc qui conteritis
pauperem et deficere facitis ege-
nos terre dicentes quando transibit
mensis et vendemus merces et dabimus
mensuras et sabbatum et aperiemus
frumentum ut imminuamus men-
suram et augeamus siclum et sup-
ponamus stateras dolosas etc. ¶ Se-
cunda Exodi v ubi dicit pharao
nequaquam dabitis paleas ad
conficiendum lateres sicut
prius sed ipsi vadant et colligant
stipulam et mensuram laterum
quam prius faciebant imponetis
super eos. pharao est diabolus qui car-
nalibus sepe subtrahit paleas
id est temporalia et nichilominus exigit
ab eis solitam mensuram late-
rum quod est lucrum igne solidatum
signat peccatum luxurie ...
¶ Tercia mensura dicitur Osee xii(?)
frigidum [illegible] in singulis
[illegible] condita est [illegible] aut
sunt [illegible] tota nec tamen
mentis adequaretur et capiam
mensura excedet istud est [illegible]
modium in quo est tanta copia
primo ubi ut excedat mensu-
ram paupertatem modiorum
predicator quos [illegible] intendit
[illegible] [illegible] [illegible] tamen

timendum est ne sequatur pro ea
septem annis sterilitas ¶ Ter-
tia est mensura vanitatis et
hec est qua mensurantur opera
dolosa et hec proprie est ypocritarum
et ambiciosorum et hec de qua dicitur
Apoc. 6 quibus est qui sedet dicere
intendum est cornicem super
sum aperto pondus et pondus
mensura et mensura hec sunt
ergo mensure infidelium vel
negociatorum vel mensure et
ergo istas suprius vitabis
quam illa que anima in me-
sura et pondere disposuit et dicitur
etc. eadem inquit que et iniq-
qui d. si mensi fueritis mensura
bona remetietur vobis mensu-
ra bona sed mala et mala et hec
est iusticie ¶ Sicut ergo duplex
signatur mensura ex parte ne-
gociatorum et mensurarum sic ex parte re-
muneratoris est mensura vite
ad remunerandum bona gracie et
mensura iusticie ad remune-
randa mala pene eterne ¶ De men-
sura vite dicitur Apoc. 21 edi-
ficatur civitas acume anatel
usque ad pacem angeli et exhibet
ultra mortuam civibus in con-
spectu mensure et optime
dicit exhibet ultra mortua
quia remuneracio vite est
consignum optime aut dicit
etiam anatel et pacem ange-
li ut designetur eterni-
beatitudinis ¶ Nam per eum
anatel visio divinitatis in-
telligitur unde enim notitur
contemplacio in anatel qui
interpretatur absconsio dei
designatur manifestacio
dei iuxta desiderium bonorum per
angeli est visio humanita-
tis ipse enim opus homo la-
pis angularis facta est et sicut
Job 19 ¶ Hac enim mensura re-
metietur fidelibus negoci-
atoribus quadrupliciter eo quod
fuerint quadruplice mensuram

bona in tempore gracie et designatur
in Luce 6 ubi dicitur mensuram
magnam bonam et supereffla-
entem dabunt in sinum vestrum
¶ mensura beatitudinis bona
erit in superioribus creaturis
ut in visionibus angelorum et
apostolorum et summis conferti erit
in interioribus bonis i. in dotibus
anime quantum ad dotes eius
et erit qui sicut pinguedine
replebitur anima mea adul-
cedine coagitata erit et in
terioribus bonis quantum ad dotes
corporis qui exultacio glorie ac
resultabit in corde sicut
mensura coagitata resistit
ex eius supereffluens et hoc erit
in contemplacione sancte tri-
nitatis et reddamini singu-
la singulis ut eadem me-
sura qua mensi fuerunt
boni negociatores in tempore
gracie eadem remetiatur eis in
remuneracione glorie et hoc patet
quia pro mensura equitatis
remetietur eis in mensu-
ra bona pro mensura veri-
tatis mensuram confertam pro
mensuram fidei mensuram
coagitatam pro mensura cari-
tatis mensuram supereffluentem
et hec est mensura vite que
est ex parte remuneratoris ¶ Se-
quitur de mensura iusticie
de qua dicitur Deut. 25 pro
mensura peccati erit plagarum
modus hac remetietur
infidelibus negociatoribus
quadrupliciter ut reddantur
singula singulis ¶ Prima
enim dabitur mensura in-
digencie divitibus pro men-
sura iniquitatis Ys. [illegible]
ur mensura eorum mensu-
ram etc. ¶ Secunda mensura
erit miserie que dabitur
ipsis carnalibus pro mensura
voluptatis Apoc. 18 Quantum
glorificavit se et in deliciis fuit etc.

Tercia mensura est tenebraru
z ista dabitur pro mensura ci
rcumstancie hospitalitatis ubi supra eicientur de
super enim mensura z redige
tur in modium mensura ista
est mortis eternae qua dampnatos se
perit anima dei ¶ Quarta est me
sura ignorancie z hec dabi
tur iniustis z ambiciosis ¶ Quinta
mensura vanitatis ubi supra
dum ponam iudicium in pondere
z iusticiam in mensura z subu
ertat grando spem mendacii
¶ Spes mendacii est spes va
nitatis z honorum mundi ¶ Sexta
est quod diligitis vanitatem
z queritis mendacium. grando est iudi
cii acerba adiecio. subuertet est
abhominacionem dicere z an
hoc potencia iudicium in
pondere z iusticia in men
sura eo quod culpe adequetur.

Mensa multiplex ¶ prima est
est scripture legis mo
sayce ubi supra fiat men
sa eorum in laqueum ¶ Item apostolus est
in mensa quoque apposicionibus
in volucre vel in pascua in agnicio
¶ Item dulcedinis ubi supra ¶ Iac
supra manu z catelli comedunt
etc ¶ Item est mensura gracie
z hec duplex quia est in capi
te Christi z in membris in propo
sit mensa reficiens in ver
bo. Prouerbiorum nono sapiencia miscuit vinum
z proposuit mensam ¶ Item in
passione filium exemplum Lucae
xxii supra sedim alia littera
ad mensam principis sedisti
¶ Item est mensa reficiens
cottidie spirituali z sacramentali
refectione ubi supra pasti te despec
tu tuo mensam z ecce supra
tum hospes omnia mensam
¶ Item est mensa gracie in membris
triplex caritatis exporte cor
dis. Exodi xxv in vestibulo porte
due mense hinc z inde
precepta caritatis ¶ Item predicacionis
exporte sermonis ¶ Paralipomenon supra
mm dedit salamon in mensa
apposicionibus ¶ Item boni exempli
in opere Luce xvi quas non de
disti pecuniam meam ad men
sam ¶ iii Regum x fecit salomon
mensas z super eas panes pro
posicionis i. boni exemplum
in obseruacione decalogi ¶ Item
est mensa glorie z hec admira
bilis iii Regum x videns regina
saba etc ¶ Item dulcis z munificus
Iob xxxvi reges in sede collocat
in perpetuum ¶ Item honora
bilis Luce xxii ego dispono
vobis regnum ut edatis et
bibatis z cetera.

Mensa secundum aliquem non duo
qualiter dicitur z qualiter
considerari potest ¶ Et prima
non quia quadruplex est mensa s.
culpe gracie pene z glorie ¶ Prima
est peccatorum ¶ Secunda recte viuen
cium tercia dampnatorum quarta glori
ficatorum ¶ Dicit prima dicitur mense
ly diversis mensis super
dives ante eas terra z hec triplex
cupiditatis iniquitatis et
carnalitatis ¶ Dicit prima dicitur
Ecclesiastici xi est qui locupletatur
parce agendo z hec pars mercedis
illius z hoc quod dicit inuenit
michi requiem ¶ Secunda Ecclesiastici
xxx quid prodest libacio ydo
lo nec enim manducabunt nec
odorabunt sic est qui fugatur
a domino in portans mercedes in
iquitatis ¶ Tercia Ezechielis xvi
omnibus meretricibus dantur mi
cedes tu autem dedisti mercedem
amatoribus unde quibus tuis
¶ Item est merces gracie ubi supra vel Ecclesiastici
merces eius cum eo habet non
habet mortuum quia post mor
tem non est tempus merendi Ecclesiastici
ix mortui enim nichil am
plius merentur nec habent
mercedem ¶ Hec merces s. gracie
significat tamen negociatores

ius et ideo dicitur Ys. xxxii et me ga-
ciaciones erunt et mercedes eius
sobrietate. Deus hec merces datur
laborantibus predicantibus in-
firmitatem sustinentibus. De primo
Is. lxii quiescat vox tua a plo-
ratu et oculi tui a lacrimis quia
erit merces operi i. labori tuo. De se-
cundo Ioh. iiii qui metit mercedem
accipit. De tercio Ecc. ultimo dedit
michi deus linguam erudi-
tam mercedem meam. I Cor. ix
ve michi si non evangelizavero
si autem hec ago mercedem acci-
pio. De quarto Ecc. xxxv da mer-
cedem domine sustinentibus te. Ita
merces est pene malorum omnes
mercedes eorum comburentur
igne. Hanc mercedem accipi-
unt peccantes inobedien-
tes blasphemantes. De primo
duobus Hebr. ii omnis
prevaricacio et inobediencia
recepit iustam retribucionis
mercedem. De tercio ii Pet. ii blas-
phemantes in sua corrup-
cione peribunt. Certa merces
est quia de qua dicitur reddet Sap. x
etc. Hanc mercedem dabit dominus
in iudicio unde et ipse dicit
in Apok. ultimo Ecce venio
cito et merces mea mecum est
reddere unicuique secundum opera sua
etc. Ab hac mercede non possunt
accedere ypocrite. Mt vi nolite
fieri sicut ypocrite tristes
etc. Hec non acquirit pro quatuor
scilicet pro fidem mundam ordine et iusti-
ciam. De primo Ecc. ii qui time-
tis deum credite illi et non
evacuabitur merces vestra. De se-
cundo Mt x qui recipit iustum
in nomine iusti mercedem acci-
piet quicumque dederit uni etc. De
tercio Ecc. xvi iusticiam semi-
nanti merces fidelis. Sap. v
iusti autem in perpetuum vivent
Sap. x et alibi reddet deus mer-
cedem etc. Ab hac mercede

venerunt hodie facti et vete-
qua dicatur Luc x dignus
est mercenarius mercede sua.
Certa secundum non quod merces pro con-
siderari triplicitur secundum redden-
tem et sic dicitur reposita
Sap. v iusti autem in perpetuum
vivent etc. Item quia pro seminan-
ti iusticiam merces fidelis est
accelerata Ecc. xi benedictio
dei in mercedem festinat iusti.
Item pro considerari secundum re-
cipientem et sic dicitur magna
Gen. xv ego sum protector tuus
et merces tua magna nimis.
Item spiritualis Apok. xxii ecce
venio cito et merces mea mecum
reddere unicuique secundum opera
sua. Item eterna Ecc. xviii ne
verearis usque ad mortem
iustificari quia merces dei ma-
net in eternum. Item pro consi-
derari secundum tempus et sic copio-
sa Mt v gaudete et exultate
etc. Item delectabilis Ier. xxxi
hec dicit dominus quiescat vox
tua a ploratu et oculi tui a la-
crimis quia est merces operi tuo.
Item gloriosa Ys. xl ecce dominus
deus in fortitudine veni-
et et merces eius cum eo
et opus eius coram eo etc.

Meritum multiplex est
venie Gen. iiii maior
est iniquitas mea quam
ut veniam merear. Item
naturalis potencie Ecc. x
fili in mansuetudine ser-
va animam tuam et da illi
meritum suum secundum honorem. Item
divine offense ii Paral. xix
impio prebes auxilium et his
qui oderunt dominum amicicia
iungeris et ideo iram domini me-
reberis. Item pene eterne Hebr. x
quanto magis deteriora puta-
tis mereri supplicia qui
filium dei conculcaverit etc.
Item pene temporalis Hest. ultimo

omnis cognatio eius pendet
impatibilis non nobis sed deo
reddente quod meruit. Item glo
rie. Ps. omnibus mira faciet laci
buncumque fecit inclitum per
nationibus mortis fuere.
Merces multiplex est con
cupiscentie. Pro. vii. occur
rit ei mulier ornatu
meretricio. Item voluptatis car
nalis. Iudic. xvi. Sampson ivit
abiit in gazam et vidit muli
erem meretricem etc. Item ydola
trie. Ezech. xvi. facta es quasi meretrix
fastidiosa augens pretium. Item
sube secularis. Luc. xv. filius
iunior devoravit omnem sub
stanciam suam cum meretri
cibus. Item vanitas mundi quasi
meretrix. Apoc. ... mulie
rem Iezabel etc. Item gentili
tatis. Iosue ii. exploratores
sunt ingressi domum mulieris.
Meror multiplex. Primus
est penitencie. Ps. ...
meror iusti humiliabit
eum et sic nectitur penitentiam
gratie creantis. Ps. ... plorans
essem qui rex constante exer
citu circumstantium merentium conso
lator. Item fructu glorie re
ficientis. Eccl. ... omnis dis
ciplina ... etc. Item est
meror compassionis. Iob
xxx. merens incedebam con
surgens in turba clamabam
et hec est ingemitu cordis. Tren.
i. multi gemitus mei et cor
meum merens. Item ubi
meror oris. Iob xxx. merens
incedebam etc. Item ipse
meritacia mortificationis.
Exemplum Moysi ibi septe
diebus merens in medio eorum.
Item est meror accidie.
Deut. xxviii. dabit tibi dominus
cor pavidum et deficientes
oculos et animam merore con
sumptam et hic animam deicit.
Pro. xv. In merore animi

deicitur spiritus. Item ... consumit.
Tren. i. posuit me desolatam
merore consumptam. Item honestu
ne bonum operetur contristati. Mach.
nunc quiete merore contrahens
Ecc. ... sequitur de me
rore glorie. Iob v. qui ponit hu
miles in sublimo et merentes
erigit sospitate. Item est meror
pene. Ezech. iv. panem tuum
conturbatione comede et ...
nam tuam in merore bibe
et hic est triplex quia est meror
pene in eius affligentibus tra
xit. Ezech. xxi. pro eo quod merere
fecisti cor iusti mendaciter.
Item pene exterius conturban
tis graviter. Ezech. xxiii. reple
beris calice meroris in
... Item pene eterne cru
ciantis eternaliter. Iacob iv. ri
sus ... in luctum convertetur
et gaudium in merorem etc.
Meridies triplex est. Pri
mus nominis triplicem
ethimologiam. Primus
est claritas contemplationis.
De hoc dicitur Ps. producet quasi
lumen iusticiam tuam et vite tue si
cut meridiem. Secundus est claritas com
... corporibus adhuc sunt
inbecata expectatione ...
... in ... oriens ... tene
bris lux ... et tenebre tue
sicut meridies. Tertius est ange
lorum et sanctorum qui vident
facie ad faciem celebratam ...
que resurrectione et de hoc
querebat ipsa sponsa. Cant. i. indica
que diligit anima mea ubi
pascas ubi cubes in meridie.
Primus est meridies quasi
medius dies quia in eo meri
mur peccata et merimur vitam
merentia. Secundus est meri
dies quasi medius dies quia
claritas eius non est adhuc
plena plenior tamen quam pri
ma sed minus clara quam tertia.
Tertius meridies quasi merus dies

quia clarior est ceteris mensib
quib' absconditatis aut imper
fectionis de hoc triplici meridie
Audiebat david ad actus que
rentem iniquum iniusti et iu
debat david tot meridie in iude
gtea meridiem iecha ieramel
contra meridiem tenetur i R' p
xxvii iudas in q'ptate confessio
ieramel ira dei tenetur in
dus meus vel erarium vel
possessio iuda contra meri
diem q' inde iruit qui con
templans peccata contendo
in illius iruit contra meri
diem ieramel iruit qui p
opa iam ad requiem animarum
tendit contra meridiem tenetur
iruit cui solus deus posses
sio et erarium est etc

Messis est multiplex q'a
est messis peccatorum Ecc'i ix
me seminet malam
sulcis iniusticie Oze x arastis
impietatem iniquitatem
messuistis ad hanc messam
destruendam debent mitti
messores ii R' xiiii servi ab
salon combusserunt agrum ioab
habentem messem ordei ioab e
peccator ager corpus et anima
quibus est ordeum quisorum
peccator quod p'fnos xpi debet co
buri ¶ Secunda est septime iob v
cuius messem famelicus co
medit ad hanc messem missi
sunt expositores et maxime
apli et hoc ad extirpandum et ex
plorandum et ideo d' Iob 39
xxx non alligabis ob bovi teri
randi ¶ Tercia messis est bona
temporalia i Cor ix Si seminamus
nobis spiritualia etc messores
sunt distributores unde de ama
ris dicit apostolus qui pte sciat
pte et metet ¶ Quarta est adiu
stacionis xxx fornice plenus
impiorum parat in messe q'
bum messores sunt collectores
sive penitentes Jo' x collige

vindemia et messem colenim
vindemia est compunctio mes
sis operacio olei compassio ¶ Quin
ta messis sunt bona spiritualia
Apoc Si impius fuit venire
ut fortis messis tua etc
Messores sunt multiplices
i Cor vi bestie sancte que
in q'ptate illuminati viros
aplicos metebant triticum i
dona spiritus sancti et hoc i valle
humilitatis Secunda sunt boni
de quibus dicitur Luc x mes
sores predicatores Ioh iiii Ego
misi vos metere quod non semi
nastis Tercio xx letabimur coram
te sicut qui letantur in messe
Septima sunt iusta et tua
Oze x seminate in iusticiam iusti
ciam Gal vi qui seminant
i spiritu etc Sequitur
Metuere est metuere bo
no et in malo ¶ In malo
est triplex penitencium
proficientium et perfectorum ¶ debent
enim penitentes debere me
tuere de casu super peccatum Ecc' v De
propiciatu peccatorum noli esse sine
metu i licet tibi deus fuit
propicius dimittendo tibi pecca
tua tamen semper time iterum
cadas et ideo subdit radicatas
peccatum super peccatum i peccatum super
tionis super peccatum opus item
desperatione a deo et de pena ge
henne Ecc' iii timorem et
moritem et probatione indu
ces super illum et cruciabit
illum in tribulacione doctrine
sue timorem sui offense et me
tum gem gehenne et probatio
nem paciencie ¶ Item de ba
culo futuro Hebr' fide noe re
sponso accepto de hiis que adhuc
non videbantur metuens ap
tavit archam salute domus
sue ¶ Item est metuere proficien
cium de offensa Ecc' xviii ho
mo sapiens in omnibus me
tuit ¶ Item de implenda peticione

Dan. x. Noli metuere daniel quia
ex primo die posuisti cor tuum
ad intelligendum ut te affligeres
in conspectu domini dei tui exau
dita sunt verba tua. Item de societate
tate malorum sive aggregatione
viciorum. Eccl. xxxvi. A tribus timuit
it cor meum et in quarto facies
mea metuit quod dicat ut sit
timenda michi secundum quartum magis
et post specificat dicens delaturam
ram civitatis i. predicatione dela
toris enim proditor dicitur in marti
rum similiter peccatorum pro dila
tor male dilator male loquens
batur. Secundum idem de eque et collec
tionem populi i. conspiracionem et ca
lumpnia mendacem i. fal
sam accusacionem et post specificat
ficat quartum dicens dolor cor
dis et luctus mulier zeloti
pa i. suspiciosa unde sub signa
mulieris non peccatum suspicio
nis. Item est metuere peccatorum
qui debent metuere dominum
iuxta illud et metuent eum
fines terre et hoc metus i. ira
dei sustinendo. Eccl. v. Metuentes
tes dominum sustinete misericordiam
eius. Item variarum culpe pe
ne et mortis fugiendo. Ps.
dedisti metuentibus te etc. Item
in sedecio tali decantando quod
tales oculo mentis semper respi
ciunt deus quod de istis dicitur in ps. oculi domini
super timentes eum etc. Item est metuere
in malo quia est metuere
re. Eccl. xxxvi. Cogitatus sapien
tis in omni tempore ut metu non
depravabitur. Item constancie
Ezech. ii. et iii. Ne timeas neque
metuas a facie eorum quia domus
exasperans est. Item ydolatrie
Iere. x. iuxta vias gencium
nolite discere et a signis ce
li nolite metuere. Et iii. Reg. x.
Iudaces sibi placentes sectas
non metuunt introducere blas
phemantes. Item e pene metus
sup inducentes. Ez. e. Poli me
tuere iudicium mortis etc.

Milicia multiplex est bona
et mala. Mala triplex
infidelitatis carnalitatis
et mundane solicitudinis.
De prima Deut. xvii. Vir vel
mulier qui faciunt in conspectu
domini sui et transgrediuntur ut va
dant et serviant diis alienis
ut adorent solem et lunam
et omnem miliciam celi. De secunda
i Pe. ii. obsecro vos tamquam ad
venas et peregrinos etc. De tercia
Iob x. instauras testes tuos
contra me et multiplicas iram
tuam adversum me et pene
militant in me. Item milicia
a bona et hec duplex quia
sunt qui militant contra
hostes alienos ut predicatores
et inquisitores de hiis dicitur Zach.
ix. Circumdabo domum meam
ex hiis qui militant in michi
euntes et revertentes domus
est militans ecclesia euntes
et revertentes sunt predicatores.
Item sunt quidam qui mi
litant contra hostes proprios
ut iusti. Iob vii. Milicia est vita
hominis super terram et non quod
predicatores consultant contra
errores infideles. i Thi. i. Comme
do tibi fili thymothee ut
milites in illis bonam
fidem et conscienciam quam quidam
repellentes naufragaverunt
Item contra malos mores
proximorum. ii Thi. ii. Que audisti
a me per multos testes hec
commenda fidelibus hominibus
qui et ydonei erunt et alios
docere. Labora sicut bonus
miles christi. Item sunt qui
militant contra hostes pro
prios et hoc fit dupliciter in
tollendo et in pugnando.
Et non quod tantum debemus tollera
re dolores pro culpis timores
pro penis et penas corporis.
De duobus primis Iob vi. Sagitte

dum in me sunt quasi indig
nacio ebibit spiritum meum et ter
rores domini militant in me
sagitte domini dicit dolores quos
infligit deus cordi hominis pro peccatis
quibus et hominis indignacio ebibit
spiritum .i. penitendi suspiria et
terrores sunt timores quos in
fligit deus de penis sustinen
dis et isti in penitente militant
contra seipsum .i. contra eius
torporem ne scilicet torpeat circa
agenda. Iob ultimo pene tue
militant in me .i. pene dantes
sunt in me. Item militan
dum est impugnando et macie
contra tres hostes mundum
carnem et dyabolum. Primum fit
per castitatem. i Petri ii obsecro
vos tamquam advenas et pere
grinos. ii ad Cor. x in carne ambu
lantes non secundum carnem mili
tamus. Secundum fit per paupertatem.
ii ad Thi. ii nemo militans deo
et cetera. Tercium fit per graciam adiutricem
et hoc contra tercium hostem scilicet
dyabolum qui eo quod militat
contra nos milicia celi appella
tur. Ad Eph. ultimo et tales hostes
non sunt caro et sanguis. Ideo ar
ma milicie nostre non sunt car
nalia sed potencia deo ad destruc
cionem municionum consilia
destruentes et omnem altitu
dinem extollentem, extollen
tes adversus scientiam dei. Et no
ta quod consilia vocat suggestio
nes dyabolicas municiones
vero voces quas induat ut
magis attrahat affectum al
titudine vocat superbiam.
Et nota quod in hac milicia mili
tum est laborandum. Primo
ut homo penaliter vivat super
terram. Iob vii dicit milicia
et cetera. Secundo ut secure expec
tet glorificacionem. Iob xiiii cunctis
diebus et cetera. Tercio ut communicet
inter milites Christi de quibus
Iob xix simul venerunt milites eius

Tercio ut ornet ecclesiam mi
litantem. Zach. ix circumdabo do
mum meam ex hiis qui mi
litant. Quarto ut
accipiat eterne glorie coronam
quia dicitur ii ad Thi. ii non coro
nabitur nisi qui legittime

Ministrate invicem et ait
ad Cor. xii divisiones
ministracionum sunt.
Sunt enim ministeria sanctorum
triplicia secundum tres status ac
tivorum contemplativorum et pre
latorum. Est autem ministerium pre
latorum triplex obsequii correc
cionis custodie et hoc quia
prelatus se debet habere ut in
ferior ministrando ut superior
in corrigendo ut par sive
frater in custodiendo. Unde dominus
ad Chaim. Gen. iiii ubi est Abel
frater tuus et respondit nunquid
custos et cetera quasi dicat et inventus
est quia debet esse custos.
Primum igitur ministerium pre
latorum est obsequium de quo Luc.
x qui voluit primus esse omnium erit
novissimus et minister. Luc. xx
ii qui maior est vestrum fiat
sicut minister. Ego in medio
vestrum sum sicut qui minis
trat. Secundum ministerium
est correccio de quo Ro. xiii
minister dei vindex in iram
qui male agit et eo de eis
ministri sunt in hoc ipsum ser
vientes. Tercium ministerium est
Num. viii cum quinquagesimum
annum impleverint cessabunt
servire et erunt ministri fratrum
suorum ut custodiant que
sibi fuerint commendata et
loquitur de levitis quod expo
nit Gregorius de custodia animarum
quod debet esse precipue ministe
rium prelatorum post quinquagesimum
annum in qua notatur ma
turitas etatis et morum que de
bent esse in custodibus anima
rum. Est e triplex ministeria activorum

Unum est in actionibus sive labo-
ribus operibus. Secundum in passio-
nibus. Tertium est in exhorta-
tionibus. ¶ De primo Luc. x. Mar-
tha autem satagebat circa etc. et
ibi domine non tibi cure etc. Marc.
i. De socru Petri que sanata
a febre surrexit et ministrabat.
¶ Secundum ministerium est in pacientia
sive in passionibus. De quo ii
Cor. vi. in omnibus exhibeamus
nos sicut dei ministros et post-
ea ponit multa in quibus mi-
nisterium est pacientia in vigiliis in ie-
iuniis etc. ¶ Tertium est in exhor-
tatione sive in predicatione. ii
Cor. iii. sufficientia nostra ex
deo est qui et ydoneos nos fe-
cit ministros novi testamenti. i
Thi. iiii. hec proponens fratribus
bonus eris minister Christi Iesu
et Collos. i. ubi dicitur loquitur
cuius evangelii factus sum minister.
Similiter triplex est ministerium
contemplativorum meditationis
orationis sacrificii vel
oblationis meditatio quantum
ad intellectum oratio quantum ad affectum
oblatio vel sacrificium quantum
ad effectum debent enim contem-
plativi vitam ordinari cum
cognitione vel intellectu
per meditationem devotione et affec-
tu per orationem sacrificio vel obla-
tione per operationem ¶ Primum
ergo ministerium meditatio est
que multum placet deo. Pro.
xiiii. acceptus est deo minister
intelligens non enim curat
deus de ministris negligentibus
et non meditantibus in lege
eius. Ose. iiii. quia tu legem
repulisti repellam te et ego
ne sacerdotio fungaris mi-
hi. Unde in laude ministri boni
dicitur in lege eius me-
ditabitur die ac nocte. Ps.
in meditatione mea exar-
in multis sint actus tui
quia tales incidunt quod hor
rendum est. ¶ Item est ne
quicia in docendo. Eccli. Io
no zelos mulierem sinus tui

ne obdat sup malicia doctrine
nequiciam mulier e ianis
tgla z hec est uxor phõius que
apprehendit pallium ioseph sed
nr plus fugit hec e mulier
quasi in abscondito s3 nõ debz
zalarine obdat doctrine neq
ciam ut faciat scripturas niscu
sidebiac ut videas deste face
z velit apparere ideo ps prodiit
quasi ex adipe iniquitas eorum
transierunt in affectum cordis
cogitaverunt z locuti sunt ne
quiciam ad sensum affectum z vo
luntatem scripturis trahen
tes ¶ Item nequicia inconsu
lendo Ecc xxxvii facienti ne
quissimum consilium super ipsum
devolvetur ¶ Est enim ne consili
um nequam nequius nequis
simum nequam quod fit ex ignoran
cia nequius quod ex precipitacione
nequissimum quod ex certa malicia
qui sciens z deliberate quis dat
malum consilium ut achitophel
z ideo super facientem devolve
tur ¶ Item est nequicia in ex
cusando Ecc xxiii duo genera
habundant in peccatis et tercium
adducit iram z perdicionem anima
calida quasi ignis ardens non ex
tinguetur donec aliquid glutia
at homo nequam in ore carnis
non desinet donec incendat
ignem homini fornicario omnis
panis dulcis non fatigabitur
transgrediens anima calida q
ue accensa cupiditatibus licet
apponatur aqua sapientie saluta
ris per frequentem predicacione
tamen extingui non potest donec
glutiat hoc ¶ homo nequam at
tencioris more carnis qua
quis loquitur peccandi vel
alio modo facit quod expleccione sue
carnalitatis non desinit donec
incendunt ignem ire z furo
ris solent enim carnales in
castigacione sua monere sedaciones
ut qui confirmati essent prelatis

non possent correpcione mone
re prelati z ita carnales possent
correpcione subvertencia vocare
sic carnalitati homo forni
carius est homo carnalis z hec
tria distinguntur sicut inun
cialis glutacio ¶ Item est ne
quicia in excusando quod fit in
confessione cum venit con
dempnacione coagitat com
minucione Ecc vii pro siaginat
sibi sermonem nequam vicius
est nequior in laudando Ecc
xiii bona est substancia non
est peccatum in consciencia nequissi
ma paupertas in ore impii lauda
bilis ergo est substancia que est
sine peccato s3 laus paupertatis
est nequissima in ore impii
laudat enim aliquis quod non vult
sibi laudat eciam non laudan
da s3 vituperanda z hoc palpan
do vicia ps laudatur peccator
in desideriis anime sue z in
iquus benedicitur ps ipsi erunt
qui benedicunt tibi illi in
z qui beatificant perpetuat
z ideo nequissima laus
illorum vicius est ¶ Nequi
cia in vituperando unde
Ecc xxv beatus est qui tectus
est a lingua nequam z non tran
siit in iracundiam illius morte
nequissima ab illa non fuit expe
tentus Jere ix veniet
penetrans cum lingua sua sa
gitta vulnerans lingua eorum
Ecc xxv non est caput nequius
super caput colubri z non est ira
super iram mulieris malicia
mulieris immutat faciem
z obcecat vultum z cor humile
faciem tristem z plaga mortis
mulier nequam i anima effe
minata que diffundit in vin
pro alius apparet iram hec est
plaga mortis quia incurabilis
est quod ita vulnerat z occidit unde
Ecc xxx sicut in agro bonum
quod monetur ita anima nequam

sicut inique gravat ita ani
ma effeminata pravam et turpem
sic ergo sive nequam in corde et ne
quam in ore et in sermone. Item
nequam in operacione in actione
et imitacione in exemplo in
officio et conversacione in simu
lacione in itinere ubi sive in
motu sive in quiete semper
est nequicia in operacione.
Est ergo primo nequicia
in actione. Ecc. xxxii. Doctrina
audite filii qui custodierint
illam non peribit labiis suis
nec scandalizabitur in operibus
nequissimis. Opera sunt ne
quam per perversam dilectionem nequi
ora sunt primum consensum
nequissima per usum actione
secundum peccator superbus et maledic
tus scandalizabitur in eis. Sic
est nequicia in actione qua
quis facit peccatum. Tertium nequicia
in alterius malicie imita
cione. Unde Ysa. i. Ve genti pecca
trici populo gravi iniquitate
semini nequam filiis sceleratis.
Quarta est exemplum quia
debet seminari. Prov. xi. Semi
nanti iusticiam merces fidelis.
Nequam quidem seminant orde
um et zizania et Ieronimus dici
quenque sit prima causa nec suffi
cit nequam per exemplum in mit
tendo alterum in malum sed ne
quam sunt exempla trans mit
tendus ad alios. Ambrosius in nobis lo
quitur prelatis audite principes
domus Iacob qui odio
habetis bonum et diligitis ma
lum qui violenter tollitis
pelles eorum desuper et carnes
eorum desuper ossibus suis et cetera.
Eccl. xxxi. Nequissima pre
minimabit civitas et tercium
nequicie illius verum est. Iii.
Reg. xvi. Fecit Zambri malum
in conspectu domini et operatus est
nequiter super omnes qui ante
fuerant. Ultimus in simulacione

est nequicia et hec est occulta
sed hec est duplex respectu bo
ni et respectu mali. Respectu
boni assimulacio est de qua Iob
xxxvi. Hypocrite et dividunt eius
non invocabitur deus quia omnis
hypocrita est nequam et univer
sum os locutum est menda
cium nam aliud habet in ore
aliud in corde. Nequicia
respectu mali est dissimula
cio. Unde Eccl. xix. Est qui ne
quiter se humiliat interiora aut
eius plena sunt dolo et in
eius reputacione est qui incli
nat faciem se indec. est malum
quod est ignoratum. Ultimus
est nequicia in itinere ut in
eundo et quiescendo unde etiam
in movendo fit nequicia.
Eccl. xxix. Vita nequam hos
pitari de domo in domum et
ubi hospitabitur non fidu
cialiter aget nec aperiet os
suum ad aliquod bonum facien
dum vel ad vicia arguen
da quod non decet predicatores
veritatis insuper potabit et pas
cet ingratos et ad hec amara
ria senciet ut audiet quod pla
num est predicatoribus questio
nariis. Sic ergo sunt septem
nequicie in corde septem
in ore septem in operacione
et ideo prius nequam in corde
nequam in ore nequam in operacione.

Nidus multiplex est
hominis et hic est nidus
superbiam dominan
tis. Iob xx. Item superbia. Abd.
i. Si exaltatus fueris ut
aquila et inter sidera posueris
nidum tuum et cetera. Item avaricie. Luc.
ix. Vulpes foveas habent et vo
lucres celi nidos et cetera. Item peniten
cie et tem. Passer invenit si
bi domum et turtur nidum.
Prov. xxvii. Sic avis transmi
grans de nido suo sic vir qui
relinquit suum locum. Item

mistice. Job xxix in nidulo
meo moriar et sicut palma
multiplicabo dies etc. Ps. liv
sicut avis fugiens et pulli
avolantes de nido sic erunt
filie moab etc. ¶ Item de voca-
cionibus etiam. Ps. saturabuntur lin-
gna campi et cedri libani quas
plantavit illic passeres nidifi-
cabunt. Eze. xxxi in ramis ce-
dri fecerunt nidos omnia vola-
tilia et cetera. Sequitur.

N
ocumentum multiplex est
quia est nocumentum
in ablacione possessionum.
Gen. xxxi dixit laban iacob
non dimisit eum deus scilicet laban
ut noceret mihi et loquitur contra
laban. ¶ Item in supplacione vulne-
rum. Luc. x nichil nocebit ne-
que occident in universo mon-
te meo. Ysa. xi non relinquent ho-
minem nocte eius. ¶ Item in ma-
bacione iniquiorum. Eccl. xxxii
primo nocenti te dehinc om-
nibus iudicandi nocentes.

N
omen. Nota quod multis
nominis Christi supponitur
nomen est quo abstrahimus
incipientium proficientium et per-
fectorum quos omnes adiuvat. ¶
Primus inquam ad vocacionem in
nomine meo demonia eia-
cient. ¶ Primum est eieccio demo-
niorum quod fit in cordibus contri-
cione. Tho. vi particulam iecto-
ris si super carbones ponas
fumus mecent etc. Iecur pis-
cis est cor peccatoris carbones
pene gehennales ad quas
debet particula cordis appo-
ni et sic parte una cognitet peccatorem
penam ex alia dei miseri-
cordiam fumus est effusio
lacrimarum sive contricio que
expellit omne genus demoni-
orum in peccatorum et hoc in virtute no-
minis Christi. Act. xiv vidimus qui-
dam eicientem demonia
in nomine tuo. ¶ Sequitur

loquitur linguis novis quod
fit in confessione. Sophon. iii
reddam populis labium electum ut
invocent omnes in nomine domini.
Sequitur serpentes tollent quod
notatur satisfactio quia sa-
tisfacientibus nomine Christi excluden-
do triplicem timorem a bipis
incipientibus scilicet timorem diabolice
temptacionis que figuratur hic
per serpentem. Apoc. xii Angelus apprehen-
dit apprehendit draconem ser-
pentem antiquum qui est
diabolus. ¶ Item carnalis af-
fectionis que excluditur
ibi super egros manus impo-
¶ Item invocato nomine Christi
in proficientibus quoque facit
ad bonum erigit Ps. in nomine
domini surrexerunt et erecti su-
mus. ¶ Nota de nomine meli-
nata. Luc. xiv declaranda cum
dixit petrus. Act. iii in nomine
domini nostri ihesu Christi surge et am-
bula. ¶ Item inclinat volun-
tatem ad bonum operandum. Phil.
ii in nomine ihesu omne genu
flectatur. ¶ Item confirmat in-
fusis. Act. xvi ubi quoque duo
vel tres etc. ¶ Item confirmat in
adversis. Ps. xxii anima mea
desideravit te in nocte scilicet ad-
versitatis et nomen tuum in
desiderio anime mee. ¶ Item
adiuvat contra insultus
diabolicos. Ps. in nomine tuo
exaltabitur cornu meum. ¶
Item quo ad contemplativos
utens nomine Christi primo intel-
lectum docet. Joh. xiv spiritus sanctus
quem mittet pater in nomine
meo etc. ¶ Item de nocione angel.
Ps. in nomine tuo confitebimur
tibi in seculum. ¶ Item in contem-
placione reficit. Ps. in nomine
tuo levavi manus meas
sicut adipe etc. ¶ Item consolacionem
dulcedinis infundit et ideo dicitur
Cant. i oleum effusum nomen tuum
ideo salvat perseverantes in

in fide sicut in no calendarum Ianuarii (?) sabbato
Nova omnibus. Nota quod dicit no-
va huius quia in novitatem Apocalypsis
xxi. Ecce nova facio
omnia. Et vere nova quia fecit
hominem novum humana na-
turam assumendo quod significa-
tum fuit Iere. xxxi ubi dicit
helizeus in persona patris gabri-
eli virginem alloquenti et spiri-
tum sanctum conceptionem filii preparan-
ti affer mihi vas novum et mit-
tite in illud sal. vas illud est
vascula carnis virginis quod
novum dicitur quia operatione spiritus
sancti conditur. vas quia ad
recipiendum sal divine sapie-
ncie est ordinatum. Et ideo se-
quitur mittite illud sal
et sic incarnata est divina
sapientia et sanate sunt aque
Iericho id est mundi omnes pro-
quarum salute natus est nobis
filius tunc quod factum est no-
vum celum et nova terra id est no-
vum corpus et nova anima Ysaie lx-
v. Ecce ergo novos celos et no-
vam terram. In novo celo quod est
sedes dei designatur anima quia
quia anima iusti sedes est sa-
piencie. in terra que data est in ma-
nibus impii Iob ix corpus Christi
designatur et vere ista facta est
nova quia sine virili semine
de puris sanguinibus beate virginis
est separata et sic adimpletum
est illud Iere. xxxi. novum faciet
dominus super terram et in eternum (?) in
nova sig(?) et hoc annunciavit
gabriel mulieri annunciationis cum
dixit Ave et cetera. Unde illud
competit Ysaie xlii. Nova annun-
cio vobis antequam oriantur et hoc
adimplevit filius huius diebus
cum (?) perficit illud Ysaie xliii. Ecce
facio nova et nunc orientur. Ubi
beate virgini cui annunciata sunt
et que recepta fecit sunt ista
nova perficit illud Ysaie xlviii
audita fac nova ex nunc (?) dicie (?)

sanctificationibus confirmata sunt
que vestis id est sacramenta repa-
rationis humane et tunc creata
sunt sicut in nativitate filii sic
igitur huius adimplet nova
huius visa mundo quia filius
novus huius mundo apparuit ubi
novam ecclesiam instituit et designavit
ultimo ubi civitate sanctam
de celo et cetera. Hec est illa ecclesia
primitiva in qua est unitas
omnium sicut in Actibus ii (?) cre-
dentium et cetera. Item sancta quia firma
in fide Christi. Item nova quia
reparatis cum novitate sacramen-
tis est in novata sicut de celo des-
cendere dicitur quia unigeniti
patris descendere in carnem
instituit. Nota quod hominibus
civitatis huius multa nova
dedit quia nova scilicet corda lin-
guas et mandata viam doc-
trinam etiam potum consolatione
bellum balneum nomen et nova
premia. Dedit ergo nova cor-
da iuxta illud quod promiserat
Ezech. xi. dabo vobis cor no-
vum et hoc ut in novitate spiritus
et non manibus ut dicit Ro. vii.
Item nova linguas quia ultio
linguis loquentur novis
et hoc ut legem nova predica-
rent quia ultimo predicate evangelium
omni creature et cetera. Item nova
precepta Ioh. xiii novum preceptum
do vobis et hoc ut expurgato
fermento veteri malicie et ne-
quicie nova opera faceremus
i Cor. v expurgate vetus
fermentum. Item novam viam
Hebr. x. habentes ita quod fiduciam
in sanguine eius quam initiavit
in nobis viam novam et hoc ut
in novitate ambulemus Ro. vi.
Hec via est prima. Item nova doc-
trina Act. xvii que est ista doctrina nova
et hec ut eruerent veteres scriptura
mitteretur. Hest. in obsecro domine
ut ex eis novis id est evangelicis
documentis dicat Gla. veteres

anta ople insidiatores et hostes
videorum corrigantur / i. secte
veterum errorum dicit glo. ¶ Item
nova estam / i. corpus suum Sap.
xix. et inbus mores facti
nova gustavit estam / i. ma
na in quo corpus xpi figu
ratur dicit glo. et hoc nemo
lactucis agrestibus come
dens sed novum delectamenti sa
porem in edendo senciens
Sap. xvi. quibus dedisti concu
piscencia delectamenti sui no
vi saporem ¶ Item potum
novum i. saporem sanguinis
de quo Mat. ix. nemo mittit
vinum novum in utres veteres
i Cor. xi. hic est calix novi
testamenti etc. et hoc ut ex
tincto ardore concupiscencie iusti
us nutriremur / Mat. xxvi
novis venientibus et hoc ut
eis conformaremur Ephe. in
duite novum hominem etc. Ite
nova cantilena s. divine
laudis Ps. immisit in os
meum canticum et hoc ut in
vicemque cum laudaremus
Ps. xcv. cantate domino etc. ¶ Ite
novum belli iudicium v. nova
bella etc. et hoc ut novo genere
bellandi hostes ecclesie vin
ceremus s. orando ut moises
Exo. xvii et paciendo ut mar
tires unde poeta nobile vin
cendi genus est paciencia
etc. ¶ Item novum balneum
i. sacramentum Tit. iii i. lava
crum regeneracionis etc. ¶ Item
nomen novum quod a xpo dici
tur xpianus Ys. lxii vocabi
tur tibi nomen novum quod
os domini nominavit ¶ Ite novum
premium s. corporis renovacio
seu reformacio Philip. iii salvatorem
expectamus etc.

Noticia multiplex est
investigabilis ex parte
divine sapiencie Iob xxviii
unde ita venit si hec intel
ligencia que possunt investi
gari cuius si nosti ¶ Item divine
potencie Ps. qui novit potestatem
ire tue ¶ Item bonitatis divine
Eccl. iii quis novit si spiritus fi
liorum adam ascendit sursum
et Ps. notum fecit saluta
re suum hoc fuit divine bo
nitatis ¶ Item est noticia de
lectabilis et hec est panem quod
ad prelatos Apo. ii novit
nisi qui capit panem ¶ Item
misteriorum quo abinitio i Cor.
xiii si sciero omnem sciam
et novero omnia misteria
¶ Item est noticia utilis et
hec triplex quia est noticia
amaritudinis peccatorum suorum
Prov. xiv cor quod novit amari
tudinem anime sue in gau
dio etc. ¶ Item animarum subdi
torum Prov. xii novit iustus animas
iumentorum ¶ Item beneficiorum
preteritorum Gen. xxxi nosti quod totis
viribus est servire patri tuo
¶ Item est noticia mirabilis
et hec est qua cognoscit deus
cogitaciones sapientum i Cor.
iii dominus novit cogitaciones
sapientum ¶ Item vias seu
operaciones iustorum Ps. i novit
dominus viam iustorum etc. Prov.
iiii vias que a dextris sunt
novit dominus Item dies seu glori
ficaciones immaculatorum
Ps. novit dominus dies immaculatorum

Novissimum multiplex est
quantitatis hic ut re
cumbe in novissimo loco
Item mortis Eccl. iii cor durum
male habebit in novissimis Ite
extremi iudicii Iob xix in no
vissimo die de terra surrecturus
sum ¶ Item infirm... Prov. xix semi
ta vite super erudicioni ut decli
net in novissimo infirmi ¶ Ite paradisi
Mat. ultimo videbis i. dic novi

Novum quod est novum in
bono et in malo ¶ In bo
no triplex simplex

doctrina quia minus habet de lu-
ce sic accipit hic patet ergo
hoc refertur ad intellectum ¶ Item
quies animus cogitacionibus
quia in nocte quies est Tren.
ii consurge lauda in nocte
in principio vigiliarum ps. media
nocte surgebam etc. et hoc refertur
ad affectum ¶ Item cessacio ab ope-
ribus malis quia de nocte non
operamur quod ultimo de nocte
surrexit etc. et hic refertur
ad affectum ¶ Item est nox in
malo multiplex scilicet delectacionis
peccati Iob iii pereat nox
in qua dictum est conceptus ho-
mo ¶ Item consensus peccati i Thess.
v non sumus filii noctis ¶ Item
operis peccati Ioh. xiii cum acce-
pisset buccellam exiuit con-
tinuo erat autem nox ¶ Item
consuetudinis peccati i Thess. v
qui dormiunt nocte dormiunt
¶ Item obduracionis in peccato
Ezech. xxiii tota nocte dormierunt
cognus(?) ¶ Item desperacionis Sap.
xvii solis illis erat posita
est nox grauissima tenebrarum
¶ Item originalis peccati Ro. xiii
nox precessit dies autem etc. Item
pene temporalis et hec triplex scilicet
ignorancie [illegible] in nox cau-
nobis prouisione hic intel-
lectum est ¶ Item tristicie in affectu
Iob xxxv ne protrahas noctem
ut ascendant populi pro eis ¶
Item tribulacionis in effectibus
Ys. xxvi anima mea desiderauit
te in nocte Iob xxxv qui de-
dit carmina etc. ¶ Item pene
in futuro triplex scilicet iudicii
gualis in morte Ioh. ix venit
et nox etc. Item iudicii gua-
lis Matt. xxv media nocte cla-
mor factus est Iob xxxiv me-
dia nocte turbabuntur populi
Item eterne Iob xxxvi ideo
ignorabit deus noctem etc.

Nubes multiplex est
caro Christi Ys. xix super ascendit
dominus super nubem leuem Ys. xix
[illegible] nubem ascensurum(?)
tum ¶ Item scriptura ps. tene-
brosa aqua in nubibus aeris
¶ Item [illegible] Mt. xvii nubes
lucida obumbrauit eum
Item predicator Ys. v mandabo
nubibus meis ne pluant
¶ Item superbus pro. xxv nubes
et ventus et pluuia etc. ¶ Item
ypocrita Iude(?) [illegible] nubes sine
aqua ¶ Item peccatum Tren. iii oppo-
suisti nubem ne transeat oratio
Item [illegible] detractionis Eccles.
xi qui considerat nubes etc.

Nuditas triplex est prima
est innocencie Gen.
ii erat uterque nudus
scilicet adam et eua uxor eius nec
erubescebant ¶ Secunda est culpe
Gen. iii vocem tuam audiui in
paradiso et timui eo quod nudus essem
abscondi me ¶ Tercia nuditas
est pene Eccl. v sicut nudus
egressus est de utero sic et
reuertetur et nichil auferet
secum de labore suo misera-
bilis ¶ Prima nuditas est mi-
randa ¶ Secunda cauenda unde
Apoc. xvi beatus qui custodit
uestimenta sua ne nudus
ambulet ¶ Tercia sustinenda
cum ipso apostolo ii Cor. xi in
labore et erumpna in uigiliis
multis in fame et siti et frigo-
re et nuditate ¶ Et nota quod
triplex nuditas attribuitur
Christo sed dissimiliter ¶ Prima scilicet
innocencie attribuitur Christo per sus-
cepcionem quia eam ipse sus-
cepit ¶ Secunda scilicet culpe licet
in nobis sic tamen attribuitur
Christo per satisfactionem eo quod pro ea
satisfecit Ys. liii vulne-
ratus est propter iniquitates
nostras etc. ¶ Tercia est miserie ei
attribuitur scilicet per passionem qui ha-
bet de miseria membrorum
suorum unde dequaliter(?) potest dicere
nudus fui ¶ Et non quod [illegible]

nuditatum triplex est. Illa igitur
que est miserie triplex est ne-
cessaria contingens et volunta-
ria. Prima est illa que est hom-
inalis que est in nativita-
te singulis hominis et in morte
de qua Job: nudus egressus
sum de utero matris mee
etc. Contingens sive voluntate
et intencione contingit quando
de dispositione dei de qua dicitur
Osee: statuam eam nudam sicut in
statum nativitatis sue.
Nuditas voluntaria est apostolorum
et primorum martyrum. I Cor. iiii: us-
que in hanc horam esurimus
et sitimus nudi sumus etc. Item
nuditas culpe qua anima spo-
liatur indumento gratie de qua
legitur I Reg. xxxi quod philistei
spoliaverunt caput eius et
nudaverunt armis. Sic demones
animam mortuam operibus spoli-
ant. Greg.: amputant caput
boni operis et nudant armis
virtutum. Virtutes enim arma
sunt contra vicia ut humili-
tas contra superbiam sic et de
ceteris. Ista nuditas triplicem
adducit incommoditatem: con-
fusionem vel ignominiam in
iudicio, exclusionem a reg-
no, passionem in inferno. Ves-
tis enim gratie est in modum
vestis materialis tres afferre-
bat anime commoditates. Pro-
tegebat, secundo ornabat, ter-
cio quia protegebat. Sed cum
ipsa misera anima incidit in
latrones contra tres incom-
moditates incurrit. Prima
est quia non tegitur ignominia
eius in iudicio secundum quod homines
conantur. Naum iii: revelabo pudenda tua
in facie tua. Quanta nuditate
etiam generabo etc. Secunda
incommoditas est exclusio
a regno celesti quia caret
ornatu gratie. Mt. xxii et illo [illegible]

illud quod dicitur: Amice
quomodo huc intrasti, et post: pa-
ligatis pedibus etc. Tercia in-
commoditas est passio in inferno
quia caret veste gratie que pro-
tegebat a frigore et calore.
Ipsa enim anima denudata ne-
cessario habet sentire passiones
gehenne. Unde Apoc. xvii: Et
desolatam eam
facient et nudam et eam igne
concremabunt. Iste nuditas
innocentie quam Christus susce-
pit triplex fuit, quia nudi-
tas fuit in nativitate, in
illusione et in passione. Et hoc
ad recompensandum triplicem
vanitatem mundane. Querit
ergo vanitas mundi ea in ves-
tibus preciositate ad ostensio-
nem divitiarum, decorem ad
ostensionem honoris, mollitiem ad
fomitem carnalium volup-
tatum. Ideo ipse Christus nudus
in nativitate involutus est
pannis paupertatis ut condem-
pnaret ostensionem divitiarum.
Luc. ii: hoc nobis signum in-
venietis puerum pannis in-
volutum etc. Nudatus fuit in il-
lusione ut condempnaret
fastum honoris. Mt. xxvii: postquam illu-
serunt ei in veste purpurea
exuerunt eum clamide etc.
Nudus in cruce ut
condempnaret concupiscentiam volup-
tatum carnalium. Unde et pro nu-
do pendenti in cruce partiti sunt
vestimenta eius et super vestem
meam miserunt sortem. Jo. xix.
Primam nuditatem figuravit
Micheas in persona Christi: plangam et
vadam spoliatus et nudus
faciam planctum quia de-
sperata est plaga eius. Sic dominus Ihesus
venit nudus in nativitate
ut plangeret plagam et damp-
nacionem humani generis que
desperata erat et incurabilis
[illegible] sic passionis [illegible]

264

Ysa liii attritus est propter scelera nostra
et livore eius sanati sumus
¶ Secundam autem figuravit david
qui ludebat et saltabat coram
archa que signat archanum mi-
redemptionis in quo se inlude-
bat illusionem et denudacio-
nem rerum eius et ideo nudus
nudum voluit imitari quia
ab uxore sua michol con-
temptum libenter que dicebat
quam gloriosus apparuit hodie rex
israel discooperiens se et nudatus
quasi unus de scurris ij Re vj
Terciam figuravit noe nuda-
tus in tabernaculo sic igitur nudus
fuit ¶ Cum igitur nuditas
sit triplex triplex tribus homi-
nibus contemplativis cooperienda actiuis
nuditas miserie qui nudi-
tate paupertatis voluntarie op-
primit sedem quod precepit dominus Ysa
cum videris nudum &c ¶ S
Nuditas culpe sacerdotibus
et prelatis qui eam operimento
satisfactionis operire debent
qui nunquam satisfactionem
eis iniungunt eo quod sunt ibi
in persona dei de quo dicitur Gen iij
quod fecit dominus ade et uxori eius
tunicas pellicias tunica pel-
licia est de mortuo animali et
corrupta corpori et signat morti-
ficacionem penitentie in mente que
debet coaptari pectori confessio-
ni sicut quod dicitur Ro vi sicut
exhibuistis membra vestra &c
cum anima peccatrix non vult
se totam denudare coram sacer-
dote qui eam operire debet propter
dicitur Ysa xlvij denuda tur-
pitudinem tuam discooperi
humerum tuum ¶ Contemplativis
non communium innocencia corporis
cooperienda sicut quod legitur de sancto
ioseph qui ipsum corpus ihesu
de cruce deposuit et posuit in
monumento quod exciderat in
petra et involvit cum syndone
munda cum aromatibus / ceria co-
curruit ad operimentum nudi-
tatis crucifixi salvatoris
Memoria cogitacio devoto
memoria debet recolligere
ipsum crucifixum ut monu-
mentum excisum in petra per
quem notatur credibilis me-
moria cogitacio munda debet
eum semper revolvere quod signatur
per syndonem mundam in qua in-
volvi debuit crucifixus de-
vocio debet sequi cum aro-
matibus compassionis et amo-
ris istis igitur tribus qui-
bus homo dicet dominus in iu-
dicio nudus fui &c

Nuncius multiplex est
quia est nuncius ad ex-
plorandum et signat predi-
catores iosue ij sola raab
vivat quia abscondit nun-
cios quos direximus et loqui-
tur de exploratoribus ¶ Item
ad diram nunciandum et signat con-
fessores j Re iiij audito nun-
cio quod archa dei capta esset &c
¶ Item ad placandum et signat
oratores Gen xxxij misit
iacob nuncios suos ante se ad
esau &c ¶ Item ad pacienda amo-
vendum et signat predicatores Num
xx misit moises nuncios
ad regem edom qui dicerent hec
mandat frater tuus israel no-
sti omnem laborem nostrum
et opus et obsecramus ut no-
bis liceat transire &c ¶ Item
ad erudiendum et signat Ysa xlij
quis cecus nisi servus meus
et quis surdus nisi ad quem
nuncios misi ad ea que salu-
tis sunt nunciandum Tho v
nuncia salutis nuncios ad te
thobia et hii sunt spiritus celes-
tes Prov xxv aqua frigida a-
nime sicienti nuncius bonus
de terra longinqua &c ¶ Item ad recipi-
endum Prov xiij nuncius im-
pii cadit in malum &c
Sequitur capitulum

Nummis quibus emitur necessaria vite et hereditates sicut multa census [illegible] est. Ione fundi per num significatur gratia. In isto ergo nummismate duo sunt consideranda scilicet materia et forma. Materia est intentio voluntatis, forma est gratia. ¶ Materia denificatur circa tria quia non debet esse terrena plumbea nec erea sed argentea aurea vel munita. Forma etiam denificatur circa tria quia ibi debet esse debita figura ut non sit nummus recisus et [illegible] modi. ¶ Item debitum pondus unde campsores habent instrumenta quibus ponderant eos. ¶ Item debita impressio. ¶ De primo non quod nummi sunt de auro quo ad desideria cordis et significatur per illud aurum quod principaliter magi obtulerunt. Duo de argento quo ad professionem locucionis, de cupro quo ad societatem operacionis. ¶ In auro ergo non tantum ductibilitate etiam [illegible] ad minima fila per quam significatur obediencia. Exodi xxv candelabrum erat de auro. Candelabra sunt religiosi super quos ponitur lucerna quia dicitur: Vos estis lux mundi. ¶ Item preciositatem quo ad paupertatem. Matthei v: beati pauperes et cetera. De hoc auro Threnorum iiii: filii Sion incliti et amicti auro purissimo. ¶ Primo quomodo reputati sunt et cetera. Filii Sion religiosi sunt qui debent esse in speculacione contemplacionis sunt etiam nobilitas eorum laus est [illegible] omnibus [illegible] ut dicit philosophus [illegible] sunt [illegible] isti sunt [illegible] quia et religiosi dicuntur incliti [illegible] amicti auro primo quod est purissimum et preciosissimum inter omnia genera auri designat

preciositatem paupertatis. Unde prima inter beatitudines assignatur. At vero quomodo reputati sunt in vasa testea per dilectionem suam quia dicit Hugo in libro de arra sponsi ad sponsam: scio anima quod quidquid diligis vi dilectionis in eius similitudinem transformaris. Nam si diligis celum [illegible] celestem, si terrena terrenum et ideo dicit vasa testea fractibilia. Item incorruptibilitate que signat castitatem. Iob iii cum principibus qui possident aurum. ¶ Nota quod in auro in[illegible] facit [illegible] que signat [illegible] quem in multis hodie obscuratam. Threnorum iiii: quomodo obscuratum est aurum et cetera. Debet ergo materia nummismatis esse aurea quo ad desideria cordis, non ferrea, non per [illegible] quo ad abstinentes quia terra vilissima est quo ad terrenos quia etiam de facili colligit ~~rubiginem~~ rubiginem sui ipsius destructiva quo ad carnales. ¶ Item non debet esse plumbea sed argentea materia nummismatis quoad pertinet ad puritatem locucionis que debet esse in confessione. ¶ Nota ergo quatuor in argento sonoritatem, dulcedinem, soliditatem, puritatem, claritatem, que non sunt in plumbo. ¶ Primum pertinet ad sonoritatem confessionis que sonat dulcius coram deo contra detractionem que terribiliter sonat in confessione cuius confessio notatur in Adam. Genesis iii qui confessus est [illegible] non [illegible] pertinet ad unitatem contra quod fecit Cayn. Genesis iiii dicens: nescio ubi sit. ¶ Tertium ad puritatem contra quod pharao. Exodi viiii dicens: peccavi et cetera.

Uertu(m) quo ad nuditate(m) gera(m)
q(uod) sanat. Luc. x° ubi dicit(ur) quo(d)
d(omi)nu(m) audiui (et)c(etera). ¶ Iste debet
esse materia c(on)iunctio n(on) p(ro)p(ter)
ere s(ed) argento (et)c(etera) q(uod) p(ro)p(ter)
adsc(ri)ptione(m) oracionis inde
es s(ecundu)m bonu(m) opus argenteu(m)
bona(m) intentione(m). Ecc(lesiastic)i xiij
Si linguis ho(minu)m loquar (et)c(etera)
aut (et)c(etera). Sic ergo p(a)tz qualis
debet esse materia numisma-
tis. ¶ Nu(n)c videndu(m) est de for-
ma ubi sunt tria notanda
debita figura debita impres-
sio debitu(m) pondus. ¶ Debita
figura est ut sic fractus s(ed)
integer q(uod) fit p(er) contempla-
cionem. Ecc(lesiastic)i v° ipse no(n) dor-
mi(ens) s(an)ctificet vos p(er) omnia.
¶ Item q(uod) sit rotundus q(uod) fit
p(er) iusticia(m) que o(mn)ib(us) reddit
o(mn)ia sicut denarij rotundi-
tas (et) in figura summi-
tas throni Salomonis erat
rotunda in parte posteriori. ¶ Ite(m)
ut no(n) sit recisus p(er) defectu(m)
p(er)seuerancie de p(re)cisione. ii
Re(gum) x° ubi rex filior(um) Amon
p(re)cidit vestes filior(um) David.
Item debet in denario esse
debitu(m) pondus ut ponde-
ret q(uod) fit p(er) amorem ut dic(it)
Aug(ustinus) amor eni(m) pondus est.
Item debet esse pondus debi-
tum .i. equum ut s(cilicet) equaliter
ponderet quia pondus (et) pon-
dus mensura (et) mensura
utrumq(ue) abhominabile est a-
pud deum q(uod) fit p(er) discrecione(m).
Debet eciam esse debitu(m) pon-
dus qua(n)tu(m) ad metalla ne le-
uit(er) frangatur q(uod) fit p(er) for-
titudinem. talis erat ille
de quo Iud(icum) xvi finabitur tillo
(et) no(n) flectetur (et)c(etera). De hoc ma-
xime contristatur sicut p(a)tz
in Hester de Aman qui estuabat
de hoc q(uod) Mardocheus non
flectebat genua coram eo.
¶ Item deb(et) esse debita impressio

q(uod) refertur ad p(ri)ma(m) c(on)sacra-
tione(m) p(er) impressione(m) enim for-
me cognoscitur una mone-
ta ab alia (et) sic (et) p(er) pulcra(m)
c(on)secracione(m) inter discipulos
Ihesu ad discipulos diaboli Io-
(hann)is xiij in hoc cognoscent o(mn)es
(et)c(etera). Sec(un)do q(uod) impressio eius ha-
bet esse s(ecundu)m c(ri)sta ymaginem
crucem precipue (et) sup(er) sep(ulchr)o(rum)
litter(arum) impressio ymaginis ad
consideracione(m) passionis
c(on)secracionis (Christi) debet(ur) duo-
bus. Cant(icorum) viij. pone me ut
signaculum sup(er) cor tuu(m) quo
ad memoriam mee consecra-
cionis sup(er) sepulchro litter(arum) p(otes)t re-
ferri ad impensione(m) consi-
lior(um) mone(te) regis de hac im-
pressione. Ps(almus) signatu(m) est sup(er)
nos lu(men) (et)c(etera). Vere ergo bonus
denarius qui habebat talem
forma(m) (et) talem materiam
quia erit de moneta dei.
Sed ve illi denario qui habuit
materiam plumbea(m) ferea(m)
nl' crea(m) ut dictu(m) est (et) qui
accepit ymaginem bestie et
caracterem .i. dyaboli. vn(de) in
Apoc(alipsi) xiiij dicitur. Si quis
adorauerit bestiam (et) ymagi-
nem eius (et) acceperit caracterem
in fronte sua (et) p(ro) hoc fiet
iudicium (et)c(etera). ¶ Nu(n)c dicit d(omi)n(u)s
ostendite numisma census
(et) p(ro)p(ter) cuius est ymago (et)c(etera) (et) p(ro)p(ter)
clarius et visibiliter reddite
ergo que sunt cesaris cesari (et)c(etera).

Nupcie multiplices sunt
nupcie culpe de quibus
Sampson .i. ad decipiendu(m)
Iudic(um) xiiij ubi agit(ur) de secre-
to Sampsonis qualit(er) philis-
teis nunciat(ur). ¶ Item affectu pol-
lutum. Cap. xiiij neq(ue) nudas
iam nupcias custodiunt iste
delectacio in dolore vicium.
I Math(ei) x° nupcie iste sunt in-
xistimi. ¶ Item sunt nupcie
coniugales in quibus debet esse

fidelitatis Osee ii sponsabo te mi
in fide Item bona societas sanctorum
operis vocatis multis amico
rum turbis ad convivium
fecit nuptias Item festiva
solempnitas Iohannis ii nuptie fac
te in chana galilee Iste sunt
nuptie gratie (mar. 2) autem non possunt
filii nuptiarum ieiunare quam
diu cum eis est sponsus et
non quod qui hiis nuptiis vult
interesse indiget triplici docu-
mento quorum primum documen-
tum est purite secundum caritatis
tercium humilitatis Primum necessarium
est penitentibus secundum proficien
tibus tercium perficientibus que
tria documenta ipse expressit
in triplici gradu nuptiarum Pri
mum expressit in nuptiis de
ficiente vino iussit replere aqua
illa est purita qua mundat et
lavat ab omnibus inquinamen
tis peccatorum secundum quod dicit Eze
chiel effundam super vos a
quam mundam et vinum est con
solacio ps. vinum letificat cor
hominis documentum ergo primum
est ut in nuptiis gratie imple
antur ydrie aqua i. purita Et
non expressit in ydrie quarum
prima est cor quod implenda
est aqua contricionis compuncio
nis et doloris secunda est os quod
implenda pudore et confusio
ne confessionis quatuor
sunt extre corporis que im
plende sunt labore satisfac
tionis quia pedes nuditate
ventre abstinencia et laborum
aviditate corpus et latera dur
icia lecti et vestium asperitate
caput sursum vigilia et ela
mor et oratione vel ut qua
tuor ydrie quibus impletis
iuxta documentum salvatoris
aqua purite tercium est quod ipse ihesus
mutabit vinum i. primam
consolacionem et leticiam in gaudium
nupta aliud Iohannis xvi leticia mutetur
vitae in gaudium

Secundum documentum est caritatis
quod significatur Mat. xxii ubi non
habens vestem nuptialem dam
pnabitur a solempnitate nuptiarum
excluditur vestis nuptialis
est caritas quam qui non habet ex
cluditur a nuptiis gratie Et scito
quod in illa exclusione triplex
pena exprimitur prima est agni
cio culpe secunda consciencie confusio
tercia inflictio dampnacionis
eterne Prima non ubi ait amice quomodo
huc intrasti ubi arguit eum
de triplici culpa de ingratitu
dine de presumpcione de caritatis
amissione de ingratitudine
arguit cum dicit amice quasi
debuisti ex acceptis debuit esse
amicus dei de presumpcione quando
cum dicit quomodo huc intrasti et cetera
quia presumpsit indignus
ad cenam nuptiarum introire
de caritatis amissione cum
dicit non habens vestem nupti
alem Secunda pena est confusi
o conscientie que exprimitur cum
dicitur at ille obmutuit non
audens loqui pre confusione
secundum quod dicitur [illegible]
nebis conticescent Tercia pena
est inflictio dampnacionis eterne
que exprimitur cum dicitur tunc
dixit rex ministris ubi tamen notatur
impossibilitas ad bonum que
designatur per manuum i. opera
rum et pedum i. ligacionem
voluntatum Item exclusio
a regno que notatur ubi mit
tite eum in tenebras exteriores
afflictio inmensa que notatur
ubi cum dicitur ibi erit fle
tus et stridor dencium Tercium
documentum est humilitatis
ut patet Luc. xiv cum invitatus fueris ad
nuptias recumbe in novissimo loco in
quo notantur tres humilitatis
gradus primus inferiorem no
vissimum Primus est humiliari
in comparacione inferiorum cum con
tencione Novissimus in affectione

i. et mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris

Primus est in abiciendo se ipsum
Secundus in iudicando se abiec-
tum. Tercius est ut abiciatur
desiderium delicijs tribus prima dic-
no est / exaltatum cor meum
in affectione neque elati sunt ocu-
li mei in cognicione neque
ambulavi in magnis in
conversacione / quo autem utilitas
sequatur. Ex hoc documento
subditur postea ut hic qui te
invitavit dicat tibi etc. In quo
triplex utilitas exprimitur.
Prima est amicicia quo ad de-
um que notatur cum dicitur amice
Secunda est exaltacio quo ad se
ipsum cum dicitur ascende superius
Tercium est honor et gloria quo ad
alios que exprimitur cum dicitur
tunc erit tibi gloria coram dis-
cumbentibus. Item sunt nup-
cie glorie Mathei xxv que parate erant
intraverunt cum eo ad nup-
cias. Certe quod non sine preparacione
ad nupcias Apocalypsis xix uxor
agni preparavit se ut veniret ad
nupcias. Item nupciarum so-
lempnisacio Mathei xxii Simile
est regnum celorum homini regi etc. Et
nota quod in preparacione notantur et de-
bent esse virginitas pruden-
cia intencionis puritas cla-
ritas conversacionis solicitudo
diuturne expectacionis que notantur
Mathei xxv ubi dicitur quod quinque
virgines insignitum istorum que ac-
ceperunt oleum in vasis suis
et sic expectaverunt sponsum ut
intrarent cum eo ad nupci-
as. Virginitas notatur in hoc
quod dicitur virgines prudentes puri-
tas in oleo claritas conversacio-
nis in vasis sive lampadi-
bus quietum notatur in hoc
quod expectaverunt sponsum.
Secundum est solempnisacio
circa quam notatur gaudium et exul-
tacio de coniunccione anime cum
deo Apocalypsis xix gaudeamus et ex-
ultemus in domino quia venit

nupcie agni. Iste beatitudo de
cenacione cum agno Apocalypsis xi-
x beati qui vocati sunt ad cenam nup-
ciarum. Multiplex est gaudium et
gloria eterna sive consola-
cionis Ysaie lx erunt
reges nutricij tui et regine nu-
trices tue. Baruch iiii oblivi
estis enim qui nutrivit vos
et viduam matrem. Item deus racione
deportacionis Osee xi ego quasi nu-
tricius effraym in brachijs meis
portabo eos. Numeri xi Numquid
ego concepi multitudinem
hanc / vel genui eam ut di-
cas michi porta eum in sinu
tuo sicut solet portare nutrix
infantulum suum. Item mili-
tantis ecclesia. Judith xii suscep-
tum Moyses puerum posuit eum
in sinu suo nutricis ac geru-
le fungebatur officio. Tocius
vocat ecclesiam que nutrix
dicitur racione conversacionis. Item
gratie racione pasture delectacionis
Job xxix nutrici omnia gratie tue
defruebant. Item nutricione
disciplinacionis Genesis xxiiii
dimiserunt Rebeccam et debbo-
ram nutricem suam debbora
est puta. Et nota quod est in tetucii
ad rei conservacionem ne pereat
et hoc est cure sacerdotis. ii Regum
xii pauper autem nichil habebat
preter oviculam parvulam
quam emerat et nutrierat.
Item ad rei multiplicacionem
ut proficiat et hec bone opera-
cionis Levitici vi ignis in altari
meo semper ardebit etc. Item
precalorie sive addicione ne plus
valeat et hec sancte conversacio-
nis Trenorum iiii qui nutriebantur
in croceis etc. Econtra quidem
nutriuntur delicijs et honori-
bus. Jacobi v [illegible] inebriati
et cum eo in delicijs Proverbiorum xxix
qui delicate a puericia nu-
tritur servum suum etc. quod probatur
Ysaie i ubi dicitur filios enutrivi etc.

item quidam crapulacionibus
et luxuriis facti in luxuriis
nostris cum iustis corda mea
Item avaricis et cupiditati
bus Mt xxiij ve peccatoribus
et emittentibus illis Eze xxxi
et assur quasi cedrus in libano
et postquam admiserunt illum quasi
flexibilitates invidam

Obediencia dicta
obedienciam
non primo descrip
ciones primus secundo
commendaciones
eius tercio tan
get de his quae
possunt innuere
obedienciam
quarto de gradibus obediencie quinto
partibus eius sexto de modo obedie
ncie quae adinsatum obediencie
Circa primum nota quod obediencia
sic describitur obediencia est volun
tas faciendi preceptum vel ma
datum superioris Item obediencia
est observacio secundum regulam
sacre scripture maioribus qui
buscumque debita Item obediencia
est spontaneum et racionabile
proprie voluntatis sacrificium
Item obediencia est contrastudio
proprie voluntatis abnegacio
Circa secundum non de commendacione
obediencie quod ab hoc valet
primo auctoritate scripture Ro
xiij omnis anima potestatibus sub
limioribus subiecta sit Item omnis
creatura eciam insensibilis
Ambrosius in exameron non
inobediens pudor est insensi
bilia elementa imperio dei parere
et homines non obedire quibus
sensus ab ipso tributus est ac
tore Item exempla et ma
xime exemplum xpisti et abra
he Voluit eciam deus pro
bare xpistum per obedienciam preci
pit non esset de celum despicit pa
bedienciam invenit reliquit
mandato patris in holocaustum

secum obtulit Item probata obe
diencia abrahe in descensione pa
tris Gen xii in mutacione Gen
xvii in filii ymmolacione Gen
xxii Item commendabilis est
obediencia a multiplici effe
ctu efficit enim fratrem dei Mt xii
quicumque fecit etc Item omne
obsequium precellit i Reg xv melius
est obediencia quam victime Item salvat
Eccl xxxv salutare sacrifi
cium est attendere mandatis
dei Item mirabilia facit ut
patet in beato mauro qui ad
preceptum beati benedicti placidum
ad liberandum placidum prius
demersum in fluvium currens
ivit super aquas et deductum pa
rvulum extraxit ut dicitur in dya
logo Gregorii Item in excellentis
simo statu ponit obediencia
et in principio et in futuro primus
audit Deut xxviij Si au
dieris vocem domini dei tui
faciet te dominus deus tuus excel
lenciorem cunctis gentibus
Secundum omnium est cuidam fratri
in excessu posito qui vidit
quatuor ordines ante deum
primus erat hominum infirmorum
et gracias deo agencium secundus
hospitalitatem tenencium solli
citudinem tercius obedi
encium qui pre ceteris habebat glo
riam in eius torques aurea et cum
quereret senex quare hoc esset
Responsum est ei quod omnes alii
habebant requiem ad implen
do proprias voluntates quintus
in bonis operibus hic autem omnem
voluntatem suam relinquens
totus pendet ex voluntate
iubentis et propter hoc dicitur
de xpisto Ph ii factus est obedi
ens etc et postquam et deus
exaltavit illum etc Item
quicquid vult a deo impe
trat Iosue x Si obedientes fue
rimus prepositis nostris obediet
deus oracionibus nostris Canticorum

in libro de cope monachorum tractus
expanditur. Una oratio obedien-
tis quam decem milia contem-
ptoris. Item triumphat. Pro-
verbiorum xxi: vir obediens loque-
tur victorias. Gregorius: dum alie-
ne voci humiliter subdimur, in
nosmetipsos in corde superamus.
Item etiam letificat. Ecclesiastici iii:
qui obedit patri refrigerabit
matrem. Item hominem glori-
ficat. Deuteronomii ultimo: mira obedi-
encia in omnem locum de-
vulgata est. Item animas cas-
tificat. I Petri i: animas vestras cas-
tificantes etc. Item consummat.
Ecclesiastici viii: qui custodit precep-
tum non experietur quicquam
mali. Item obediencie obedi-
unt omnia et creator et creature.
Josue x: non fuit postea tam
longa dies obediente deo vo-
ci hominis. De creaturis nota
exemplum in vitis patrum: virum
quidam de senioribus iussit
discipulum suum ad hauri-
endum aquam. Oblitus funem,
clamavit: O putee, putee,
iussit me frater meus ut ex-
hauriam aquam, et statim ascen-
dit aqua ad os putei et sup-
pleverunt lagenam glorificans
potenciam salvatoris. Item
pacem dat. Proverbiorum xiii: qui ti-
met preceptum in pace versa-
bitur. Item beatificat. Pro-
verbiorum: qui custodit legem
beatus. Item dignum prelato-
rem efficit, ut in vita beati
Philiberti: preesse non audeat
qui subesse non didicit, nec
obedienciam a subiectis ex-
ploret qui eam prelatis ex-
hibere noluit. Item ad reg-
num introducit. Ait Mathei xix: si
vis ad vitam ingredi, ser-
va mandata. De cetero ad co-
mendacionem obediencie va-
lent verba sanctorum quidem
multa pertinencia huius vir-
tutis ad alias virtutes. Gregorius
in moralibus: sola obediencia
virtus est que ceteris virtutes
menti inserit insertasque cus-
todit. Item obediencia tam
est virtus qua vir [illegible].
Item Augustinus: sola obediencia
virtus est creature rationalis
sub potestate dei degenti. Item Gregorius:
aput alium non meditur (?) qui
vult facere propriam voluntatem.
Idem: sola est obediencia que
meritum possidet fidei. Item Bern-
ardus (?): tocius quicquid placat qui-
to repressa arbitrii superbia gla-
dio precepti se ymolat. Re-
quiritur de hiis que pertinent in-
mare (?) obedienciam que amanda
est obediencia a fidelibus
tamquam vir eorum. Et nota
quod primum est flexibilitas, ut patet
in virga que propter flexibilitatem
debilis est, eciam ferrum si
sit flexile vel tenue flecti potest,
sic flexibilitas humilitatis
valet ad obedienciam. Unde
cantor Parisiensis posuit
humilitatem matrem obedien-
cie. Augustinus in libro de civitate dei
dicit quod obediencia est mater
[illegible]. Secundum autem assuefac-
tio, propter equus assuescit domini
voluntatibus ut facilius
ad voluntatem sessoris flecti
possit. Proverbiorum xxi: equus paratur
ad diem belli, dominus autem sa-
lutem tribuet. Equus est religi-
osus cui imponendum est
frenum obediencie qui paran-
dus est ad obedienciam per as-
suefactionem ut nunc ad pro-
speritatis dexteram, nunc ad si-
nistram adversitatis vertatur,
alter in die belli succum-
bet quando scilicet aliquid contrarii in-
iungetur. Tercium est ignis
ut patet in cera et metallis
que flectuntur et liquefiunt
ad ignem, sic cor flexibile est
ad ignem divini amoris. Luce xii.

vem ignem mittere ꝛc / Quartum
est separacio rei ab aliquo mi
nus flexibili cui adherebat
ut patet in corio adherenti
ligno quod flecti non potest nisi
separetur a ligno sic qui perfec
te vult obedire se ab omni tem
porali ꝛ totum se recolligat
ut mandatum superioris fa
ciat voluntarius nec tur
batus pro paratus sum ꝛ non
turbatus ꝛc Psalmus paratus
ad sublimia paratus ad om
nia quecumque precepis Augustinus
Verus obediens mandatum
non procrastinat sed parat aures
auditui quietum est alienum
quinque? ut cum pellis in
ra iungitur ut sit tracta
bilior ꝛ tere durior quam aquam
imbibitur similiter imitacio
quinque necessaria est ut cor ma
gis obediens fiat / Item ad
obedienciam valet modestia im
perantis Seneca remissius
imperanti melius paretur /
Sequitur de gradibus obedien
cie Et notandum quod Bernardus sep
tem gradus obediencie tangit
quorum Primus est libenter
audire quia quidam ut scri
bit non potest ascendere qui vo
luntate propria sua non fe
cit sicut quidam dicebat qui
dicebat invenis cibus est ꝛc
ꝛ paulus Actus 10 doce quod me
me facere ꝛ David ut dubium
qui ampliorem iniceat gratiam
qui paratum se exhibet ad ma
datum quam qui obedire se
satagat post mandatum Secundus
gradus est obtemperare simpliciter Mul
tos enim invenimus secundum librum
Bernardus post percipientis imperium
inimistas facere questiones / unde hoc
venit quare hoc venit hoc consi
lium inde suspicacio presump
cio simulacio impossibilitas
advocacio amicorum de hoc gradu
dicit Lucas mandatum amor obedit

in ad simplicitate enim obediencie
pertinet non iudicare quid vel
quare precipiatur Bernardus in libro
de consideracione omnibus mo
dis in mundo conversacionis nul
la magis necessaria est virtus
quam simplicitatis humilis ꝛ gra
vitatis verecunda Bernardus ad fra
tres de monte dei perfecta obedien
cia maxime in incipiente
est indiscreta hoc est non dis
cernere quid aut quare precipiatur
sed ad hoc tantum nititur ut fideliter
ꝛ humiliter fiat quod a maiore pre
cipiatur quod non nemo stultus
fiat ut sit sapiens ꝛ hec omnis
sit eius sapiencia ut in hac parte
nulla ei sit discrecio ideo in
formacionibus vita eius in certa
discrecio ideo discrecionibus locum
fratres in nobis sicut supple
at obedire ut nil necesse plus
necesse nunquam nec aliud quam
imperatum sit faciatis ideo non
te moveat incertus iniurias in
discreta potestas quia non est potestas
nisi a deo ꝛ qui potestati resistit
dei dei ordinacioni resistit /
Tercius gradus est hilariter obe
dire Vna seretas in vultu dul
cedo in sermonibus nihil colo
ravit obedienciam obsequentis
nubilosa corporis apparacio ꝛ fa
cies tenebrosa tristicie obfusca
ta devocionem ab animo recessis
se significat quibus enim libenter imperat
bonum tristiciam indicamus /
Quartus gradus est velociter obe
dire ut dictum est Zacheo luc 19
Zachee festinans descende ꝛc
Et descendit velut cum hodie sa
lus domui huic facta est
Item de marco discipulo sil
vani in vitis patrum qui relic
ta littera ipsa venit ad silua
num vocantem ꝛ commendatus
est de bono obediencie Item eciam
de illo discipulo qui preparabat
piscem qui reliquit eum semis
cultum ut obediret eum vocanti

Deuitus est miles adimplere
mandatum. Luc. vij. agendum est
instanter obediendum. nec ne-
cessitatem, liberum tamen vo-
luntatis est semita relinque-
da. ¶ Sextus est humiliter obe-
dire. Luc. xvij. cum omnia bene
feceritis dicite inutiles ser-
vi sumus. Septimus est indesinenter
obedire. vij. et subditus. Luc. ij.
quod perseverancia est singula-
ris filia summi regis. Et de-
quid prode est currens in-
tantum deficit sic currite ut
comprehendatis etc. j Cor. ix.
Sequitur de septiplici obedien-
cia ¶ Certa quas non quod est obe-
diencia reprehensibilis etc.
obediencia laudabilis. ¶
Prima multiplex est. Prima quia
obeditur creature plus
quam deo et precepto et regnum mo-
ri Act. v. precepto obedivit o
omnia. ¶ Secunda est cum remis-
sione superioris et necessitate
inferioris agitur quod ille obe-
dit qui debet imperare et ille
imperat qui debet obedire.
Ysa. xxx. pena monet tria
et gravium quod sustinere non pot-
erunt cum regnaverit. ¶ Tercia
est cum aliquis suo superi-
ori obedit in malo. Gre. caue-
ant subditi ne plus quam
expedit vicia studeant sub-
la superiori compellantur vi-
cia venerari. ¶ Quarta est qua
obeditur false lingue. Prov.
xvij. malus obedit lingue
inique. ¶ Quinta qua obeditur
concupiscenciis carnis. Ro. vj. non
regnet peccatum in vestro morta-
li corpore ut obediatur concu-
piscenciis eius. ¶ Sexta est
qua magis homini et huma-
nis preceptis quam deo et divinis
obeditur. Hanc obedienciam
tenebant recabite qui ma-
gis obediebant precepto pa-
tris quam dei ubi dicitur Jer. xxxv.

Septima est lepra qua obedi-
tur imperiis non mandatis. Et
hoc signatum in Simone le-
proso. Mat. xxvj. ¶ Item est obe-
diencia commendabilis et hec
est multiplex bona melior
et perfecta. ¶ Bona est humilis quia
est obediencia graciosa de qua
Eccl. iij. filii sapiencie ecclesia iusto-
rum et nacio illorum obediencia
nacionem vocat graciam que
facit deo animam gratam. ¶ Se-
cunda est fortis que victo-
riam loquitur in proverbiis.
xxj. vir obediens etc. ¶ Tercia
est vera quia obedit fidei
in actibus. Omnis turba obedie-
bat fidei. ¶ Quarta qua obedi-
tur doctrine. Ro. vj. obedistis
autem ex corde in eam formam
doctrine in qua traditi estis.
¶ Quinta est compassionis
Eccl. iiij. in iudicando esto
pupillis et misericors et eris
velut filius altissimi
obediens. ¶ Sexta est qua o-
beditur caritati. j Pet. j. ca-
stitatis castificantes animas
vestras in obediencia carita-
tis. ¶ Septima est volunta-
ria. Ps. in auditu auris o-
bedivit michi. ¶ Item est
obediencia necessaria et hec
est que debetur vel racione
fidei ut deo vel racione na-
ture ut parentibus vel racione
custodie ut institucionis
ut illa quam debent servi
dominis vel racione sacramentalis
unionis ut illa quam debent
uxores maritis suis. ¶ De
prima Act. v. oportet magis
deo obedire quam hominibus.
tent a te animam tuam. que autem parasti
cuius erunt. Item ad bonos op-
primendum. Iudic. viii. ...
pati ... audientibus
... etc. Item ...

Hester vii ubi agitur de aman qui
fuit suspensus in patibulo quod
paraverat mardocheo. Et i Machabeorum
vii legitur nicanor ad iudam
salutavit scilicet mitem et hostes
pati et cetera. Item ad decipiendum
Job xv: venter eius preparat dolos.
Item est preparatio incipientium
qui parant se ad ambulandum
viam salutis. Iudicum xix: ma-
ne facto, id est dum tempus est, incendi
parabant levites et cetera. Item ad ex-
cercendum opera pietatis. Luce xxiii:
una sabbati valde diluculo
venerunt ad monumentum portantes
que paraverunt aromata. Item
ad providendum que sunt necessita-
tis. Proverbiorum vi: vade ad formicam o pi-
ger et post: parat in estate cibum
et cetera. Et xxx: per manus fortium
divicias parat. Item ad facien-
dum opera mortificationis. Ecclesiastici
xlviii d an iudicium para iusticiam
id est mortificationem iustificatam. Item
est preparatio proficientium et hoc
ad quatuor: ad pugnandum
instanter temptationibus. Proverbiorum xxi:
equus paratur ad diem belli et cetera.
i Machabeorum iii: accingimini filii
potentes et estote parati in mane
ut pugnetis et cetera. Item ad obedi-
endum in custodiendis mandatis.
Psalmus: paratus sum et non sum turba-
tus. Item ad occurrendum domino
venienti. Luce xii: et vos estote par-
ati quia qua hora non putatis et cetera.
Item veniendum ad nupcias
salvatoris. Matthei xxv b: et que p-
arate erant et cetera. Item est preparatio per-
fectorum et hoc ad facienda opera per-
fectionis. Ad Titum iii: admone illos ad
omne opus bonum esse paratos. Item
ad erudiendum et indicendum de hiis
que sunt fidei et salutis. i Petri iii:
dominum Christum sanctificate in cor-
dibus vestris parati semper ad satis-
factionem de ea que in vobis est
fide et spe. Item ad sustinenda
flagella voluntarie instantis
adversitatis. Psalmus: quoniam ego in flagella

paratus sum. Item ad moriendum
pro nomine Ihesu Christi. ii Machabeorum vii e:
constantes esse sunt pro legibus
et patria mori parati sunt. Et vii
capitulo ubi unus ex septem fratribus: parati
sumus mori magis quam patrias
leges et cetera. Actuum xxi: ego non solum
alligari sed etiam in ierusalem mori pa-
ratus. Item est paratio dei et hec
duplex: prima qua parat sibi,
secunda qua parat homini. Quo
ad primam nota quod parat filium ad
manifestandum. Luce ii: quia viderunt
oculi mei salutare tuum et cetera.
Ysaie lii c: paravit deus brachium
sanctum suum in oculis omnium gen-
cium. Videbunt omnes fines terre
salutare dei nostri. Item thronum ad
iudicandum. Psalmus: paravit in iudi-
cio thronum suum. Item sedem
ad eternaliter quiescendum. Psalmus: para-
ta sedes tua ex tunc. Secundo quo ad paratio-
nem dei nota quod quedam parat
hominibus bonis, quedam ma-
lis. Malis parat tamen male-
olos ad verberandum. Proverbiorum xix:
parata sunt derisoribus iudicia
et mallei percucientes stultorum
corporibus. Item supplicia ad
occidendum. Ecclesiastici xxxix: qui
transgrediuntur [illegible]
deus parat eius ad supplicia.
Item ignem ad comburendum.
Matthei xxv: ite maledicti in ignem
eternum et cetera. Item parat quedam
bonis et hoc sub triplici differentia:
activorum, contemplativorum et pre-
latorum. Activis parat plenam
terram. Psalmus: qui operit celum nubibus
et parat terre pluviam. Item [illegible]
nem [illegible] iusticie. Psalmus: tu
parasti directiones et cetera. Item men-
sam spiritualem parat in conspectu
meo mensam et cetera. Item parat con-
templativis dulcedinem devo-
tionis. Psalmus: parasti in dulcedine tua pauperi deus.
Item cibum orationibus. Psalmus: flumen
dei repletum est aquis parasti cibum illorum et cetera.
Flumen vocat contemplationes quod
aquis devotionis cibat [illegible] cibum

devote orantibus. Item pane celestis
iocunditatis Apo. xix angelorum
esca mensi prophetis tenui et paratum
parte pane de celo etc. Item parat
prelatis locum prime Apo. xii
mulier fugit in solitudinem in
latens ubi habebat locum paratum a deo
Item doctrina lucida Ps. paravi lucer-
nam christo meo i. prelato. Item reg-
num glorie Mt. xxv venite bene-
dicti etc. regnum paratum a prin-
cipio non solum prelatis sed omni-
bus qui digni sunt et ideo dicitur
Mt. xx sedere ad dexteram meam
etc. ipsis quibus est apta capa non
sed pro dolor quia dicitur Mt. xxiii
a nuptiis quidem parate sunt sed
qui invitati fuerant non erant
digni et ideo dicitur postea dominus Josue
iii vade aspectum et significa il-
los hodie ipsis sunt parati in solicem
tecum de separacione ista prelatorum
ad vigilandum dicitur Eccl. l Simon filius Onie
vallavit templum domus patri
vigilantem semper templum
prelatis quod sanctificat discipulis in
parte vigilanciam semper
debent esse vigilia tamquam lam-
pas in medio monasterii
ut quemadmodum hic lux perit
illuminacione doctrine ita ibi luce-
ant fulgore glorie. Job xii deri-
detur iusti simplicitas lam-
pas contempta apud cogitaciones
divitum parata ad tempus statutum et cetera.

Pastor. Circa pastorem nota
laudanda multa et multa
vituperanda. Certa commen-
dabilia non multa que pasto-
rem reddunt commendabilem. Primum
est cum intrat per ostium. Joh. x
qui intrat per ostium. Secundo cum
bene docet Jer. iii dabo vobis pas-
tores iuxta cor meum qui pascent vos
pascent scientia et doctrina. Tercio cum
diligens est circa gregem suum.
Quarto cum bene pascit Pe. v pascite
eum qui in vobis est gregem. Eze.
xxxiv suscitabo super eum pas-
torem unum qui pascat eum meum

david inde et de deo magno pas-
tore dicitur Ys. xl sicut pastor gregem
suum pascit. Item cum patiens unde
et ibi dicitur postea in brachio suo con-
gregabit agnos. Sexto cum insilit
ut predam rapiat de ore rapacis
Amos iii quomodo si eruat pastor etc.
i Re. xvii pascebat servus tuus
gregem. Septimo cum non formi-
dat defendere gregem Jer. xxiii
suscitabo super eos pastores qui
pascent eos et non formidabunt.
Octavo cum animam suam ponit
pro ovibus. Jo. x bonus pastor animam
suam ponit etc. Secundo nota
quod multa sunt vituperanda in pas-
tore. Primum est quod intrat per ostium
Joh. x amen amen dico vobis qui
non intrat per ostium. Secundo cum ignorans
Ys. lvi ipsi pastores igno-
raverunt intelligenciam. Jer. x quoniam
omnia stulte egerunt pastores.
Tercio cum negligens est Jer. xxiii
dormitaverunt pastores tui.
Jer. l grex perditus factus est
populus meus pastores eorum
seduxerunt eos feceruntque vaga-
ri eos in montibus. Quarto cum
gregem non pascit Ezech. xx-
xiv ve pastoribus Israel qui pascunt
semetipsos. Quinto cum crudelis est
Ezech. xxxiv cum austeritate
imperabatis. Jer. xxiii ve pasto-
ribus qui dispergunt etc. Sexto
cum oves non protegit Jo. x mercen-
narius est cuius non sunt oves
proprie etc. Septimo cum sunt nimis
superbi Jer. xxv ululate pastores et
pascimini etc. Octavo cum
gregem derelinquit. Zach. xi o pas-
tor et idolum derelinquens gre-
gem. isti sunt pastores de qui-
bus dicitur Jer. xii pastores multi sunt pas-
tores qui demoliti sunt vineam
meam. sed de bonis dicitur illud Eccl.
xviii quod miseratur et docet et erudit
quasi pastor gregem suum misericordia excepit.

Pastus. Doctrina misericordie
multa plena est venerabilis
et hic est christi qui pascit in liliis

in nocencie ortis militantis ecclesie
operibus iuste. Cant. ii. Di-
lectus meus mihi est et ego illi qui
pascitur inter lilia donec aspiret dies.
Descendo Cant. vi. a dilectus meus as-
cendit in ortum suum ad areolam
aromatum ut ibi pascatur in ortis.
Descendo tercio Luc. xxv dixit quidam
dimisit te egentem et non pauimus
etc. Item est pastus laudabilis
et hic est bonorum triplex in re-
spectu actiuorum Gen. l. nolite time-
re ego pascam uos et paruulos uestros
etc. etc. xvi. uita nequam hospi-
tandi de domo in domum et ubi non
hospitatum non fiducialiter aget
nec aperiet os hospitatum et pas-
cet et potabit ingratos. Item doc-
trine respectu prelatorum i Petri v a
pascite qui in uobis est gregem
dei prouidentes non coacte sed
spontanee secundum deum neque tur-
pis lucri gratia sed uoluntarie. Item
innocencie respectu contempla-
tiuorum Ps. pauit eos in innocencia
cordis. Item est pastus culpa-
bilis et hic est malorum Ps. excita-
uit eam ardesit et hic triplex sc.
superbie Iob xl. estiuum pascit
uentum superbie et sequitur estu
scilicet carnalis lasciuie delectationis
gulose et hic duplex mise et alius
Deo in epistola Iude hii sunt
in epulis suis macule conuiuantes sine
timore semetipsos pascentes. Ite de-
sidie Pro. xxviii b qui comessa-
tores pascit confundit patrem suum.
Item insipiencie Pro. xv c cor sapi-
entis querit doctrinam et os stultorum
pascitur imperitia. Item est pastus
qui nos pascit deus et hic tri-
plex admirabilis delectabilis
et desiderabilis. Pastus admi-
rabilis est nature et hic pascit
creaturas irrationales ad sui
glorificationem Mat. vi. respicite uo-
latilia celi que neque serunt
neque metunt neque congregant
in horrea et pater uester celestis pascit
illa. Item rationales et bene uiuentes

ad sui sustentacionem ut patet de
Helya ad quem angelus apposuit sub-
cinericium panem et uas aque ut am-
bularet in fortitudine panis
illius usque ad montem dei Oreb iii
Re. xix et alibi dicitur decco co-
ruis precepi ut pascant te in
torrente carith. Item male ui-
uentes ad eorum confusionem
Oze iiii. sicut uacca lasciuiens
declinauit Israel nunc pascet
eos dominus quasi agnum in latitudine.
Item est pastus delectabilis
et hic multiplex doctrine Ier. iii
non maturitatis fructus pascet
homines sed primo tantum qui in me
crediderint confirmat. Item gre
Apoc. xii mulier fugit in soli-
tudinem ut habet locum paratum
a deo ut ibi pascant eam. Ys. lxv
pascentur simul leo et bos lupus
et agnus in lupo notatur persecutor
in agno innocens in leone nobi-
lis in boue laicus qui omnes
simul pascuntur pace gracie. Item
sanitatis eterne Ps. spera in
deo et fac bonitatem et inhabita
terram et pasceris in diuitiis eius. Item
est pastus desiderabilis et hic
erit in gloria Sophonie iii e reliquie
Israel non facient iniquitatem
et ipsi pascentur et accuba-
bunt et non erit qui exterreat.
Ezech. v d agni iuxta ordinem
suum. Et non quod ibi pascentur feli-
citer nobiliter et delectabiliter deliciis
tribus simul. Ezech. xxxiiii d in
pascuis uberrimis pascam ea-
s oues et cetera primum et quod requi-
escet in herbis uirentibus etc.
secundum sequitur et in pascuis pin-
guibus etc. etc. tercium nota causam
quod ibi pascentur honorabiliter et ideo
subditur et pascentur super
montes Israhel etc.

Pascua multiplicia sunt
pascua superborum Ys. xxxiiii
b erit cubile draco-
num et pascua struthionum in domi-
bus habitant in Syon struthiones

z detractores sunt / superbi qui eciam
religiosos nolunt humanis
laudabilibus pascere / Item amaro-
rum / Ezech. xxxiiii si pascua diuerum
pascuerunt Item luxuriosorum
Iob xxxix quasi gaudio magnorum
pascua gregum / Item sunt
pascua bona sacramentorum
militantis ecclesie Ps. Dominus re-
git me etc. et ab et alibi autem nos
populus eius et oues pascue
Item sunt pascua delectacionis
diuine Jo. x ego sum hostium
per me si quis introierit sal-
uabitur / et egredietur et pascua
inueniet / ingredi pertinet
ad contemplacionem diuinitatis
egredi ad contemplacionem huma-
nitatis et ibi pascua inueniet
delectacionis diuine sicut / Apocalypsis
[illegible] Item sunt pascua celestis glorie
Iob xxxix circumspicit montes
pascue sue et loquitur de aquil-
la sub typo contemplatiui
qui montes pascue celestis glorie
contemplatur / et cetera

Paruulus. Nota quod sunt
proprietates quedam par-
uulorum inutiles et
hee sunt / tres decepcio simpli-
citatis Pro. ad Cor. xiiii noli-
te pueri effici sensibus etc. Item
appetitus voluptatis Pro. i
usque quo paruuli diligitis infanciam
Item instabilitas mentis Eph.
iiii ut non simus sicut / paruuli
fluctuantes etc. Item sunt condi-
ciones tollerabiles scilicet indiscre-
ciones / i ad Cor. xiii cum essem
paruulus loquebar / etc. Item
impotencia operacionis Gen. xxxiii
Nosti domine mi quod habeam par-
uulos teneros et si plus am-
bulando laborare fecero mo-
rientur Item defectus consolacio-
nis Cant. soror / nostra paruula
est / et ubera consolacionis non
habet Item sunt condiciones
laudabiles scilicet humilitas vo-
rumis ut ibi Sinite paruulos venire ad

Item humilitas affeccionis ut ibi
nisi conuersi fueritis et efficiamini
sicut paruuli iste etc. Item innocen-
cia operacionis i ad Cor. xiiii ma-
licia paruuli estote etc.

Panis multiplex est bo-
nus et malus / Bonus
multiplex est ideo Eccl.
vi / splendide in panibus Pro. xx
aperi oculos tuos et saturare
panibus / primus panis est [illegible]
Gen. iii in sudore vultus tui ves-
ceris pane / valet asteria ad vite sus-
tentacionem / Eccl. xxxiii cibaria
et virga et onus asino panis
et disciplina operis seruo per asinum
et seruum intelligitur corpus pa-
baria et panem cibus nature
vel necessitas sustentacionis
propter honus et laborem [illegible]
oracionis pugnam et disciplina
affeccionis mortificacionis Item
ad restaurandam viam [illegible]
diuitum Tho. iii pane tuo cum
egenis et pauperibus et esurienti-
bus comede Eccl. xi mitte
panem tuum super transeuntes aquas
Ys. xxi f qui habitatis terram
[illegible] cum panibus occurri-
te fugienti Item valet ad
faciendam oblacionem Leuit.
ii cum autem obtulerit sacrificium
coctum in clibano de simila
panes absque fermento Item est
panis eucharistie Luc. xi panem
nostrum cotidianum da nobis ho-
die i ad Cor. x panis quem frangimus
nonne participacio corporis domini
etc. et hic terra faciat sacias Johan.
ego sum panis vite qui venit
ad me non esuriet Item delectat
Sap. xvi prestitisti eis panem
Item glorificat Johan. qui man-
ducauerit ex hoc pane viuet
in eternum Item est panis [illegible]
pis panem meum tacte [illegible]
[illegible] et iste [illegible] facit animas sus-
tentat Ier. xxxvii sustentate
eum pane tribulacionis et an-
gustie Item animas [illegible]

elevat. ps. surgite postquam sederitis etc. q. d. mirum est surge et elevari. Item devocionem et desiderium generat. ps. fuerunt mihi lacrime mee etc. Et ibi usque in voce exultacionis. Item est panis divine consolacionis. ps. pane angelorum etc. et hic confortat in tribulacione ut pugnam. Ruth ii in pastum panem quem intinxit. Ruth ii in aceto quia ipsa consolacio provenit ex concordacione passionis divine que in mirabili confortat. Item proficere facit operacionem. iii Reg. xix. ivit Helias in fortitudine panis illius etc. Item confirmat in sanctitate. ps. cor hominis confirmet. Item est panis doctrine. Eccl. xv. in primis per parvulos illuminat venerabilem ad eam ineam. Eccl. xv. cibavit illum pane vite et intellectus. Item vivificat concupiscibilem. Mat. iiii. non in solo pane vivit homo. Item inflamat irascibilem per zelum iusticie. Luce xxiiii dicitur quod quando cognoverunt discipuli dominum in fraccione panis nonne cor nostrum ardens erat. Item est panis devocionis. ps. percussus sum ut fenum etc. et hic est filiorum et desiderabilis. Mat. xv non est bonum sumere panem. Item delectabilis. Gen. xlix. Aser pinguis panis eius etc. Aser latitudo interpretatur et signat devocionem que semper animum dilatat. Item fertilissimus et pinguis pinguis. ps. lxxx panis frumenti ubertimus et pinguis. Item est panis glorie. Luc. xiiii. beatus qui manducat. Item est panis malignus in panem impietatis comedunt et hic multiplex est voluptatis carnalis. Eze. iiii comedunt filii Israel panem pollutum inter gentes. Osee ii vadam post amatores meos etc. Eccl. xxiii homini fornicatori omnis panis dulcis. Item est panis cupiditatis. Eze. xiii ve qui violat me sub pugillum ordei et fragmine panis et talia vocat ordeum propter asperitatem et pugillum et fragmine panis propter modicitatem. Item v est inanis glorie. Lev. sponsi plenus i. inanis glorie panis cuius cognitus est adulacionis. Eccl. xx. fatuo non erit gratia in bonis illius qui enim edent panem illius stulti sunt. Quintus est mendacii. Prov. xx. suavis est homini panis mendacii. Eccl. xxiii non desideres de cibis eius in quo est panis mendacii. Sextus est detraccionis. Prov. ix aque furtive dulciores sunt et de hoc dicitur Job xxxiii abhominabilis fit ei in vita sua panis. Septimus est crudelitatis. ps. qui devorat plebem meam.

Paralisis triplex est accidie avaricie luxurie et sumitur secundum triplicem proprietatem paralisis. Primo paralisis est in resolucione motus ut dicit glo. Act. ix et alibi dicit glo. quod paralisis est ligacio membri motum et hec apparet in accidioso qui est quasi ligatum et includitur omnis motus ad bonum. Et de hoc paralitico dicitur Mar. ii quod offerebant salvatori paraliticum in lecto iacentem qui significat hominem in lecto accidie pigrescentem. Hunc accidiosum dicitur curando quod surgat et lectum tollat et domum vadat et quod confidat. Surgit cum peccata deserit, lectum tollit cum ad memoriam amaram reducit peccata, in domum vadit cum custodire se solicite proponit, confidit cum in deum spem dirigit, et tunc curatur quia peccata sic remittuntur. Item paralisis est morbus acutissime

pungens qui assimilatur peccato car-
nis glo. illud quos in nouissima
eius amara quam absinthium et lo-
quitur de fatua muliere. pali-
ticis igitur cum luxuriosos et ille
signatur per illum uirum illum
qui iacebat cum multitu-
dine languencium cecorum clau-
dorum expectancium aque mo-
tum Joh. v et ille erat paliticus
ut dicit glo. et per illum sig-
nificatur luxuriosus patet
per curacionem curatur cum plo-
cionem loco enim pertinet
que ad luxuriosorum mundacio-
nem. Et nota quod ibi fuit an-
gelus id est gratia et aque motus
in impetus lacrimarum et lig-
sancte id est memoria passionis
Christi que omnia faciunt ad cu-
racionem luxuriosi. Et enim sig-
ficant per illum paliticum qui
a quatuor portatur. Marc. ii. Pali-
ticus luxuriosus est cuius
sunt quatuor portitores las-
ciuia carnalis uanitas
mentis curiositas oris dis-
solucio corporis. Item palisis
tremulum caput facit et hec
pertinet ad auariciam. auari-
cia enim tremuli sunt ut
patet in illo qui dicebat pre
morem capitis qui intrat
possessio et ideo significat auaros
iste paliticus significatur per illum
de quo ait Mt. viii puer meus
iacet in lecto paliticus et ma-
le torquetur. torquetur autem
est auarorum. Nota de centuri-
no facto palitico i Machab. ix
qui mortuus est in tormen-
to magno etc. Sequitur

Patibulum. Nota quod in patibu-
lis nisi mali debent
suspendi curiosi. Gen.
xl de principe pistorum qui
suspensus est in patibulo.
Item luxuriosi. Num. xxv tol-
le cunctos principes populi
et suspende eos contra solem in
patibulis. Item superbi. Josue
x percussit Josue reges et inter-
fecit eos atque suspendit super
quinque stipites. Item homicide
et rapine qui peccant peccato
lese maiestatis. Hester ii. Deno-
bus enim eunuchis qui uolebant
regem occidere et suspensi sunt
in patibulo. Item in uidua Hester
vii et suspensus est Aman
Aman in patibulo etc.

Pauper melior est quam paupertas
in innocencie suis. Prov. xix ad
quem respicit nisi ad
pauperculum et hec est mutanda
quia dicitur Pro. xxviii melior
est pauper ambulans in
simplicitate sua in nocencia
quam diues in itineribus prauis
Prov. xxviii melior est pauper et suf-
ficiens sibi etc. Et ideo quod
paupertas in innocencie nobili-
tat animam digitate ii ad Cor-
inthios viii scitis enim gratiam domi-
ni nostri Ihesu Christi glo. per pauperta-
tem Christi abiecimus pannos
iniquitatis ut induremur
stola immortalitatis omnes enim
diuites facti sunt in Christi
pauperem credentes nemo ergo
sese contempnat pauper nec illa
diues in cordia. Item animam
eligibilem deo facit. Ysa xl
viii elegi te in camino pau-
pertatis. Jac. ii b dicitur nonne
elegit deus pauperes in hoc mun-
do. Item est paupertas culpe
et hec est cauenda quia Eccl. x
iii dicitur bona est substancia
cui non est peccatum in consciencia et ne-
quissima paupertas in ore
impii et hec tria facit indu-
cit debilitatem. Ps. infirma-
ta est in paupertate uirtus mea. Item
utilitatem. Apoc. iii nescis quia
miser es et pauper et miserabilis
et cecus et nudus. Item quartum igno-
ranciam. Jer. v
pauperes et stulti ignorant uiam
domini et contra dominio iusto ipse enim

est vir videns paupertatem suam Tren. iii. vel dic quod gustat dulcia beniuolencie. Eccl. xxv. Tres species odivit anima mea et aggravor valde anime illorum pauperem superbum etc. Item est grata paupertas de qua dicitur Mt. v. Beati pauperes spiritu glossa cuius merces est humilitatis et hec desideranda est quia deus ad se inclinat et ideo dicebat ps. Respice in me et miserere mei quia unicus et pauper sum ego. Et alibi Inclina domine aurem tuam et exaudi me etc. q. d. ideo debes me exaudire et aurem tuam inclinare quia pauper sum ego in humilibus et in diebus [illegible] Ad quem respiciam nisi ad pauperculum etc. Item quia regnum celorum prestat. Unde Bona paupertas cui non regnum celorum promittitur sed datur. Item quia mater est omnium virtutum et custodia virtutum et ideo dicitur Eccl. ii. quod sicut in fornace probatur aurum et argentum sic homines receptibiles in camino humilitatis vel paupertatis. Item est paupertas pene Prov. xv. omnes dies pauperis mali et Prov. xix. fratres hominis pauperis oderunt eum et hec est sustinenda cum apostolo ii ad Cor. xi. in labore et erumpna in vigiliis multis. Et hec triplex necessaria et hec est omnino inevitabilis quia in nativitate cuiuslibet hominis et in morte etc. Job i. Nudus egressus sum etc. Job xxxvi. Si fuerint in cathenis et vinciantur funibus paupertatis iudicabit eos. Item cogens que preter voluntatem et intencionem contingit et de hac prius paupertas est bonum odibile sanitatis mater remocio curarum negocium sine dampno substancia incomparabilis possessio absque calumpnia. Item est paupertas voluntaria et hec est voluntaria

et hec est perfectorum Mt. xix. vade et vende omnia que habes et da pauperibus et habebis thesaurum in celo. Secundo est paupertas dicitur amor paupertatis. Unde Seneca Non paupertas virtus sed paupertatis amor. Denique beati pauperes non rebus sed spiritu. Et nota quod multum amanda est paupertas primo quia Christus eam assumpsit. Unde Aug. in sermonibus Cum omnium celestium affluencia superesset hec sola in celis paupertas deficiebat et nesciebat homo precium eius. Hanc itaque filius dei concupiscens descendit ut eam eligat quo sua estimacione faceret preciosam. De paupertate Christi habes Luc. ii. Tren. iii. Recordare paupertatis etc. Unde Magna abusio et nimis magna ut dives velit esse vermiculus vilis quia ille qui deus maiestatis et dominus sabaoth voluit pauper fieri. Item aliud signum amoris paupertatis fuit ideo quia pauperes venit Luc. iiii. Evangelizare pauperibus misit me. Aug. in sermonibus Querant pagani divicias qui sine deo vivunt querant iudei qui terrenas acceperunt promissiones sed qua fronte magis aut qua mente christianus querit divicias postquam Christus beatos esse pauperes pronunciavit Mt. v. et divites infelices Luc. vi. Item pauperes mensa sua dignos iudicat ps. Parasti in dulcedine tua pauperi deus. Item admittat ps. Admittit pauperem de inopia. Item paupertas ... elegi te in camino paupertatis. Item exaudit ps. desiderium pauperum etc. Item illorum est memor ps. Non in finem oblivio erit pauperis. Item sollicitus

est. ps. ego autem mendicus sum
et pauper. deus solus est mei. Item refu-
gium ps. factus est dominus refugium
pauperi. Item salvat ps. animas
pauperum salvas faciet. Item erigit
ps. et de stercore erigens pauperem. Item
insipiens assimilat. ps. pauper ego sum
[illegible] mea [illegible] in luc.
in omnibus qui non renuncia-
verit omnibus que possidet
et cetera. Item regnum celorum habuit
ait v beati pauperes et cetera. Item medi-
cum habuit iob xxxvi medi-
cum pauperibus habuit. mat. x-
ix vos qui reliquistis et cetera.
Item ab angelis portari facit
et in bonum quietis. luc. xvi
de lazaro. Item tanta est dilec-
tio eius ad pauperes ut quod fit pau-
peribus sibi fieri reputet. mat.
xxv quod uni ex minimis meis
fecistis mihi fecistis. Item aman-
da est paupertas quia munda
est contra divicias immundas. Bern.
[in e]pistolis beatus qui post illa
non abiit que possessa onerant
amata inquinant amissa
cruciant. Item quia expe-
dita est. Jer. ad priamum li-
bentius [illegible] quia qui in ma-
[...] carcamus. Item tre-
na sub a. Aug. de verbis domini
abiice divicias honora abiice
vincula voluntaria abiice
anxietates et tedia quibus decanis
pluribus inquietant. Greg. qui
in homine divicias abstulit
me ab currendum tumbe? [...]
dimit. Item paupertas leta est.
Bern. pauper felicissime ridet
nulla enim malo solicitudo
est. [...] Zota desene qui se opie-
bat de mendicitate nacte in
medio frigoris et dicebat quanti
divites in isto sunt et in
custodia et miserat v[...]
et ego quasi imperator vto me
ut nolo et ideo ago gratias tibi
deus. paupertas secura est quia
magna securitas cordis nil

concupiscencie habere. Seneca.
Item qui nichil habet in mundo
quod delectet nichil est in mundo
quod optinere stat. Bern. in obsessa
ma pauperi pan pax. Item
quieta est. Jer. qui in hac
vita laboriosius qui tremis
desideriis estuare quid qui-
ecius quam nichil huius se-
culi appetere huius est enim
custodia sabbati accepit in
minore et capiens invitatione
penitus in multitudine quod
est terra felicissima. Bern. ubi
creste me fecit dominus in terram
paupertatis mee. Item medi-
cinalis. Jer. quos morum
infirmitas vulnerat medicina
paupertatis sanat. Item via
est ad perfectionem. mat. xix si vis
esse perfectus vade et vende
et cetera. Item ordinem nature ser-
vat quia sicut terra calcatur
pedibus sic et terrena men-
tis affectibus. Item miro
modo hominibus facit ama-
tores suos. Ecc. x est homo
mendicus egens plus re-
cuperatione deficiens virtute
et habundans paupertate qui
paupertate amat non despiciat
sequelam suam scilicet famem et
sitim nuditatem et alios
defectus. Bern. in sermone
videmus aliquos pauperes quod
si veram haberent paupertatem
non adeo pusillanimes in-
venirent et tristes ut possent
illi qui pro paupertate spiritualem
voluerunt esse celi reges sed hii
sunt qui pauperes esse vo-
lunt eo pacto quod nichil eis
desit et sic diligunt paupertatem
ut cum nulla inopia paciantur et cetera.

Pactum multiplex est
quia pro usse obligacionis
ps. lxxxviii percussimus
fedus cum morte et cum in-
ferno fecimus pactum. pactum
item obediencie precepti. Ozee vi

ipi autem sicut adam transgressi sunt
pactum meum. Item sacerdoci-
alis Nu. xxv ecce do ei pacem fede-
ris mei et erit tam ipi quam semini eius
pactum tuum etc. Item electis Exo.
xix Si audieritis vocem me-
am et custodieritis pactum meum
eritis michi in peculium etc.

Palpacio multiplex est pe-
nitencie Eccl. xxx qui dili-
git filium assiduat ei fla-
gella ut letetur in novissimo
et non palpet proximorum hostia
Item ignorancie Deut. xxviii pal-
pamus sicut ceci parietem Job
Job v palpabunt quasi in tene-
bris et non in luce. Item fidei Luc.
xxiiii palpate et videte etc. Item
bone operacionis Ps. manus
habent et non palpabunt etc.

Paradisus est quadruplex est
ecclesie militantis Gen. ii
plantaverat dominus paradisum
voluptatis a principio. Item est pa-
radisus religionis ibidem egre-
diebatur fluvius voluptatis
ad irrigandum paradisum. Item
est paradisus anime contemplantis
ut est timor reverencie Eccl. xl
timor domini sicut paradisus in
benedictionibus. Item ordinacio per-
fecte conscie Cant. iiii emissio-
nes tue sicut paradisus malo-
rum punicorum. Item gracie affluen-
tis leticie Eccl. xl gracia sicut
paradisus in benedictionibus. Item
est paradisus glorie ut est deliciarum
plenitudo Ezech. xxviii in delici-
is paradisi dei fuisti. Item honoris
altitudo Ezech. xxxi cedri non
fuerunt altiores eo in paradiso.
Item lignum vite fructu Apoc.
ii vincenti dabo edere etc. De hoc
paradiso exivit filius dei ut ir-
rigaret alium triplicem paradisum
Eccl. xxiiii ego quasi fluvius etc.
Item in hunc paradisum raptus est
Paulus ut audiret dei archa-
na ii ad Cor. xii scio huius modi
hominem etc. raptum in paradisum.

Item nichil transferunt omnes qui
placent deo et diligunt ipsum. Eccl.
xliiii Enoch placuit deo etc.

Parcere multiplex est dei et
hominis. Est enim primum nota
quod non parcit demonibus simulato-
ribus Job xxxvi plenus peccatum vobis
potentibus et desperandum quod potentes
Item insipientibus Deut. xxxii
non est gens sapiens propterea non
miserebitur eius et qui finxit
eum non parcet ei. Item finaliter
peccantibus Pro. vi zelus et furor
viri non parcet in die vindicte
Item parcit deus peccata indulgen-
do Ps. ab occultis meis munda
me. Item remittendo penam
Job xiiii tu quidem gressus
meos dinumerasti etc. Item ad
penitenciam expectando Sap.
xi parcis omnibus quia tua sunt
omnia domine qui amas animas
et xii ob hoc quod omnium dominus es omni-
bus te parcere facis. Item penam
eternam in temporalem commutan-
do Jer. xxx castigabo te in iudi-
cio et non quasi innocenti p-
arcam tibi et constat quod non loqui-
tur de dampnatis nec de penito-
tentibus sed de penitentibus quorum
pena eterna mutatur in
temporalem. Item ab adulacionibus
audiendo vel recipiendo quibus
non valebat Job vi dicens
hec michi sit consolacio ut affli-
gens me dolore non parcat et
x. Si peccavi et ad horam pe-
percisti michi cur ab iniqui-
tate mea mundum me esse
non pateris. Item ecclesia condignum
puniendum Sap. xii ob hoc
quod dominus omnium es etc. Item salvan-
do Ps. parcet pauperi et inopi. Item
est parcere hominis et hoc multiplex
quia est parcere gracie Sap. i a detrac-
cione parcite lingue. Item stulti-
cie et remissionis Pro. xiii qui
parcit virge odit filium. Item receptio pe-
regrinorum quod libet Ysa. liiii pelles
tabernaculorum tuorum extende ne parcas etc.

Partus multiplex est naturalis
scilicet in dolore paries
filios. Item miraculo
sus ysa vii ecce virgo concipiet
et pariet filium etc. Item spiritua
lis ysa liiii lauda sterilis que
non paris et hic duplex spiritua
lis et bonus / malus quia
duplex iniquitatis et iniu
sticie ps. ecce parturit iniusti
ciam etc. Iob xv concepit
dolorem et peperit iniquitatem
Item peccati ignorancie Iacobi
i concupiscencia cum conceperit
parit peccatum. Item dolo
ris et angustie ysa xxvi
concepimus et dolorem et pepe
rimus spiritum. Item levita
tis et stulticie Eccli xix a fa
cie verbi parturit fatuus. Item
est partus bonus et hic qua
druplex sapiencie prov. v
nondum parturit sapientia. Item
salutis et gracie ysa xxvi a ti
more tuo domine concepimus
et peperimus spiritum salutis. Item
fidei et gracie Gal iiii filio
li quos iterum parturio. Item
perfectus iusticie Can vii videamus si floruit vinea si par
turierunt flores fructus

utatis

Paries multiplex est hu
mane nature Can ii
en iste stat post parietem
nostrum .i. velatus carne nostra
et loquitur de ipso et de hoc pariete
dicitur ysa tamquam parieti incli
nato et depulso et maceria
diruta. Iste paries quia per pec
catum primorum parentum erectus
due sua magna erectus fu
erat declinavit post hunc
parietem stantem xxxiiii unde
re non potius et ideo dicitur
maceria peccatorum ysa lix palpa
vimus sicut ceci parietem et xxv
spiritus robustorum quasi turbo
parietem. Secundus paries est
congeries peccatorum nostrorum que
edificavimus operibus nostris

lucis et lucis ut legitur Ezech
cum coniunctis carnalis amoris
et de hoc dicitur Eze viii fili
hominis fode parietem hoc est paries
iste ad quem conversus Ezechias
fletu magno flevit ysa xx
xviii post parietem stat
ipse dominus / visibus est a nobis
est divisus ysa lix iniquita
tes vestre diviserunt inter nos
et deum. Item paries est divi
sionis solicitudo que sola clausit
arcta dei divisit et de hoc ps
meos meo transgrediar murum

Participacio duplex est
inseparabilis et laudabi
lis / vituperabilis multi
plex venialis culpe Thom
iniquitas cum ludentibus me co
mixtum neque cum hiis etc. Item
actualis mortalis prov xx
viii qui subtrahit aliquid suo
vel a matre et dicit hoc non est
peccatum particeps homicidie. Item
ydolatrie Ezech viii participes ydolorum
effraim dimitte eum. Item car
nalis lascivie prov v habeto a
quas tuas solus ut sint a
lieni participes tui et loquitur
de aquis carnalitatis et las
civie. Item homicidii et scien
cie Eze xi participes sacerdoti
in ita ut frequenti agentes
describent. Item est participa
cio laudabilis et hec multiplex
quia sapie Sap vii eius qui
usi sunt participes facti sunt
amicicie leviis et loquitur
de sapientia. Item communicationis
divine ii ad Cor x parens qui
frangimus innate participacio
corporis domini est. Item perfectionis
evangelii i ad Cor omnia facio propter
evangelium ut particeps eius
efficiar. Item pene et disci
pline hebr xii quod si extra disci
plinam estis item gratie prov ... iii

Pater triplex est eius edificat
est naturalis Ezech xx
honora patrem tuum etc.

et hinc debemus eis beneficia. Eccl. iii. in obl(ivione) a patribus non erit ... etc. Item supportacionem. Eccl. iii. Suscipe senectutem patris tui et non contristes eum in vita eius. Item honore matris. Filius honorat patrem et servus dominum suum timebit. Si ergo ego pater, ubi honor meus? Et hinc honore debemus patribus triplici racione. Primo ut in filiis jocunditatem et impetracionibus nostris exaudiamur. Eccl. iii. Qui honorat patrem jocundabitur in filiis et in die orationis sue exaudietur. Item ut diu vivamus. Eccl. iii. Qui honorat patrem suum vita vivet longiori. Item ut a deo benedicamur. Eccl. iii. Honora patrem tuum ut superveniat tibi benediccio a deo. Item spiritualis qui describitur per Abraham qui fuit multarum gencium pater. Genesis xvii. ... Abraham et isti tenentur curam aliorum gerere. Item alios instruere. Item supportare ... Apo(stolus) ... dicitur. Mat. xiii. Simile est regnum celorum homini patrifamilias de ... i Mach. ii. Ecce Symon Machabeus scio quod vir consilii est; audite eum semper et ipse erit vobis pater. ... Deut. xxxii. ... pater ... eius et ... Item est pater celestis. Mat. v. Estote perfecti etc. Iste est pater misericordiarum qui consolatur in omni tribulacione et letificat. ii ad Cor. i. Benedictus deus et pater domini nostri Jhesu Christi etc. Item luminum quia ad modum lucis omnia ... Jac. i. Omne datum optimum etc. Item pater omnium quia omnia tribuit. Eph. iiii. Unus deus pater omnium qui super omnes et per omnia et in omnibus nobis. ... ante ...

Pavor multiplex est ... furoris. Job xv. ... ante eum quasi ... et pavor eius non me terreat. Item eterni doloris. Prov. ... pavor hiis qui operantur malum. Prov. xxi. Gaudium est iusto facere iudicium et pavor operantibus iniquitatem. Item venture oportunitatis. Exo. xv. ... pavor ... Egipti quia ... Prov. xxx. Leo fortissimus bestiarum etc. Item pusillanimitatis. Prov. ... pavor ... eorum. Item ... iustificantis. Prov. ... homo qui semper est pavidus.

Pallium multiplex est: bonum et malum. Malum est dimittendum, bonum retinendum. Primum triplex: superbie, avaricie, carnalis concupiscencie. Primum istorum scindendum est, secundum restituendum, tercium dimittendum. De primo ... Esdr. ix. Scidi pallium meum et evulsi capillos capitis mei et barbe. Istud pallium est pallium superbie ... quod scindendum est ... capilli capitis sunt cogitaciones que evelli debent ... capilli barbe sunt verba iactancie. Secundum pallium est avaricie quod restituendum de quo Josue vii ubi dicitur quod Achor furatus est de anathemate ... pallium coccineum cupiditate ... Item est pallium carnalis concupiscencie et istud est dimittendum ... dicitur ... dimittit ei et pallium. Gen. xxxix. Joseph relicto pallio in manu Egipcie fugit. Egipcius ... Joseph in ... pallium carnalem ... hoc pallium dimittendum est quia ... est gladius Goliath Philistei suggestiones et temptaciones diaboli. i Reg. xxi. Ecce hic gladius Goliath Philistei involutus pallio post ephot. ...

Dicit quod ephot quo erat vestitus sa
muelo notatur quod multociens
sub habitu sanctitatis latet pallium
carnalis voluptatis in quo
involuitur gladius philistei
.i. temptaciones dyaboli sed et
contra carnales dicitur Deut. xx
xii gladius meus devorabit
carnes. Item est pallium bonum
et illud est multiplex. Primum
est penitencie secundum quod est tecum cari-
tatis sancte contra fragilitatem
humane contritum vindicte seperi
laudis et glorie. De primo dicitur
Exo. xii tulit populus conspersam
farinam antequam fermentaretur et
ligans in palliis suis posuit
super humeros suos. Pallium is-
tud est penitencie quod debet poni super
humeros israel egredientium
de egipto .i. penitentium egredi-
encium de peccato. Sed nota quod in isto pal-
lio debet ligari farina in qua
tria sunt. Est enim candida sub-
tilis et delicata. In subtilitate
discrecio in candore mundicia
in delicatione dulcedo designatur.
Debet enim penitencia esse subti-
lis .i. discreta ut scilicet quantitas pe-
nitencie videat quantitati cul-
pe. Act. iii facite dignos fruc-
tus penitencie glosa ut secundum quantita-
tem delicti fiat penitencia et hoc est
quod dicitur Deut. xxv iuxta me-
suram peccati et plagarum modus
et Apoc. xviii quantum glorificavit
se et in deliciis fuit tantum date
ei tormentum et luctum. De-
cet eciam esse candida .i. munda ne
scilicet pulvere vanis glorie maculetur
sicut maculata fuit in phariseo
qui iactando se dixit. Luc. xviii
non sum sicut ceteri homines et cetera
hoc est quod dicitur ibidem quod ipsa
farina fuit sine fermento quia
modicum fermenti .s. vanis glorie
totam massam corrumpit .i. to-
tam congeriem. Debet eciam esse
penitencia delicata .i. dulcis
ut possit auferre mortem ex olla

de qua iiii Re. iiii mors in olla
et cetera. Mors est in olla quando
mortale peccatum est in consciencia. Sed
contra quod Heliseus misit farinam
in ollam et non remansit quicquam
amari amaritudinis peccati in
consciencia. Sic ergo ista tria
discrecio mundicia dulcedo de-
bent ligari in pallio penitencie.
Secundum pallium est gracie de isto
dixit Ruth ad Booz .i. quelibet anima
fidelis ad Christum expande pallium
tuum super famulam tuam. Et nota
quod dicit expande in quo notatur
larga effusio gracie super famu-
lam. Tuam dicit in quo notatur
humilitas quia ipsi humiles sunt
vasa vacua in quibus infun-
ditur oleum gracie. iiii Re. iiii et Iac.
iiii humilibus dat deus graciam
et hoc iure propinquitatis quia
frater noster et caro nostra est. Gen.
xxxvii. Et nota quod nunc Helyas .i.
Christus aliquo pallio gracie percutit
aquas .i. populos multos et divi-
dit et de hac divisione dicitur
Gen. i divisit aquas deus
superiores ab inferioribus. Aque
superiores sunt religiosi qui
intenti sunt circa celestia. Aque
inferiores sunt seculares qui
intenti sunt terrenis. Hos divi-
dit pallium gracie et nunc nichil
restat nisi ut currant post
Helyam .i. Christum. Unde dicitur
iii Reg. xix cum venisset Helyas
ad Heliseum posuit pallium suum
super eum qui statim relictis bo-
bus cucurrit post Helyam. In quo
notatur quod cum Christus mittit
pallium gracie super penitentem
statim relictis bobus .i. curis
secularibus currit post Helyam
.i. Christum non tantum mandatorum
sed perfeccionis consiliorum. Tercium
pallium est caritatis quod est triplex
quo ad deum quo ad se quo ad
proximum. Et nota quod primo debes
operire pallio caritatis pertinen-
tis ad deum quia ante omnia

et super omnia diligendus est et hoc
est quod habetur Exodi xxv ubi dicitur
quod archa federis et mensa proposicio-
nis et candelabrum luminis operiebantur
pallio iacinctino pallium iacinc-
tinum quod est aerii coloris signat dele-
ctionem dei isto pallio debet operi-
ri archa federis mensa proposicio-
nis et candelabrum luminis .i. Christus
qui signatur per hec tria propter
tres effectus eius diversos est enim
archa federis .i. reconciliationis
eo quod per mortem suam nos deo patri
reconciliavit Ro v cum essemus
inimici reconciliati sumus per
mortem filii eius Est etiam men-
sa proposicionis quia cottidie nos
nos reficit pane celesti Joh vi
ego sum panis etc Est etiam can-
delabrum cum septem lucernis quod
illuminat omnem hominem veni-
entem in hunc mundum Secun-
do debemus animas nostras operire
pallio caritatis Gen xxiiii re-
becca visa ysaac operuit se pallio
suo ysaac signat Christum rebecca
fidelis anima hec cum videt
Christum debet operire se pallio cari-
tatis ut magis placeat oculis
sponsi sui Tercio debemus operire
proximum pallio caritatis Gen
ix Sem et Japhet pallium imposu-
erunt humeris suis et incedentes
retrorsum operuerunt verecunda pa-
tris sui .i. peccata proximorum suorum
in quibus pr Christus lumbus vere-
cundatur unde dorsante mo-
ralis dicitur iste facit verecundi-
am magna dies Quartum palli-
um est pallium fragilitatis
humane Gen xlix lavabit
in sanguine meo .i. in sanguine ag-
ni immaculati Christi Jhesu pallium
.i. pellem mortalitatis sue et hoc
pallium purpure est martirium Quin-
tum pallium est vindicte de quo di-
citur Ys lix indutus est veste ulcio-
nis et opertus est pallio zeli ad
vindictam Sextum pallium est
laudis et glorie de quo dicitur Ys lxi

Dabo eis coronam pro cinere o. g. pro
luctu et pallium laudis etc ista
enim pallia retinenda sunt
et non dimittenda alia non de
quibus dictum est dimittenda etc

Perdit homo animam suam
propter luxuriam Prov vi qui
adulter est propter cordis in-
opiam perdet animam suam Eccli ix ne des
fornicariis animam tuam in ullo
ne perdas te Item per nimiam car-
nis dilectionem Joh xii qui amat
animam suam etc Item per adversi-
tatem timorem Eccli xx potior
est fur quam assiduitas viri men-
dacis perditionem autem ambo here-
ditabunt Ps perdes omnes qui
loquuntur mendacium Item
per iracundiam Job xviii qui perdis
animam tuam etc

Peregrini sunt peregrine
et nomine ut Jacob qui
dixit dies peregrinationis
parvi et mali Item sunt peregri-
ni nomine et non re sicut histriones
omnes qui induti sunt veste
peregrina Item re et non nomine
Eccli omnis anima facit locum et dat
unicuique secundum intellectum operum suorum
et secundum intellectum peregrinationis
sue Primi sunt religiosi et pe-
nitentes Secundi ypocrite et histri-
ones vel boni seculares
Circa primum nota peregrinum statum
preparationis qui respicit statum
incipientium Item statum pe-
regrinationis qui respicit statum
proficientium Item statum pro-
vencionis qui designat statum
perficientium In statu preparationis
tria facit fore facta emendat
quod fit per penitentiam Deu xxiii quibus
peregrinorum tueri noluit miso-
loniam nostram emendet etc
debitus providet viaticis
ne deficiat in profectu peregrina-
tionis quod fit per remissionem bono-
rum operum Eccli xxix minimum pro
magno tibi placeat et impro-
perium peregrinationis non audies

Iacob accepit benediccionem que pertinet
ad gratie infusionem. Gen. De iacob
ne descenderis in egyptum sed qui-
esce in loco quem ostendo tibi et pe-
regrinare ibi et ero tecum et dabo
tibi benediccionem. Sequitur de statu
peregrinacionis ubi tria sunt necessaria
virilitas prudencia et leticia
sic et spiritualiter in statu proficiencium.
Primum igitur est vigorosi-
tas ut surgat mane ne nimius
torpor in bibendo ut tunc ce-
dendo magnas dietas faciat
et continuas quod fit per actus morti-
ficacionis. I Pe. ii Obsecro vos tam-
quam advenas et pe. etc. Secun-
dum est prudencia que atten-
ditur in hoc quod non tantum laboret
una die quod non possit alia labo-
rare quod fit per discrecionem. I Pe.
iiii Nolite peregrinari in fervore
que ad temptacionem vobis fit. Ter-
cium est leticia que causatur ex
bono comitatu. Unde et paulus
quasi gaudens de comite peregrina-
cionis dicit ii ad Cor. viii hic
sunt comites peregrinacionis nostre.
Item ex bonis meditacionibus
et cantilenis dulcibus conmuta-
tur spiritualiter referentur ad opera
christi illius. Apo. opera illorum etc. Nar-
raciones subscripturarum et expo-
siciones unde et in libro. Luc. dicitur
de eo qui peregrinus erat in tem-
pore quod associavit se peregrinantibus
in emaus et exponebat eis
scripturas corda eorum igne spiritus
sancti inflammando totaliter unde
et ipsi dixerunt nonne cor nostrum
ardens erat etc. Cantilene dulces sunt
psalmodie et oraciones. Ps. Canta-
biles mihi erant etc. Hec enim tria
bona opera et scripturarum exposicio-
nes dulces oraciones gignunt
leticiam cordis spiritualem que
necessaria est peregrino spirituali. Se-
quitur de statu penitencium quod
significat statum proficiencium ordo re-
ligiosorum osculacio oblacio. Primum
fit in signum remissionis culpe
quam petebat quod dicebat exaudi
deus oracionem meam et ne despe-
xeris etc. iii Re. viii quod si quis ad
veniam oraverit in templo domini quod
exaudietur et quod peccavit impe-
trabit. Secundum sit in signum
dilectionis. Unde de thobia peregrinante in do-
mibus illius sic ut quod teni-
mus peregrinari etc. legimus quod
osculatus est raguel qui dedit
ei filiam suam in quorum osculum
est signum dilectionis et reconcili-
acionis dei et anime peregrinantis.
Tercium est oblacio que offertur in
signum reverencie et honoris ex-
emplum de iacob qui ad preceptum
domini egressus de terra scilicet de cupidi-
tate terrenorum et de cognacione
sua id est carnalitate et de domo
patris sui i. ambicione honorum
venit in terram chanaan que de-
signat penitenciam ubi sacrificat
domino id est cor suum obtulit in odorem
suavitatis que designat penitenciam
domino exhibitam et honorem. Se-
quitur de peregrinus nomine et non
re ut sunt ypocrite et ipsi sunt
vitandi propter maliciam operum
que premisit sic dum mendicare
Sopho. i Visitabo super omnes etc.
expositio. Et visitabo super omnem
qui arroganter ingreditur limen
domus domini qui complet domum
dei sui iniquitate et dolo. Item
propter corrupcionem aliorum corrumpunt
enim bonos mores etc. Videte et
ad hebr. doctrinis variis et peregrinis
nolite abduci. Item propter expecta-
cionem penarum. Eccl. xvi non ex-
oraverunt pro peccatis suis antiqui gi-
gantes qui destructi sunt confiden-
tes in virtute sua et non pepercit
peregrinacioni eorum. Sequitur
de peregrinus re et nomine qui
designant bonos seculares et non
quod aliquis fit peregrinacio propter re-
formanda. Ut enim quibus est pere-
grinantibus ultra mare quandoque
renovetur sic et fit spiritualiter
eis quibus peregrinatur ad deum

in hoc opere quousque revocet .i. ei proximum reconciliat. Gen. xxvij dicta ab Gen. xxvij qui peregrinatus est Jacob odium esau quousque revocaretur. Secundo propter bona temporalia exemplum de iacob quod dixit Gen. xxxi apud laban peregrinatus sum usque in presentem diem habeo ita et boves etc. Tertio propter bona temporalia ut inferius dantur in ad Cor. v audemus et et bona voluntate habemus magis peregrinari a corpore et presentes esse ad deum et ideo contendimus sive absentes sive presentes illi placere omnes enim nos oportet etc. Quarto propter eterna ut acquirant ut illa de quibus Hebr. xi iuxta fidem omnes isti defuncti sunt non acceptis promissionibus sed eas a longe aspicientes et salutantes et confitentes quia peregrini et hospites super terram qui enim hoc dicunt significant se patriam inquirere et hii sunt quos deus diligit. Deut. x deus amat peregrinum et dat ei victum et vestitum etc. Sequitur

Peccatum multiplex est videlicet in personam in senectutem. Videlicet triplex. Primum peccantibus Eccl. v ne adicias peccatum super peccatum et dicas miseratio dei magna est. Item desperationis. Job v est peccatum ad mortem etc. Item absconsionis peccati in confessione. Osee xiii colligata est iniquitas effraim absconditum est peccatum eius etc. Eccl. iiii est confusio adducens peccatum .s. quod non aperitur in confessione. Primo peccamus in patrem secundo in filium tertio in spiritum sanctum. Item est peccatum in proximum et hoc multiplex quia in personarum acceptione. Jac. ii si personas accipitis peccatum operamini. Item in homicidii perpetratione Gen. iv in ypocritis aut gentibus etc. Item in rapine aggravatione Prov. xxviii qui subtrahit a patre vel a matre et dicit hoc non est peccatum particeps est homicide. Item est peccatum in senectutem triplex luxurie Gen. xix clamor sodomorum et gomorre multiplicatus est et peccatum eorum aggravatum est nimis. Item gule. Prov. xxiii qui passus est in carne et desiit a peccatis. Item impenitencie finalis Job viii quibus mane et imperato morientur. Secundo hec mala que facit peccatum anime quorum primum est quod occidit animam Eze. xxxiii peccata vestra super nos sunt in ipsis tabescimus et quo vivere poterimus. Ephes. ii cum mortui essemus peccatis etc. Secundo excecat. Soph. i ambulabunt ut ceci quia deo peccaverunt. Tertio quia inquinat. Ysa. lxiv ecce nos peccavimus et facti sumus sicut in mundus. Quarto violat gratiam. Prov. viii qui in me ledit animam suam. Ps. xl sana animam meam. Quinto bona ante facta mortificat. Eze. xviii anima que si peccaverit omnes iusticie eius non recordabuntur. Sexto instabilem animam facit. Tren. i peccatum peccavit Jerusalem etc. Septimo dyaboli filium efficit. i Joh. iii qui facit peccatum etc. Joha viii Octavo facit dei amicum a nobis. Ysa. lix iniquitates vestre diviserunt inter nos et deum. Nono gehenne adiungit. Prov. xiv miseros populos facit peccatum. Ultimo in inferno deprimit ubi agit ignis in animam mediante peccato et sic eam cremabilem facit peccatum cum est materia combustionis. Eccl. xxi stuppa collecta synagoga peccantium etc. Ro. vi stipendia peccati mors etc.

Penitencia. Circa penitentiam nota diuisiones, confessiones, diffinitiones, operationes et partes. Circa primum nota quod est prima sera. Sap. v videntes turbabuntur timore horribili et pre angustia spiritus dicentes intra se penitentiam agentes. Ita est habetur Hebr. xii Esau non invenit penitentie locum quamquam cum lacrimis inquisisset eam etc. Item causa Eccl. xx super finem confusio et penitencia

et denotacio pessima superbilingu-
uem. Item desperata. Augustinus: Iudam
videns iudas quod dampnatus
sunt glutones qui significantur per fi-
lios Heli qui veniebant ad ol-
lam dum carnes coquerentur et
iactabant fuscinulam tridentem
et quod quod attingebat fusci-
nula comedebat etiam antequam
coctum esset ut dicitur i Reg. ii. Septi-
sunt iracundi de quibus Ysa. iii.
tumultuabitur puer contra se-
nem. Sexti sunt invidi quos ver-
miculum occidit invidia. Item
sunt septem genera bonorum pue-
rorum quorum primi sunt attinen-
tes et consignati de quibus in Apo-
calipsi sunt qui cum mulieribus etc. de quibus
erat ille qui dicebat Jer. i. puer

in temporibus etiam et fortitudinis fi
animam bonam et enim magis
essem bonus accessi ad corpus
incoinquinatum. Tercii sunt sapien
tes de quibus Eccl. iiii. Melior est
puer pauper et sapiens rege sene et stul
to qui nescit previdere in posterum.
Quarti sunt diuini ministrantes qui sig
nantur per puerum Samuelem de quo
dicitur i Reg. ii. Samuel autem minis
trabat ante faciem domini puer ac
cinctus ephot. Quinti sunt pueri nu
ti de quibus Exo. ii. vim abscondisse
in fiscella hac pueri iusti. Sexti
sunt humiles de quibus erat qui
dicebat Iere. i. a a a domine puer ego
sum et nescio loqui. Septimi sunt
pueri vocabiles quibus dicitur
i Pe. ii. quasi modo geniti infantes.
Octaui sunt pueri clamantes
et laudantes dominum osanna in ex
celsis Mt. xxi. et in psalmo laudate
pueri dominum laudate et cetera.

Purgatio multiplex est ana
gogica moralis. Circa primum
nota quod purgat pater purgat
filius purgat spiritus sanctus. De primo
Mal. iii. sedebit conflans et mundans
argentum et purgabit filios
Levi. De secundo Hebr. i. qui cum
sit splendor glorie et figura sub
stantie eius portansque omnia
verbo virtutis sue purgationem
faciens peccatorum. De tercia Ecc. lvii.
spiritus purgauit peccata illius. Secunda
est purgatio moralis que dicitur
purgatio de qua ii Pe. i. cecus est
et manu temptans obliuionem
accipiens veterum delictorum suorum.
Et nota hic quod septem sunt pur
gationes materiales per quas
designantur septem spirituales. Prima
fit per potionem et signat
contritionem. Potio enim fit ex ama
ris herbis attritis in mortariolo
et contritio ex recordatione peccatorum
attritorum in corde distemperatorum
succo gratie de hac in Ps. xv fecit
consarcetum coram domino quod pertinet
ad contritionem cordis et abstulit

esse meatus de tercia. i. malas co
gitationes de corde quod est primum
gratie purgauit que universas sor
des ydolorum. i. peccatorum et hoc etiam
signatum iiii Reg. xxiii. ubi dicitur
quod Saul. i. peccator ingressus est spe
luncam. i. secretum conscientie ut
purgaret ventrem. i. animas secr
cordibus peccatorum plenam. Secunda
purgatio materialis fit per scopa
tionem que fit per confessionem
de qua dicitur Ys. xiiii. scopabo
eam in scopa terens et de hac
dicitur i Mach. x. ubi dicitur quod Macha
beus. i. penitens demolitus
est per contritionem delubra. i. pec
cata et purgato templo per confes
sionem obtulit sacrificia quod perti
net ad satisfactionem. Tercia pur
gatio fit per certificationem sicut
purgatur homo accusatus
de crimine purgatio a crimine est quasi
satisfactionibus de iniunctio operationum
que ego facio testimonium pro
hibent de me ut dicit ipsa veritas
per opera enim bona fit purgationem
dicit Iudicum ab accusatione impo
siti criminis dicitur. Cum Math.
appellant eum loculum hominem
peccatorem quod in hoc purgatio quod
pertinet ad diem iudicii in quo pu
rificabuntur homines a peccatis.
Quarta fit per flagellationem sicut
purgatur granum a palea et hec signat
purgationem factam per plenarium
quod signatur Luc. iii. purgabit
aream suam et cetera. Area signat
animam ventilabrum discipli
na etiam bonos purgatos per
ventilabrum discipline hor
reum militantem ecclesiam
triumphantem. Palea malos
qui comburentur igne inexti
nguibili. Talis purgatio se ap
paret angelus domini quod significatur
Iudicum vi. ubi dicitur quod cum Ge
deon. i. penitens excuteret atque
purgaret frumenta in torcu
lari. i. bonas operationes per cri
men et disciplinam apparuit ei

angelus domini. Quinta purgacio est
per pacionem sistenciarum ut purgatur
vinea que designat purgacionem
que fit per elemosinarum erogacio-
nem. Johannis xv omnem palmitem
qui fert fructum in penitentem pur-
gabit scilicet per scindenda superflua in elemo-
sinarum erogacione et hoc ut fruc-
tum plus afferat et dicitur Thobie
xii elemosina a morte liberat
et ipsa est que purgat peccata. Sexta
purgacio fit per ablucionem et signat
ordinem et dicitur Exodi xl. Et [illegible] purgat
illos in manu ysopi et [illegible] et lo-
quitur de purgacione ordinis.
Septima fit per liquefactionem
et signat illam purgacionem que
fit per dilacionem. Zacharie xiii° auro
per placionis argentum per dilacionis
eius pacie ferrum constancie plumbi
ductibilis obediencie stagnum puri-
tatis etc. eciam transire fit per flammas
tribulacionibus scilicet et temptacionibus scilicet
igne dilacionis purgabitur. Secundo
quod purgatur quibus per fidem. Actuum
xv° per fidem et mundicia purgantur
peccata. Item per elemosinam Thobie
xii elemosina a morte liberat.
Item per timorem. Job xli° ange-
li territi purgantur. Item per tribula-
cionem. Malachie iii° sedebit quasi
ignis conflans etc. Item nota
hic quod purgandi sunt manus
ab iniqua operacione et corda eciam
a duplicitate. Jacobi iiii° emun-
date manus peccatores et purifica-
te corda vestra duplices animo. Item
labia falsa et indiscreta locucione
sic purgata sunt labia Ysaie
vi. Item purganda sunt opera
a negligencia et omissione. Ecclesiastici
vii de negligencia tua purga te
cum paucis. Vel dic quod quinque
purgantur sicut terrena vel lava-
cione quod refertur ad confessionem.
Item ventilacione quod re-
fertur ad privacionem sensus abnegaci-
onem. Item abscisione superflu-
orum quod refertur ad paupertatem. Item
[illegible] quod igne purgantur metalla

et constancia quod refertur ad fervorem.
Item aqua purgantur vestimen-
ta et mollia quod refertur ad devoci-
onem. Item collatoria lac et mel
quod refertur ad discrecionem. Item ven-
tilabro grana et frumenta quod re-
fertur ad penitencie asperitatem.
Nota eciam secundum [illegible] quod pur-
gatur quibus de infamia [illegible]
sionibus quinque modis [illegible] quod
signat peccati abrenunciacione aqua
que designat baptismale ablu-
cionem igne que designat spiritua-
lis gracie infusione testibus qui
[illegible] multitudine [illegible]
quod designat temptacionem etc.

Purificacio multiplex est quia
est purificacio peccatorum
proficiencium et perfectorum. Pu-
rificacio penitencium fit per fidem per
fidem quo Actuum xv fide puri-
ficans corda eorum per confessionem
quo Job dicit eum [illegible] fac iudicata
[illegible] confessio satisfaccio eius et hoc
signatum est in Matthei [illegible] qua dicitur
plenum [illegible] vallatum
fuit eadem die contingit purifi-
cacionem fieri in purificacione
templi sordes eiciuntur per hostium
sic in purificacione templi spiritua-
lis id est anime sordes eiciuntur per os
tamquam per hostium in confessione.
Item per baptismum quo ad puri-
ficacionem operis et consecracionem
quod signatum est Actuum x ubi agitur
de Petro quod [illegible] vas de celo
mitti in quo erant quadrupe-
dia et [illegible] modi cum eum ad ho-
minaret dictum est macta et
manduca que cum diceret numquam
gustasse immunda dixit vox de
celo quod deus purificavit [illegible]
ne commederis. Vel eius [illegible] illa
visione qualiter Cornelius qui
gentilis erat [illegible] purificari
debebat in baptismo. Item purifi-
cacio proficiencium et hoc per ele-
mosinarum largicionem quantum [illegible]
cia Luce xi date elemosinam etc. Item
[illegible] in quo bonus [illegible]

flectit et manum sacerdotis osculabatur
pro humilitatis recognitione contra
superbiam Levit. xii cum impleti fu-
erint dies purgationis pro filio
vel filia offeret agnum anicu-
lum in holocaustum et pullum
columbe sive turturem pro peccato
loquendo moraliter agnus significat
mentis innocentiam columba
mentis simplicitatem contritionis
cantum gemitum gratis que deo
humiliter sunt offerenda in signum
perfecte purificationis Item pro vo-
torum obligatione et adimpletione
contra concupiscentiam carnis et de
hoc et de aliis duobus Act. xxiiii post
annos plures facturus eleemo-
sinas in gentes meas veni et ob-
lationes et vota in quibus invene-
runt me purificatum in templo
Item est purificatio peccatorum et hec
fit per orationem ii Mach. i ubi agitur
de Neemia purificatione facien-
te et orante populo unde ibi purifi-
catio ipsi facta per orationem quam Neemi-
am et ibi dicitur quod appellavit
locum istum nefar quod interpretatur
purificatio Item per omnium temporalium
abdicationem et per devotionem et recor-
dationem passionis dominice provenien-
tem Num. viii de levitis Duobus tolle
levitas de medio filiorum Israel
et purificabis eos secundum hunc
ritum aspergantur aqua lustra-
tionis et radant omnes pilos car-
nis sue et postea sequitur quod debet
offerre bovem similam oleum a-
quam lustrationis que etiam dicitur
aqua expiationis que faciebat
ex cinere vitule rufe significat
devotam contritionem venientem a
passione Christi trahentem que et
angelos cordis lustrat et ab
omni peccato expiat rasio pilorum
significat abdicationem temporalium quod
omnes perfecti fecerunt debent offerre
bovem carnis mortificate et
similam innocentie et oleum
spiritualis letitie Et nota quod sic
purificati possunt intrare castra

militantis ecclesie Ezr. vi porro
purificati castra intrantibus item
immolare sacrificium iustitie sive
eucaristie Esdre vi purificati
sunt omnes sacerdotes et levite erant
ad immolandum Item possunt
facere festum solempnitatis in-
ne ii Mach. x secundum consuetu-
dinem purificate sabbatum egerunt et

Puritas triplex est cordis
oris et operis Puritas cordis
in tribus consistit in ex-
pulsione peccati et voluntate Pro-
v. xx quis potest dicere mundum est
cor meum purus sum a peccato
Item in purificatione intentionis
ad simplicitatem Iac. iiii purificate
corda vestra duplices animo et opti-
me dicitur et duplices animo
quia alibi dicitur ve duplici
corde Item in abstractione turba-
tionis a ratione quod fit per Eze.
xxxvi tunc purissimas reddam
aquas eorum et flumina eorum addu-
cam sicut oleum aquas vocat cogi-
tationes a ratione exeuntes quas
deus reddit purissimas cum a tribu-
latione ignorancia et perplexita-
te purgat sed flumina eorum adducit
quasi oleum cum cogitationes
facit suaves lucidas et me-
dicinales Secundo quod in hac pu-
ritate cordis acquiritur cari-
tas que est finis precepti Item
invocatur divina maiestas
in dulcedine cordis Item
nutritur nutrimentum fidei Item
fugatur de eo massa vitiorum
apud purum dicitur I Tim. i finis
precepti est caritas de corde puro
contra peccatum existens in volun-
tate in conscientia bona etc. sim-
plicitatem que est intentione
et fide non ficta quo ad contempla-
tionem que est in ratione de secundo Ga-
lat. ii Tim. ii iuvenilia deside-
ria fuge que sunt volupta-
tum honorum et opulentiarum
sectare vero iusticiam delic-
ta penitentie fidem scilicet diligentem

caritatem · s ad superna elevan
tem pacem reconciliante cum hiis
qui in vocant deum de puro cor
de de actis / ad hec in luces myst
erium fidei / innocentia puritate de gr
to misi p⁹ gras adeo nō cū pauos
Item est puritas oris in ecclesia
ais et hec est vitiis s in abiec
tione scurilitatis et turpiloquiis
prov. xv. pinnis puris et pulchris
firmabitur ab illis pium dicit quid
scurilitatem pulcherrimum puritatem
turpitudine / Item in excepti
one fallacie et puritatis iob
xxi purus est sermo meus et mun
dus in conspectu tuo puritas ex
cludit fallacia iniquitate falsita
tem sicut est in conspectu dei de
strue puritate / Item in declara
tione perplexitatis et obscuritatis
iob xxxiii sciam labia mea pu
ram loquentur · i · nō obscuram
nō perplexam / Item est puritas
oris et hec in ecclesia in conatione ire
et contemplationibus / ad hec i ad thi ii vo
lo viros orare in omni loco leva
tes puras manus · i · orationes
que debent adiungi ordini et ad
deum levari sine ira et disceptati
one / Item in intentione sine confusi
onibus / iob xlii / operanda perpuri
storia tenam · i · rubiginem tue
operationis unde vn et alibi dicitur
miro aurum rubigine de argento
· i · miro misto et egreditur vas pu
rissimum quia puro motu et pu
rius more puritatis operatione
/ Item in quantitate bone operationis qua
mecum hoc et debentur eternas fiducia et
bucet in deo gre tibi dicitur et debuit ex
hebit puritati puritatem prudente de
lecta et veritate ima⁹ opatebo re

Quadragesima
est quadragesima
le et quibus myste
rium remissio
nis peccatorum quo
ad penitentes
est etiam expecta
tum nostrorum quo

ad istas primum fit explicat ad conten
dum ad confitendum ad satisfacien
dum / et ideo et forma significat
est enim quadragesima inundatio
nis diluvii et hoc pertinet ad conte
ationem Gen. vii rupti sunt omnes fon
tes abyssi magni et cataracte celi
aperte sunt et facta est pluvia xl
diebus super terram et est xo hi dupli
cem locum gratiationis aquarum
superiorem cum dicitur cataracte celi in
feriorem cum dicit rupti sunt et
sic mania duplex est / prima superior
qua concupiscitur superna superior
qua concupiscitur pene infernales
et inferior est per locus gratiationis
aquarum lacrimarum quecumque penitentes
anima concipit bona eterna que
amisit per peccatum tunc replentur
in lacrimas et tunc aperiuntur cataracte
cum etiam concipit penas eternas
quas meruit et tunc erumpunt
lacrime tunc rumpuntur fontes ab
yssi / Item ex in hoc diluvio gratia
tionis deleta est omnis caro · i · car
nalis affectio volucrum quo ad am
bitiosos bestiarum quo ad cupidos
reptilium quo ad carnales / Item
hominum corruptorum quo ad malos
noe iusto solo excepto in quo nota
tur perfectus homo / Item est qua
dragesima expectationis ante
quam cessasset diluvium et hoc pertinet
ad confessionem / Gen. viii expecta
tis quadraginta diebus aperuit
noe fenestram emisit corvum nō
revertentem et columbam revertentem
vere post cessationem diluvii noe
· i · penitens debet aperire archam
mentis et debet emittere corvum
· i · pudorem confitendi qui facit
procrastinare confessionem unde
quinplex est vox corvina / Soph.
ii vox cantantis in fenestram
corvus in superliminari et revertenti
nō dicit columba est affectus con
fitendi quia licet gemitum peccan
tium in confessione hic emittitur
cum penitens confitetur aperta
archa · i · aperta conscientia reserata

Et nota quod primo emittitur et recipitur
in archa assensus ramum olive tercio
emittitur et non recipitur et signat
triplicem confessionem s. mortalium
que signatur in prima emissione
et corvus in archa deest quia talia ab-
lue non plene purgatur anima
Item venialium que signatur in secunda
emissione et columba plene reconci-
liatur in cuius rei signum attulit
ramum olive Item confessionem
finalem in morte et post non re-
uertitur quia confessio peccatorum ma-
la vita non recitatur Item est
quadragesima expectationis in-
ravit ad primam Ionam ad huc xl
dies etc. Et nota ibi tamen s. quod rex des-
cendit de solio suo et hoc humilitas
contra superbiam et quod indutus est
sacco et hoc castitas contra con-
cupiscentiam et quod sedit in cinere et hic
est contemptus mundi contra avarici-
am et sic patet misterium quadra-
gesimale quo ad penitentes
Item est misterium quadragesimale quo ad
iustos et hic in triplici statu acti-
vis emulatoribus prelatoris cum
[…] contemplationis cum Daniele
Et nota quod est triforme misterium qua-
dragesimale quo ad activos primo
quo ad […] que est in con-
seruatione mandatorum et hoc signatur
per xl […] legis Exo xx ubi
[…] dominus […]
quia mons Sinai et locus inspi-
cionis qui in tabulis lapideis
in monte Sinai que erat ardens
igne et terribilis sonitus bucci-
ne dominus […] amor et timor
amor ex permissione facta […]
tibus timor in iudicio trans-
gredientibus que duo sublevat
ad sustinendum mandata amor
igne timor in buccina signatur
locus inspirationis sunt due tabule
una tabula cordis est dileccio
ad deum alia dileccio ad proximum
et in hiis duobus complentur pre-
cepta decem tabulis Prov iii fili
ne obliuiscaris legis mee et pre-
cepta mea cor tuum custodiat
et describe ea in tabulis cordis
tui Item est quadragesima ob-
seruacionis consiliorum et hec signi-
ficata est in progressu Helie iii Re-
gum xix ubi legitur quod fugiens
faciem Iezabel quo ad […]
peccatorum Item quod […]
quo ad obseruacionem consiliorum
Item quod ambulavit quadragin-
ta diebus et xl noctibus usque
ad montem dei Oreb quo ad per-
severanciam in […] usque ad recep-
cionem premiorum Item est qua-
dragesima negligenciarum et hoc
signatur in purificacione puer-
pere xl dierum pro purificacionem
vel fecunditate partus Et nota
que peperit masculum in similem
opus […] solummodo quadrage-
narium ad purificandum suam
negligenciam quia purificatur
per primam […] quadra-
gesime sed que peperit filiam imita
negligentem […] gemmatam qua-
dragesimam quia punietur in
purgatorio Item misterium qua-
dragesimale quo ad prelatos et
hic est triforme quantum ad explo-
racionem oracionis et compassionis
Deutero xxi […] missi sunt ex-
ploratores post quadraginta
dies Et nota quod explorare pertinet
ad confessores qui debent explo-
rare ad modum illorum de […] per-
quam desideria signatur an sit
fortis an infirmus hoc est an suscep-
tibiles sunt affecciones an in-
flexibiles Item aut sit pauci
vno aut plures hoc est an habeat
multas occasiones peccandi an
non Item de terra debent sequi-
re sicut illi fecerunt an ibi
sunt urbes immunite que signat
obstinaciones et munitiones
animi contra deum an non Item que
sit humus pinguis ad operandum
et sterilis et que memorosa quo

ad expositum peccatoribus que nobis // Item est
misterium quo ad orationem Deuteronomii ix
iacui coram domino xl diebus et
xl noctibus quibus eum deprecabar // Item est misterium quadragesimale quo ad compassionem
quod signatum est Ezechielis iiii ubi dicitur
dormies super latus tuum dexterum et assumes iniquitatem domus iuda xl diebus latus dexterum est affectus proprietatis super
que debet dormire prelatus recipiendo se et recipiens iniquitatem domus iuda id est subditorum peccata et proprias gemere et orare // Item
est misterium quadragesimale quo
ad contemplativos et hec similiter
est de forma sacie cum hiis quibus
deputata est ad exemplum quo
ad alios ad disciplinam quo ad se
ad gaudia contemplationis quo
ad deum Primum signatum est in consuetudine condiendi cadavera
mortuorum ex aromatibus per xl
dies quod appetit religiosos et eciam
prelatos qui mortui sunt cum
christo Col. iii mortui estis etc.
aromata sunt perfectionis exempla
que nos ab omni corruptione servant et assistentibus flagrant
de hac quadragesima Genesis l
precepit ioseph ut aromatibus
condirent iacob etc. Secundum misterium
est disciplinae quo ad se ipsum et de
hoc loquitur Actuum i cum ieiunasset xl diebus et xl noctibus
unde hoc ieiunium est abstinencia
disciplinae Tertium misterium est iocunditatis contemplationis quo
ad deum et hoc signatum est in oratione glorie resurrectionis Actuum i in multis
argumentis apparens eis per
xl dies etc. Ex quo apparet quo
ad intellectum in meditacione tanquam
cibum quo ad affectum in oratione de
affectione Cap. vii [illegible] sanctas
secuisset de comestione [illegible]
xi [illegible] quibus apparuit [illegible] in
[illegible] qui cum eo et cenabo cum
eo etc. Sequitur capitulum tertium querere

Querere. Sunt qui querunt
dominum et sunt qui querunt
et tota qui sunt qui querunt
dominum et in quibus querunt et que
accidunt querentibus dominum et que
querenda sunt cum domino // Circa primum
nota quod querit dominum dolentes Luc.
ii Ecce pater tuus et ego dolentes
querebamus te // Item in tribulacione existentes Ps. imple facies
eorum ignominia et querent nomen tuum // Item mansueti
et mites Sophonie ii querite dominum
omnes mansueti terre etc. // Item iusticiam exercentes Ysaie i audite
qui sequimini quod iustum est et queritis dominum
// Item diligentes Cant. iii In lectulo
meo per noctem quesivi quem diligit anima mea et non inveni
// Circa secundum nota quod querentibus
est in bonitate in Psalmo xxx magnus dominus deus in super omnes qui
querunt in bonitate // Item in
simplicitate cordis Sap. i Illum
querite in simplicitate cordis
// Item in cordis totalitate et integritate Jer. xxix cum quesieritis
me in toto corde meo inveniar
a vobis // Item in bona operatione
Ps. exquisivi dominum in manibus
meis // Circa tertium nota quod querendus
est deus ut vivamus Ps. querite dominum
et vivet anima vestra // Item ut divites
fiamus Mat. vi primum querite
regnum dei Ps. et adiciet vobis querite
et invenietis etc. // Item ut ab eo non
delinquamur Ps. non derelinquit
querentes te domine // Item ut roboremur Ps. querite dominum et confirmamini // Circa quartum nota quod debemus
querere bonum penitentie Amos v
querite bonum et non malum // Item
aquas gratie Ysaie xli egeni et pauperes querunt aquas // Item doctrinam
sapientie Prov. xv cor sapientis
querit doctrinam // Item legem
libertatis perfecte Eccl. xxxii qui
querit legem replebitur ab ea
// Item regnum glorie Mat. vi querite
primum regnum dei etc. Col. iii que
sursum sunt querite. Et non hic quod

in veniam per fidem. Sap. i. Invenitur
ab hiis qui non temptant illum. Item
per spem. Treni iii. Bonus est dominus speranti-
bus in eum, anime querenti illum.
Item per caritatem. Sap. vi. Facile vi-
detur ab hiis qui diligunt illum.
Sequitur de hiis qui non querunt deum
de quibus Osee vii. Non sunt reversi ad
dominum deum suum et non quesierunt
eum. Secundo quod tales querunt vo-
luptatem. Iohannis vi. Amen dico vobis
queritis me non quia vidistis signa
sed quia manducastis. Item gloriam
temporalem. Iohannis v. Quomodo potestis credere
qui ab invicem gloriam queritis. Item
vanitatem. Psalmus. Ut quid diligitis
vanitatem et queritis mendacium. Hinc est
quod populus iste dispersus est ad queren-
das paleas. Item propriam volun-
tatem contra quos Iohannis v. Iudicium
meum iustum est quia non quero vo-
luntatem meam. Item propriam
utilitatem. Philippenses ii. Omnes que
sua sunt querunt. Secundo quod que-
rit quidam de homine et homo
quedam de deo. Require infra trac-
tatu de T immediate ante verecundiam.

Querela multiplex est. Mur-
murationis. Numeri xiiii. Usque
quo hec multitudo pessi-
ma que murmurat querelas
filiorum audivi. Item rebelli-
onis. Numeri xvii. Refer virgam Aaron
in tabernaculum testimonii ut
servetur ibi in signum rebellium fili-
orum Israel quiescant querele co-
ram me. Item accusationis. Sap. xviii.
Properans homo sine querela de-
precari pro plebibus proferens servitutis
sue scutum orationem et per incensum depre-
cationem allegans restitit ire etc.

Quiescendum. Nota a quibus
quiescendum est et quando
quiescendum. Secundo primum ab eo
quod quiescendum est a murmura-
tionis querelam. Numeri xvii. Quiescant
querele coram me ne moriantur.
Item a pravitate actionum. Isaie i. Qui-
escite agere perverse. Item a multitudine
curarum secularium quod dicitur Ecclesiastici

de malis turbati sunt in man-
suetudine quiescere non pote-
runt. Item a ploratu miseriarum.
Ieremie xxxi. Quiescat vox tua
a ploratu. Item a somniis gaudiorum
temporalium. Isaie xxiv. Cessavit gaudium
tympanorum quievit sonitus le-
tancium. Secundo notandum quod quies-
centes manebunt in hac vi-
ta. Item edificabuntur in unita-
te civium celestium. Item evadent
dolores penarum infernalium de hiis
tribubus. Ieremie xlii. Si quiescentes
permanseritis in terra hac edifica-
bo vos et non destruam plantabo
vos et non evellam etc. De R.

Radix loquitur
de nobis dupliciter.
Primo modo radias
in perfectione
quemadmodum
dicitur Isaie xi. Egre-
dietur virga de
radice Iesse.
Secundo modo
fundamentum
ut non deficiamus in temptationi-
bus que admodum dicitur de arbore
sublimi et fortis? [illegible] descendit pluvia venerunt flumina
flaverunt venti et irruerunt in domum
illam et non cecidit. Secundo primum
notandum quod quidam radicantur in cari-
tate. Ephesios iii. In caritate radicati
et quidam in iniquitate cupidi-
tatis. i Thimothei vi. Radix omnium malorum
radix est cupiditas. Quidam
in iniquitate voluptatis. Ecclesiastici xl.
Radices immunde super patre
cacumen sonat. Sap. iiii. Non
dabunt filii eius radices. Item
quidam in radice ambitionis.
Ecclesiastici x. Radices gentium
superbarum arefecit deus. Item in
iniquitate animositatis. Hebr. xii.
contemplantes ne qua radix a-
maritudinis sursum germinet
et per eam inquinentur multi. Et
qua radice scilicet animositatis sur-
git amaritudo erroris et dissensionis

ergo istorum dicit Ephes. 3 in caritate
sint proficiatis in bonis operibus
sequitur et fundati scilicet ne deficiatis
in temptationibus quemadmodum
contingit deplantatis non habentibus firmam
radicem quod contingit pro defectu pro-
fundationis et constantie Luc. 8 in tem-
ptatione abscedunt non habent ra-
dices altas vel defectu humoris
devotionis Osee 9 percussus est Effra-
ym radix eorum exsiccata est
nequaquam facient fructum vel
ratione putredinis in iudice pu-
tredo cum ossium in media est ut
dicitur Ys. 5 de putrefactione
radicis in iudice dicitur radix
eorum quasi favilla erit et germen eorum
ut pulvis ascendit vel ratione
evulsionis desperationis unde
et desperatis dicitur Ezech. 17 numquid sub-
tropantibus in me radices eius
evellent et fructus eius destrin-
get siccabit omnes palmites ger-
minis eius et arescet Ad idem
ergo istorum et fundati et hoc per
quatuor modos radicis stabi-
lis est cum profunda humida vi-
vax et firma profunda per consta-
ntiam perseverantie Ys. 37
quod salvatum fuit de domo Iuda et quod re-
liquum est mittet radicem deorsum
et faciet fructum sursum Item
est humida per devotionem Ier. 17 ben-
edictus qui confidit in domino et erit quasi
lignum quod ad humores mittit
radices et erit folium eius viride
nec desinet aliquando facere fructum
Iob 29 radix mea aperta est iux-
ta aquas Item vivax per desideri-
um iustitie Osee ult. iste ger-
minabit quasi lilium et erumpet
sicut libani radix eius Item
firma per spem glorie Prov. 12 radix
iustorum non commovebitur vel
dic quod radicantur boni et ma-
li boni dupliciter quia perfecti
et imperfecti perfecti tripliciter quo
ad se ipsum quo ad proximum quo
ad superiorem quo ad deum quadrupli-
citer quia per fidem Luc. 8 et Rom.

...bus radices non sunt Item per spem
Eccli. 24 in electis meis mit-
te radices scilicet spei Item per timorem
Eccli. 1 radix sapientie timere deum
Item per amorem sive caritatem
Ephes. 3 in caritate radicati Ec-
cli. 12 radix iustorum non commove-
bitur Item radicantur perfecti quo
ad proximum quadrupliciter per in-
nocentiam Osee 14 erumpet ra-
dix eius ut libani qui interpretatur
candidatio et signat candorem
innocentie Item per beneficia Ys.
11 radix Iesse id est Christus qui in nobis
passus qui stat in signum populorum
Item per compassionem vel misericordiam
Iob 29 oculus fui ceco et post
radix mea aperta est etc. Item per ius-
titiam Prov. 12 radix iustorum
proficiet Item radicantur perfecti
tripliciter quo ad se per sapientiam ma-
gnitudinis Sap. 3 que non dabunt ra-
dices Item per constantiam in sustine-
ndis Col. 2 in ipso fundati et radi-
cati Item per mortem in expectandis
Sap. 15 scire iustitiam tuam etc. quod
signatur Gen. 35 Debbora se-
pulta ad radicem Bethel Item
radicantur imperfecti per contritionem
Ys. 53 ascendet sicut radix de terra
sitienti terra sitiens est anima pec-
cati per dolorem contritionis Item per
confessionem Ys. 37 mittet
quod salvatum fuit de domo Iuda
Item per satisfactionem Prov. 12 radix
iustorum scilicet qui satisfaciunt pro peccatis
Ier. 17 erit sicut lignum quod transpla-
tatur quod ad humorem scilicet lacrimarum
mittit radices Item radi-
cantur mali tripliciter quo ad pro-
ximum et quo ad se in talibus
tripliciter in talibus per ypocrisim
Iob 8 vim spes ypocrite peribit etc.
evellet radicem tuam de terra viven-
tium Item per blasphemiam Ys. 5 ra-
dix eorum ut favilla erit Item
per errorem Ys. 40 radix eorum de-
siccata est Item radicantur ma-
li quo ad proximum tripliciter per odium
cordis Hebr. 12 videte ne qua radix etc. d

Item pravicium operis Eccli. xl radices i-
mmunde. Item propter iniquitatem avaricie
operis Dan. iiii stabit de genimine. Item
quo ad se radicantur mali, scilicet
per cupiditatem. Eccl. xxiiii ut fina
ret radicem suam etc. Item per super-
biam. Eccl. x radicem gentium super-
bas etc. Item voluptate carnali.
Sap. iiii adulterine plantationes etc.

Rapina multiplex est. Glorie
quasi regnum celorum vim pa-
titur et violenti rapiunt il-
lud. Item captivitatis et penitencie. Ab-
ac. ii Suscitabuntur lacerantes te
et eris in rapinam eis. Item vane glo-
rie. Job xxvii Que est enim spes ypocrite
si avare rapiat. Item suggestio-
nis dyaboli. Ps. Nequando rapiat ut
leo animam. Item avaricie. Prov. xi
alii rapiunt non sua et semper
in egestate sunt et hoc aliqui in
corde. Mat. xxiii intus pleni es-
tis rapina aliqui in opere. Job xx
nudavit domum pauperis et non edi-
ficavit eam. Item aliqui violenta
detentione. Ysa. iii Rapina
pauperis in domo vestra. Amos iii
thesaurizantes iniquitatem et rapi-
nam in edibus suis. Item quod hec
non concupiscenda. Ps. Et rapinas no-
lite concupiscere. Item societas ta-
lium non est tenenda. Prov. xxiiii
Ne emuleris viros malos nec
desideres esse cum eis quia ra-
pinas meditatur mens eorum.
Item est intermittenda. Eze. xlv In-
iquitatem et rapinas intermittite
et iudicium facite. Item quod rapina
dicitur. Ys. lxi Ego dominus diligens
iudicium et odio habens rapinam.
Raptor homicida est. Eccl. xxxiiii
Qui aufert in sudore panem
quasi qui occidit proximum suum. Item
perdit omne bonum. Mich. iii Odio habe-
tis omne bonum et diligitis malum
qui violenter tollitis pelles eorum
desuper eos. Eccl. xiii Pascua divitum
pauperes. Item lupis comparatur. Soph.
iii iudices eorum lupi vespere nichil
relinquebant in mane. Item

leoni et urso. Prov. xxviii Leo rugi-
ens et ursus esuriens princeps im-
pius super populum. Item infideles
est. Ys. xxi tollit vestem et perdit fi-
dem agit rapinam perdit iusti-
ciam. Item quod multum punitur
primo per paupertatem. Prov. xi Alii
dividunt propria et ditiores fiunt
alii rapiunt non sua et semper
in egestate sunt. Item Eccli. xl Ne-
potes impiorum non multiplicabunt
ramos. Secundo per sterilitatem filiorum.
Sap. iiii Adulterine plantationes
non dabunt radices altas nec
stabile fundamentum collocabunt.
Tercio per mortis accelerationem.
Ps. Viri sanguinum et dolosi non dimidiabunt dies etc.
Quarto quia frequenter tales se-
pultura carent. Iere. xxii de Ioa-
chim dicitur quod sepultura asini
sepelietur. Quinto quod a demoni-
bus rapiuntur. Greg. Qui invisi-
biliter rapit subito urgente
exitu rapietur. Sexto mendi-
caci erunt filii eius. Job xxvii
Hec est pars hominis impii apud deum et
hereditas violentorum quam ab omni-
potente suscipient. Si multipli-
cati fuerint filii eius in gla-
dio erunt et nepotes eius non
saturabuntur pane. Ultimo quia
inventis infernalibus suspen-
dentur. Amos iiii Ecce dies ve-
nient super vos et levabo vos
in contis etc. Sequitur

Rebellio multiplex est.
Incredulitatis. Eze. ii
Audite rebelles et incre-
duli numquid de petra trahat aquam
potentibus eis. Item inobediencie.
Deut. ix Non credidistis ei ideo
neque audire voluistis vocem
eius etc. Job xxiiii Ipsi fuerunt
rebelles lumini. Item pugne. iiii Reg.
xvii Cum deprehendisset rex Assyri-
orum Osee quod rebellare nitens
misisset nuncios ad Sua regem
Egypti. Job xvi Si locutus fu-
ero non quiescet dolor meus. Que
est fiducia que confidis aut quo

consilio aut fortitudine rebel
lare disponis etc. Item contradicto
ribus animos prius rebellavit contra
me animos in deo media domus.

Rectitudo multiplex. Ista habet: et
est cordis oris et operis. Recti
tudo cordis in exquisito
ne sciencie. prov. xxvii cor rectum
cum corde meo sed proch dolor de qui
busdam Ps cor eorum non erat rectum cum eo.
Item indicis dilectionis Can. i recti
diligunt te. Et nota quod rectitudo
cordis frangitur per infidelitatem.
Baruch qui incredibilis est
non est recta anima meo tale non
erat cor David de quo iii Reg. iii
David ambulabat in conspectu tuo
in veritate et iusticia et recto corde.
Item per propriam cogitacionem Sap.
ii dixerunt impii apud se non
recte cogitantes. Ideo quod petebat
David cor rectum dicens cor mun
dum crea in me deus. Et non quod
talibus sed rectis corde bonus est
deus quam Israel his qui recto sunt corde. Ps qui
bonus iste his etc. Item intentu
prendendo Ps pretendit misericordiam
tuam scientibus te et iusticia tua his qui
recto sunt etc. Item bene faciendo quod fit
per operacionem Ps benefac domine. Item
salvat Ps adiutorium meum a deo
qui salvos facit rectos corde.
Item est rectitudo oris. Iudith
da michi domine sermonem rectum et
bene loquentem etc. et hec est in tribus
in rectitudine predicacionis. In ad
Tit. ii contra Tit. ii in civitate ipsum probabilem ex
hibe operarium recte tractantem
verbum veritatis. Sed proch dolor de q
uibusdam de quibus Mich. iii et xviii offen
dunt iste lubis non rectis dum
decent. Item in discrecione ser
monis prov. xxiii. Exultabunt re
nes mei cum recta fuerint locu
ta labia tua. Contra de quibus
dam de quibus Dan. xiii recte
mentitus es in caput tuum. Item
in rectitudine iudicii Ps recte iu
dicate filii hominum contra de qui
busdam Sap. vi cum essetis mini
stri eius non recte iudicastis propter
quod dicebat Eccl. xxxiii Iudicis tuis
facito stateram et frenos ori tuo.
Item est rectitudo operis prov. xx ex
studiis suis intelligitur puer si
recta et munda fuerit opera eius etc. Sed
proch dolor quia dicitur Amos iii
de quibusdam nescierunt facere rec
tum. Et nota quod hec rectitudo est
in iudicia operis prov. xxi quia mundi
sunt est rectum est opus eius ta
lis erat Iob. Iob i erat vir Iob
simplex et rectus. Item in prosecu
cionibus Sap. x iustum deduxit
deus per vias rectas etc. Sed proch dolor
de quibusdam de quibus ii Pet. ii de
linquentes viam rectam erraverunt.
Item in consummacione sue operacionis
prov. xx qui rectus est consummat
viam suam quod fit per instanciam
tribulacionum. Sed proch dolor de qui
busdam de quibus dicitur Eccl. ii
ve his qui perdiderunt sustinenciam
etc. Et ideo perit fons de terra.
Et nota hic quod rectitudo letificat
Ps iusticie domini recte letificantes
corda. Item confortat Is. xlii noli
timere puer meus Iacob rec
tissime. Ideo quod dicitur Iob iiii
recordare obsecro vos. Umquam
innocentes perierunt. Item pacificat
Iob viii. Si mundus et rectus in
cesseris statim evigilabit ad te etc.
Item ab angustiis liberat prov. xi
iusticia rectorum liberabit eos.
Item glorificat Ps habitabunt
recti cum vultu tuo. Ezech. ii qui
recti sunt habitabunt iusticia etc.

Rector multiplex est diabo
lus Ephes. vi non est nobis
colluctacio. Item deus. Sap.
Eccl. x qualis rector civitatis
etc. Et hic necessaria sunt tria prudencia
cia. In prov. xxi det tibi prudencia
ut regere possit Israel. Item potestas
sive virtus quia scriptum est
noli fieri iudex nisi valeas vir
tute irrumpere iniquitates eorum.
Item benignitas que erat in Io
seph de quo Gen. xlvi Ioseph

natus est homo princeps fratrum fir
mamentum frum rector gentis sta
bilitas Eccl xxxii rectorem te po
suerunt etc Item attencio Act xx
attendite vobis et universo gregi
etc Item est dominium spiritualis pro
deus Hester x cuiusque regio fulge
ret hiis et invocasset omnium recto
rem et salvatorem deum et ipse re
git mota illud Ps xv erit radix
iesse et qui exurget regere gentes
et hic multiplex defectus adimple
do ps dns regit me etc Item cum
opus est liberando ps reges eos
in virga ferrea etc Item spiritualibus
bonis pascendo ps ex his super vias
patet pascentur et in omnibus plateis
pascua eorum quia miserator eorum
reget eos Item primam prime de
ducendo ps qui regis israel inten
de etc Item de bono in melius
extollendo ps et rege eos et extol
le illos usque in eternum Item gloriam
deducendo ps ipse reget nos in
secula Item inglorias confirmando Act
xx ago etc in eternum est regem illos

Recubitus est culpe Ait ix in
vastatus est rex propter
iusiurandum et propter eos qui
pariter recumbebant et in hoc occidit
Iohannem gratia in hoc enim occidit holo
fernes i. peccatores iudith xiii erat ca
nopeum in quo recumbebat in ebri
etate sua Item est recubitus qui
etis a labore Ait xxvi cum esset
bethanie in domo simonis lepro
si et recumberet Item est recubi
tus gratie et hic triplex quia est recu
bitus humilitatis luc xiv re
cumbe in novissimo loco et ex
hoc insurgit triplex utilitas quarum
prima est familiaritas quod ad
deum ut notatur in hoc cum dicit
amice etc cum humilitas amicum
facit et conditur in hoc ut dns p
nullum amplexatus est Ait io
qui vero humile spirituali dilectione
attingit exemplum de ioseph qui
plus ceteris amabatur Secunda est
exultacio quod ad se ipsum vel subditum

ascende superius et tibi qui se humi
liat exaltabitur et Ecce xiii quanto
humiliamini etc Tercia est gloria et ho
nor quo ad illos angelos et ali
os sanctos unde ibidem erit tibi
gloria etc Secundus recubitus est spiritu
alis solicitudinis Eccl xxxii
omnem curam tuam explicita i. amo
ta et sic posita recumbe super illos sic
ut gallina super pullos suos et
ex hoc insurgit triplex utilitas
quarum prima est leticia cordis vel
subditorum et letitis super illos secunda
est infusio gratie coronantis vel
subditum et ornamentum gratie ac
cipiet coronam Tercia est dignitas
platonis vel subditum et digni
tatem accipientis a congregationis
Tercius recubitus est contempla
tionis Ioh xiii erat recumbens
unus ex discipulis eius Et scias quod
quinque requiruntur ad unitatem hic
recubitum quorum primum est gratie
infusio que notatur in nomine
Secundum est a tumultu secularium
cessacio propter hoc dicit recumbens
Tercium est secreti loci inhitacio
propter hoc subdit in sinum Quartum
est unitas caritatis cum dicit unus
Quintum est bona morigeracio
quod notatur ibi ex discipulis et
ex hoc Sextum sequitur dilectio
dei ibi quem diligit ihesus et ex
hoc insurgit multiplex utili
tas quarum prima revencia quo
ad alios unde ibi dicitur quod
simon innuit ut quereret Secun
da est revelacio secretorum dei
ut dicitur ibidem Tercia est vera
cognicio ubi Augustinus dicit quod flu
enta evangelii de ipso sacro domini
pectoris fonte potavit propter quod
dixit in principio erat verbum et verbum
etc de quo Augustinus si altius intra
visset totus mundus non compre
hendisset Item est recubitus
glorie Ait viii dico autem vobis quod
multi ab oriente et occidente ve
nient et recumbent cum abraham
ysaac et iacob in regno celorum

Et nota in illos recubitu triplicem
utilitatem quarum prima ca tpa-
bibus et mundanis separatis que
notatur ubi dicitur amice vobis etc.
Secunda est bona societas et quie-
ta que notatur ubi et recubuerunt
cum abraham / tertia est eterni
regni acceptio ut patet quod dicitur in regno etc.

Recessus circa re / celorum et
cessum nota quod multiplex est re-
cessus et qui recedunt a deo
et qui dicunt deo recede a nobis
et a quibus est recedendum / Circa
primum nota quod multiplex est re-
cessus doloris / Job xvi si locutus
fuero non quiescet dolor meus
et si tacuero non recedet a me / Item
prave consuetudinis / Prov. xxii ad-
olescens iuxta viam suam / Item
sapientie / Eccl. vi Si vis sapiens effici-
ar ipsa multo magis recessit
a me / Item memorie / Eccl. xx-
xix non recedet memoria eius
et nomen eius requiretur / Item
dixit mihi / Ysa. liiii misericordia mea
non recedet / Circa secundum nota quod
a deo recedunt increduli / Eccl.
x Initium superbie hominis apos-
tatare a deo quia ab eo qui fecit
illum recessit cor eius / Jeremie
v populo autem huic factum est cor in-
credulum et recesserunt et abie-
runt et non dixerunt in corde suo
metuamus dominum / Item iusticie
contemptores / Sap. iii qui neglex-
erunt iustum recesserunt a domino
Item peccatores / Eccl. viii ne festines
recedere a facie eius id est dei neque
permaneas in opere malo / Circa
tertium nota quod deo dicunt delicati
recede a nobis / Job xxi ducunt
in bonis dies suos et postea qui dixerunt
deo recede a nobis scientiam viarum
tuarum nolumus / Item presumptu-
osi / Job xxii fluvius subvertit fun-
damentum eorum qui dicebant deo
recede a nobis et quasi nihil pos-
set facere omnipotens estimabat
eum / Item ydolatre et heretici
Ysa. lxv qui dicunt recede a me
quia immundus es / Circa quartum nota
quod non est recedendum a dei doctrina
Job xxiii a mandatis labiorum
eius non recessi etc. / Prov. v fili mi
audi me et ne recedas a verbis oris
mei / Item ab innocentia / Job xx-
vii donec deficiam non recedam
ab innocentia mea / Item a iusti-
cia / Eze. xviii cum recesserit
iustus a iusticia sua fecerit que
iniquitates morietur in eis
Item a vera amicicia a qua re-
cedunt proditores / Job xix noti
mei quasi alieni recesserunt
a me / Item avari et cupiditates
acquirentes / Prov. xix fratres hominis
pauperis oderunt eum et insuper et
amici procul recesserunt ab eo / Item
leves et occasionum inventores
Prov. xviii occasiones querit qui re-
cedit ab amico / Circa ultimum nota
quod recedendum est a societate ma-
lorum / Jere. l recedite a medio Babi-
lonis / Prov. xxii arma et gladii in
via perversi custos anime sue non
recedet ab eis / Item a bono impi-
orum / Job xxii super quo habes
fiduciam quod recessisti a me / Item
a cultura ydolorum / Eze. xiiii con-
vertimini et recedite ab ydolis vestris
Item a multitudine peccatorum / Eccl.
xlviii non recesserunt a peccatis
suis donec abiecti sunt / Prov. iii
time deum et recede a malo / Job
xxviii recedere a malo est intelli-
gencia / Item ab enormitate
iniusticiarum / Eccl. xxxv salutare
sacrificium attendere mandatis et
propitiationis deprecatio pro peccatis recedere
ab iniusticia / Item a calumpnia
iniuriarum / Ysa. liiii recede pro-
cul a calumpnia etc. Recipe

Recipe multiplex est dei et ho-
minis recipit enim deus exa-
minatos in camino tribula-
cionis / Eccl. ii homines vero receptibiles
in camino tribulacionis / Item fla-
gellatos per iusticiam passionis
Hebr. xii flagellat autem omnem
filium quem recipit / Item mundatos

perseparacionem ab immundis. Ysa. lij ad
Cor. vj immundum ne tetigeritis et ego
recipiam vos. Item est recepcio ho
minis et hec multiplex, quia est recepcio
peccatorum, activorum, prelatorum et con
templativorum. Peccatorum duplex
penitentis. Luce xv hic peccatores reci
pit. quanto magis impius et pec
cator. Item mendicis sine remu
neracionibus impenditur. Mat. vi cum facis
elemosinam etc. et sic amen dico
tibi recepisti. Item est recepcio ac
tivorum duplex. Mat. x qui re
cipit prophetam in nomine prophete. Item
ad Hebr. xiij hospicio pauperes re
cepit. Item discipline. Levit. xxvi
si nec sic volueritis recipere
disciplinam sed ambulaveritis ex
adverso mihi etc. Item Hebr. xij filios
vestros recipere voluit. Item est
recepcio prelatorum et hec duplex in
dicii. Job xxxvi causa autem tua
iudicii quasi cuiusdam recipies. Item
satisfactionis. Levit. x quod cum
audisset Moyses recepit satis
factionem. Item est recepcio con
templativorum et hec duplex doc
trine. Mat. x quicumque non receperit
vos neque sermones vestros et non audi
erit exeuntes foras etc. Item
gracie. ij ad Cor. vi exhortamur
vos ne in vacuum etc.

Reclinacio multiplex ne
cessarie quietis. Mat. viij
vulpes foveas habent etc. Item
castitatis contemplacionis. Cant. iij
ferculum fecit sibi Salomon de
lignis Libani columpnas
fecit argenteas. Item luxurie
et carnalitatis. Judicum xvi Da
lida fecit Sampsonem dormire
super genua et in sinu suo reclinare.

Recogitacio multiplex est
malicie. i Reg. xviij pone reco
gitet de me quod callide insi
dier. fecit Saul David. Item
prudencie. i Reg. xxv considera et
recogita quid facies quoniam com
pleta est malicia contra virum
tuum Nabal. Item prudencie sancte

Eccl. iiij unus est et secundum non habet
non filium non fratrem et tamen labo
rare non cessat nec satiantur
oculi eius diviciis. recogitat
dicens cui laboro et fraudo
animam meam bonis. Item
pie. Ysa. xxxviij recogitabo tibi
omnes annos meos etc. Item
passionis dominice. Ysa. lvij iustus
periit et non est qui recogitet. Hebr.
xij recogitate eum qui talem
sustinuit etc. Requiem.

Reconciliacio multiplex
est quia est reconciliacio
qua reconciliatur uxor
marito. i ad Cor. vij his autem
qui matrimonio iuncti sunt pre
cipio non ego sed dominus uxorem a viro
non recedere quod si discesserit
manere innuptam aut viro suo
reconciliari. Item qua recon
ciliatur frater fratri suo. Mat. v
si offers munus tuum ad altare
etc. Item fit reconciliacio que
fit per sacerdotum ordinem. Eccl. xxvij
et impie iracundie favens est reco
ciliacio. Item per divinam inspi
racionem. ij ad Cor. v que in reconcilia
cione mea impositus sum tibi.
Item per Christi passionem. Ro. v si e
nim cum inimici essemus reconci
liati sumus deo per mortem filii eius.
ij ad Cor. v omnia ex deo qui
nos reconciliavit etc.

Recordacio multiplex est
dei et hominis. Recordatur en
im dominus ad eruendum de ma
nu inimicorum in impugnacione
temptacionum. Zach. x et erit recor
dacio vestra coram deo ut eruamini
de manu inimicorum vestrorum. Item
ad misericordiam liberando ab
acerbitate penarum et infernalium
tormentorum. Job xiiij quis mihi
tribuat etc. Item ad retribuen
dum bona premiorum. Gen. ix cum
obduxero nubibus celum appa
rebit arcus meus in nubibus et
recordabor federis mei quod
pepigi vobiscum. Item ad puniendum

pcca obstinatorum Oz(ee) viii quia nunc
recordabitur iniquitatis eorum
et visitabit peccata eorum Item
est recordacio hominis et hec
multiplex quia est recordacio
incipiencium proficiencium
et perficiencium recordacio inci-
piencium multiplex debent enim
recordari malorum pene in qui-
bus fuerunt peccantes Deutr(onomii)
xvi ut recorderis quia servus
fuisti in egipto Item peccatorum qui-
bus deum provocaverunt Levit(ici)
xxvi donec peccata sua et
sua affligentur Dom(ino) confiteantur
iniquitates suas et malorum suo-
rum recordentur quibus prevarica-
ti sunt mecum sed non ad delectan-
dum ibi sed quia Ezech(ielis) xvi et hec
dicit dominus propterea quod recordati es-
tis iniquitatis vestre et revelas-
tis prevaricaciones vestras et appa-
ruerunt peccata vestra etc. Ezech(ielis) xx re-
cordabimini pristini etc. sed ad ag-
nostandum deum sed prudens est
tribus temporibus dispensetur a
animus tuus presens ordinet, providet fu-
tura preterita recordare non ad de-
lectandum sed ad detestandum Item
penarum quibus mali puni-
untur et exaltacionum quibus
boni exaltantur Deuteronom(ii)
vii noli metuere sed recor-
dare que fecit dominus pharaoni de
secundo Deuto viii recorderis
domini dei tui quia ipse tibi vires
prebuerit Item beneficiorum qui-
bus bene sustentati vivunt
usque nunc nunc exierunt Deuto
viii recordaberis cuncti itine-
ris per quod circumduxit etc. Job vii recor-
dare obsecro quis unquam innocens
periit Item est recordacio pro-
ficiencium et hec multiplex fi-
dei sanctorum ad Ebr(eos) x recor-
dacione accipiens fidei omnibus
est vite non ficta Item confirma-
cionis bonorum Job iiii quia recordare
obsecro quis unquam etc. Item
mandatorum Num(eri) xv ut dicit dominus

filiis Israel quas etc. et postquam aspi-
cerint recordentur omnium manda-
torum dei Item dicitur mediatorum Dan(ielis)
xiii a temuerunt oculis ne vi-
derent celum etc. et ne recordaren-
tur iudiciorum iustorum Item est recor-
dacio perficiencium et hec multiplex
quia est recordacio paupertatis
divine ut imitemur Trenorum iii at-
tende et vide Item nominis dei
et potencie ut veneremur Ysa(ie) xxvi
domine deus noster possiderunt nos absque
que te tantum recordemur nominis
tui Item fine vite ut affli-
gamur Tren(orum) i sordes eius in pe-
dibus eius Iam nota etiam quod patria
tria ipsi sancti et ecclesia migrantes non recor-
dantur miseriarum preteritarum et propter
hoc dicatur Job xi si iniquitatem
que in manu tua est et postea tunc
oblivisceris miserie et quasi aquarum
que preterierunt non recordaberis am-
plius qui dicatur tibi qui fecit
te Item confusionis et ebrietatis Ysa(ie)
liiii confusionis adolescencie tue ob-
liviscere et ebrietatis viduitatis tue
non recordaberis amplius quia domina-
bitur tibi qui fecit te Item egre-
tatis et doloris Prov(erbiorum) xxxi da siceram
merentibus et vinum hiis
hiis qui amaro sunt animo
bibant et obliviscantur egre-
tatis sue et doloris sui non recor-
dentur amplius etc. Sequitur

Reddit deus reddit homo
Reddit deus leticiam ad
hominis confirmacionem ut quod
dicebat ps(almus) redde michi leticiam
salutaris tui Item graciam ad bo-
nam operacionem Eccl(esiastici) xxxv deus pro-
spector est qui reddit etc. Item la-
bium clarum ad predicandum Sophon(ie) iii
reddam populis labium electum ut in-
vocent omnes in nomine domini Item bene
operanti remuneracionem Eccl(esiastici) xxxv
xxx da altissimo secundum datum
eius quia retribuens est dominus et sep-
ties reddet tibi et Job xxxiii dep-
cabitur dominum et placabitur ei
et videbit faciem eius in iubilo

et reddet homini iusticiam suam Sap. v
reddet deus mercedem labo[rum] etc. Item
vindictam ad peccatorum punicionem
Eccl. xii altissimus odio habet pecca-
tores et impiis reddet vindictam
Item reddit homo. Secundo quos
quedam reddit deo quedam red-
dit homini iuxta illud Mat. xxii red-
tio ad sacerdotem pertinet. Primus
igitur defectus est infirmitas per
quam intelligitur peccatum veniale
quod licet non interficiat animam tamen
miserabiliter eam infirmat. Se-
cundus defectus est lepra per quam
intelligitur originalis culpa le-
pra enim ad alios propagatur ex le-
proso enim non gignuntur nisi lepro-
si ut in pluribus sic et originalis
culpa in omnes propagata inficiat
et ita plene quod omnes nascuntur filii
ire. Tertius est mors per quam desig-
natur culpa mortalis quia sicut

a domino mors animam separat sic
mortalis culpa separat animam
a vita sua a deo. Quartus est arreptio
a demonio per quam obstinatio intel-
ligitur in finali impenitentia
que est culpa diabolica. Quoniam
curantur per dispensationem sacramen-
torum quorum confectio pertinet ad sacer-
dotale ministerium unde et sacramenta
dicuntur unguenta que conficiunt
sacerdotes ad curam egritudinum unde
ii Paralipomenon ix dicitur quod filii sacerdotum
unguenta ex aromatibus conficie-
bant et ideo dicitur sacerdos me-
dicus unguentarius. Ecclesiastici xxxviii
ubi dicitur de honoratione medici
in hiis curans mitigabit dolo-
rem et unguentarius conficiet pig-
menta suavitatis et unctiones
conficiet sanitatis. Quia er-
go ita curat spiritualis medicus
sacerdos ista quatuor ideo dictum
est eis ad infirmos curare. Et
tales non erant illi de quibus
dicitur Ezechielis xxxiv ve pastori-
bus Israel qui pascebant semet-
ipsos et post parum lac comede-
batis et lanis operiebamini et quod
crassum erat occidistis gregem autem
meum non pascebatis quod infirmum
fuit non consolidastis et quod egro-
tum est non sanastis et quod fractum
est non alligastis et quod abiectum
est non reduxistis et quod perierat non
quesivistis. Et quod ad condempna-
tione symoniace pravitatis que
est in venditione sacramentorum
dicitur Matthei x gratis accepistis
gratis date. Secundum officium
sacerdotis est docere sive praedicare
hoc enim annexum est sacerdotali
ministerio in cura animarum. Unde
etiam legitur de legali sacerdote
ii Paralipomenon xvii quod sacerdotes doce-
bant populum in Iuda habentes librum
legis domini et circuibant cunctas
urbes Iuda atque erudiebant po-
pulum. Hoc etiam fuit figuratum
Exodi xxviii ubi loquitur Moysi
de tunica iacinctina sacerdotis

in qua dicunt esse tintinabula
ut audiretur sonitus quando egre-
diebatur et ingrediebatur sancta-
rium et non moreretur ut dicit Exo.
sacerdos ingrediens et egrediens
moritur si de eo sonitus non au-
diatur quia iram iudicis contra
se provocat si de eo sonitus predica-
tionis non exeat. Item officium
sacerdotale est iudicare in confes-
sione peccantem scilicet et corrigere
peccantes prelatis unde in paralipomenon dicitur
xix c. quod Iosaphat per quem designantur
maiores prelati constituit levi-
tas archidiaconos et sacerdotes
decanos rurales et familiares
principes ex Israel id est presbiteros parrochi-
ales ut iudicium et causam domini
iudicarent et optime dicit cau-
sam domini ad differentiam causarum que per-
tinent ad forum contentionis de qui-
bus nimis autem inique deberent se
intromittere ut ibidem dicitur videte
quid faciatis non enim hominis exerce-
tis iudicium sed domini et quodcumque
iudicaveritis in vos redundabit
sed de causis que pertinent ad forum
confessionis et salutis animarum
debent se intromittere diligenter
unde et post pauca dicitur ubi est
questio de lege de mandato de
cerimoniis de iustificationibus
ostendite eis ne peccent in deum
et ne ira veniat super vos et super
fratres vestros et ideo ipsis sacerdoti-
bus iudicatur sobrietas et non tur-
betur eorum ratio in iudicio unde
in Levitico dicitur vinum et omne quod ine-
briare potest non bibetis quando intrab-
intrabitis tabernaculum testi-
monii ne moriamini et post eis
subditur et ideo etiam ut habeatis
scientiam discernendi inter sanctum et pro-
phanum iniquitatem et errorem contra
fidem inter pollutum et mundum
virtutem et culpam contra mores
et doceatis filios Israel omnia le-
gittima mea. Sed proh dolor quia
dicitur Ezechielis xxii sacerdotes eius contemp-
serunt legem meam et polluerunt

sanctuaria mea inter sanctum et prophanum
et non habuerunt etiam distantiam inter
pollutum et mundum non intellexe-
runt et a sabbatis meis averterunt
oculos suos et coinquinabar in
medio eorum principes eius in medio
eorum quasi lupi rapientes predam
ad effundendum sanguinem et ad perden-
dum animas et ad sectandum avare
lucra. Principes vocat archidi-
aconos et superiores et prelatos qui
hec nimia remissi sunt in cor-
rigendo excessus sacerdotum sed
attendant quod Heli reprobatus
est ab officio suo eo quod audivit
quod filii eius iacebant cum mu-
lieribus que excubabant ad hos-
tium tabernaculi et neglexit ut
legitur i Re. ii quod est terribile nimis
episcopis archidiaconis et deca-
nis negligentibus corrigere lu-
xurias sacerdotum. Attendant
etiam quod propter vindictam correctio-
nis et ardorem zeli confirmatum
est sacerdotium Phinees filii Ele-
azar ut legitur Numeri xxv ubi
dicitur erit tam sibi quam semini illius
pactum sacerdotii sempiternum eo
quod zelatus est pro deo suo et expia-
vit scelus filiorum Israel. Sunt
igitur tria officia sacerdotalia. Sci-
licet ad presbiterum scilicet curare sacramentorum
dispensatione docere in predicatione
corrigere et iudicare in confes-
sione que notantur in nomine sacer-
dotis cum dicitur sacerdotes. Item est sa-
cerdotale officium presbiteri addendum ut
dictum est quod notatur in predicto
verbo paratissimum addendum et hoc expletum
est secundum quod sacerdotes attendunt ad
deum triplici vocatione abla-
tione et oratione. Vocatione atten-
dunt per intellectum oratione per af-
fectum ablatione per effectum. Est
igitur sacerdotalis officii vocatio
premeditationem divinorum secundum
quod in psalmo dicitur beatus vir qui
in lege eius meditabitur die
ac nocte. Et in paralipomenon xxxi dicitur
precepit habitantibus Ierusalem ut darent

Item sacerdotibus et levitis ut pos-
sent vacare dei legi. Unde et a sacer-
dotibus requiritur lex. Malachie se-
cundo. Labia sacerdotis custodiunt legem ut
dicit Osee. Quia sacerdos legem dei igno-
ravit, sic non dei sacerdotem. Osee
e contra dicitur de sacerdotibus ma-
gerui Ezechielis xxxiiii. Ipsi pastores igno-
raverunt intellectum, omnes in viam
suam declinaverunt, intellectum unus-
quisque a summo usque novissimum.
Unde propter hoc datur hodie locus
demonis corrumpendi populum. Et ideo
dicitur ibidem: omnes bestie agri,
i. infideles, bestie venite ad de-
vorandum. Speculatores eius ce-
ci omnes, nescierunt universi ca-
nes muti etc. Item sacerdotale of-
ficium est orare pro populo ad deum.
Levitici xvi. Propterea data est nobis gratia
ut pro peccatis populi in latitudinibus et
propterea regetis in conspectu domini
et in Machabeis orationem faciebant sa-
cerdotes ceteris respondentibus qualiter
autem debeat fieri ista oratio habetur
Joelis ii. Inter vestibulum et altare
etc. Hec quia e contrario dicitur Jeremie v:
stupor et mirabilia facta sunt
in terra prophete prophetabant men-
dacium et sacerdotes plaudebant
manibus et populus meus dilexit
talia. Item est sacerdotale offi-
cium offerre pro populo ad deum sacrificia.
Hebreos v. Omnis pontifex ex homi-
nibus assumptus est. Sed pro do-
lor hodie accidit illud quod dicitur
i Machabeorum iiii: sacerdotes iam non
circa altaris sacrificia dedicati
sunt et neglectis sacrificiis
festinabant participes fieri pes-
tilencie. Malachie i. Dicit dominus ex-
ercituum ad vos o pastores qui de-
spicitis nomen meum, i. facitis
ut despiciatur, et dixistis: In quo
despeximus nomen tuum? Offertis
panem pollutum super altare meum
et dicitis: In quo polluimus te?
in eo quod dicitis: mensa domini
despecta est, i. facitis dici abi-
fidelibus et hereticis mensa

domini mensa est sanguis et corpus
Jhesu Christi ut dicit. i Corinthios xi. Reus corporis
domini quicumque est pollutus qui
indignus ad altare accedit etc.

Sanctitas multiplex est.
In innocentie. Ecclesiastici xxx. Con-
gregata corona in sancti-
tate eius. Item iusticie. Ecclesiastici xxxv.
Salus anime in sanctitate iusticie.
Luce primo: in sanctitate et iusticia coram
ipso. Item mentis. Ephesios v. Fructus
autem lucis est in omni bonitate
etc. Item iudicie. Ecclesiastici xlvii. Salo-
mon imperavit in diebus pacis
cui subiecit deus omnes hostes
ut conderet domum in nomine
eius et pararet sanctitatem in sem-
piternum. Item placacionis. Ecclesiastici l.
In ascensu altaris sancti gloriam
dedit sanctitatis amictum.
Item consecracionis. Ecclesiastici xxxvii.
Cum viro irreligioso tracta de
sanctitate. Item omnimode perfec-
tionis. Exodi xv. Quis similis tui
magnificus in sanctitate etc.

Sagitta multiplex est ut patet
in scriptura quia est sagitta
penalitatis gracie et predica-
cionis. Prima infligitur quatenus
ad remedium ut peccatum amo-
veatur. Psalmus: Quoniam sagitte tue
infixe sunt mihi et loquitur de
penalibus originale sequen-
tibus. Item ad humiliacionem
hominis ne extollatur in bono
et sic cadat in peccatum. Job vi. Sagit-
te domini mecum sunt quarum indig-
nacio ebibit spiritum meum, i. spiritum
elacionis. Item ad excitandum ut
amoveatur motus carnis. Job
xxxiiii. Absque ullo mendacio violenta est sagit-
ta mea. Item est sagitta gracie
que dicitur acuta quia pungit cor-
da et vulnerat ad contricionem. Psalmus:
sagitte tue acute populi. Item
recta que ad intencionis direccionem.
ii Regum i. Sagitta Ionathe numquam
abiit retrorsum. Item ad bone
consecracionis orisonem. Ysaias xlix.
posuit me quasi sagittam electam

Item est sagitta predicationis. Ier. l. per tres sagittas ego mittam contra eum et iaciam. Iste tres sagitte significant ea que debet facere predicator, scilicet comminari penas eternas, promissiones premiare perpetuas. Secundo quod hec sagitta debet debet dirigi contra superbiam vite. Ier. l. proiecit sagittam contra, scilicet superbia in superbie sublimitate, scilicet contra eum instat sublimius. Item contra mundi concupiscenciam. Ier. li. sagittas implete pharetras, suscitavit dominus spiritum regis medorum contra Babilonem, id est mundum. Medi enim interpretantur mensurati, et significant qui in vanitatem capiunt de rebus terrenis, et isti sunt qui suscitati contra mundum debent mittere sagittas predicationis ad destructionem peccati. Item contra carnis concupiscenciam. Iob xvi. sagittis per lumbos motu carnis infirmitate etc. Sequitur

Sagena multiplex est: carnalis delectationis. Eccl. vii. inveni mulierem amariorem morte, que laqueus venatorum est, sagena cor eius. Item avaricie et cupiditatis. Abacuk i. traxit illud in sagena sua. Item gulositatis. Abac. i. propter hoc expandit sagenam suam et immolabit sagene sue. Item dyabolice temptationis. Abacuk i. propter hoc expandit sagenam suam et semper interficere gentes non parcet. Item predicationis. Mt. xiii. simile est regnum celorum sagene misse in mare. Ezech. xii. expandam super eum rete meum et comprehendetur in sagena mea etc.

Sal secundum totam proprietatem salis salem reddit transfertilem. Sophon. ii. Moab ut Sodoma erit et filii Amon quasi Gomorra, siccitas spinarum et acervi salis et desertum usque in eternum

precipitium significat acediam. Item Gen. xix. respiciens retro uxor eius versa est in statuam salis. Item cibos condit. Levit. ii. quidquid obtuleris in sacrificio sale condies; significat discretionem. Iob vi. numquid potest comedi insulsum quod non est sale conditum. Item a putrefactione custodit; significat mortificationem carnis, que omnes putrefactiones libidinis expellit. iiii Reg. ii. de Heliseo qui sanavit aquas per appositionem salis, scilicet peccatorum. Ezech. xvi. non est lota in salutem nec sale salita. Item carnes siccat, et caritatem significat que carnalitates eiciat; unde apostolis dicitur in figura. Mt. v. vos estis sal terre. Item in sacrificio dei offertur in signum federis. Levit. ii. non auferes sal federis de sacrificio dei tui; significat pacem seu reconciliationem peccatoris ad deum. Marc. ix. habete in vobis sal et pacem habete inter vos. Item carnes ad sacrificandum habilitat. i Esdre vi. quod si necesse fuerit et vitulos et agnos et hedos in holocaustum deo celi, frumentum, sal, vinum etc.; significat graciam que ad verum holocaustum hominem preparat. Ezech. xliii. et mittent sacerdotes super eos sal et offerent in holocaustum domino. Item ponderat et fatuam conversationem impiam designat. Eccli. xxii. arenam et salem et massam ferri facilius est ferre quam hominem fatuum et imprudentem et impium.

Salvator. Circa hanc distinctionem nota quod dicitur ipse salvator et a quibus salvat, quibus modis et qualiter et per que salvi efficiuntur, et qualiter salus multiplicatur. Circa primum nota quod dicitur Act. iiii. non est aliud nomen sub celo etc. Unde Ihesus nomine eius salvare, unde et alie salus recepit. Ys. xlix. dedi te in salutem gentium. Secundo quod dicitur salvator quatuor. Primo quia

saluat ut Dan viii potest dominus cum
omnibus saluare. Item quia scit
ut patet Eccl ix ubi agitur de pau-
pere qui liberauit urbem per sapientiam
suam. Item quia vult j Thimo ij
qui vult omnes saluos fieri. Item quia
naturaliter saluat. Ysa xliii abs-
que me non est saluator. Secu-
ndum nota quod saluat a periculis et ini-
quitatibus. Mat xiv quicumque tange-
bant eum salui fiebant. Item
a procellis et tempestatibus. Mat viii
Domine salua nos perimus. Item ab
omni corruptione corporis et anime.
Phil iii saluatorem expectamus.
Tertio nota quod saluat multipli-
citer reducendo. j ad Thi j fidelis
sermo et omni acceptione dignus
quia venit etc. Ysa xlix dedi te
in lumine gentium etc. Ysa xxxiii
Dominus legifer noster dominus rex noster etc.
Item lapsos releuando. Job x
xx scio quod non ab consumptione me-
tis manum tuam sed est corrue-
ris ipse saluabis. Item ab in-
quinamentis lauando. Eze xxx-
vi ego ero vobis in deum et salua-
bo vos ex omnibus inquinamentis
vestris. Item in flagellis probando.
Tob xiii tu flagellas et saluas
etc. Item ab hostibus protegendo. Ps
saluasti enim nos de affligentibus
nos. Item a potestate demonum eripi-
endo. Apoc xii nunc facta est sa-
lus et post quia proiectus est accu-
sator fratrum nostrorum. Item in bono
finaliter consumando. Luc ix filius
hominis non venit animas perdere
sed saluare. Ysa xliii absque me
non est saluator. Item iustifi-
cando. Eccli xxx salus anime
in sanitate iustitie. Item glorifica-
do. Ysa lxiii qui mecum venit in-
nemet mea etc. Quarto nota
quod saluantur per fidem. Luc vii fi-
des tua te saluam fecit. Mar ult
xvi qui crediderit et baptizatus
fuerit saluus erit. Item per inno-
centiam. Job xxii saluabitur inno-
cens etc. Item per caritatem. Mat xx

mittet eis antichristum eo quod verita-
tem caritatis non receperunt ut
salui fierent. Item per carnis ma-
cerationem. Mat xvi qui voluerit
animam suam saluam facere sal-
uorum in numero crucis. Item per oratione
et contemplatione. Gen xxxii
vidi dominum facie ad faciem etc.
Item per doctrinam et bonam conuersatio-
nem. j Thi iv attende tibi et doctrine
etc. Item per perseuerantiam. Mat
x qui perseuerauerit etc.
Item per detestatione erroris. Pro-
verbiorum qui abscesserit ab ea saluus
erit et loquitur de mala muliere.
Item per custodiam voluntatis
que in dilectione diuine bonita-
tis. Prov iv custodiam restitor etc.
Item per simplicitatem intentio-
nis. Prov xxviii qui ambulat
simpliciter saluus erit. Item
per timorem sine reverentiam
diuine maiestatis. Act ij sa-
lus erit omnibus timentibus
nomen meum etc. Item per humilita-
tis officium. Ps humiles spiritu sal-
uabit. Item per contemptum
temporalitatis. Job v porro saluum
faciet egenum. Item per laudem
diuine largitatis. Ps cxviii sal-
uum me fac et saluus ero qui
salus mea tu es. Item per ordine
beneficiis confitendis. Ps ego
autem ad deum clamaui. Item
per veritatem confessionis. Ier
xxiii in diebus illis salua-
bitur Iuda. Item per effectum bone
operationis. Ps salus autem iustorum
a domino. Item per sustinentiam tri-
bulationis. Ier xxx tempus tribu-
lationis Iacob et ex ipso saluabitur
Dan xii saluabitur omnis qui
inuentus fuerit. Sexto ultimo
nota quod est salus liberationis. Ysa
xxx eritis erit vobis salus etc. Item
curationis. Iac v oratio fidei sal-
uabit infirmum. Item cognationis
sicut dicitur vulgaliter ille po-
nit res suas in salua manu
in sacerdotes rogabat deus etc.

Sanacio. Ita sanacione no[n]
q[uo]d sana d[eu]s q[uia] ab infirmita
te. p[s]. qui sanat contritos
corde. Item a culpa. p[s]. sana
animam meam quia peccaui
tibi &c. Item ab ignorancia
Sap. xvi. no[n] herba nec mala
gmosa e &c. Item a co[n]turba
cione. p[s]. sana q[uia] co[n]turba s[un]t
&c. Item a reliquiis peccator[um] ys[aie]
xxx. erit lux lune sicut lux
sol[is] solis z lux solis erit semp[er]
tepliciter sicut lux vii dierum
in qua alligauerit d[omi]n[u]s vulnus
p[o]p[u]li sui z p[er]cussuram plage eius
sanauerit. Item no[n] q[uo]d sanat d[omi]n[u]s
equaliter. p[s]. qui sanat omnes
infirmitates tuas. Item suauiter
ut patet in samaritano.
Item potenter. Iere. xvii. sana me
d[omi]ne z sanabor. Item leniter
quia solo verbo. p[s]. misit verbum
suum z liquefaciet &c. Sequitur.

Sanguis multiplex est
quo generamur Sap. i.
qui no[n] ex sanguinibus
&c. z hic est sanguis nature Sap.
vii. in ventre matris mee
figuratus sum caro decem
mensium tempore coagulatus in
sanguine &c. Item e[st] sanguis
quo inficimur ys[aie] ix vesti
mentu[m] mixtu[m] sanguine erit
in combustionem z hic e[st] culpe
ys[aie] i. manus vestre plene su[n]t
sanguine. Ose. iiii. sanguis sang[uinem]
tetigit. Item quo cor
rumpimur z hic e[st] ~~corruptibi~~
le corruptele. i. ad Cor. xv. ca
ro z sanguis regnum dei possi
debunt. Item quo decipimur z h[ic]
est humane sapie[n]tie. Mt. xvi. caro
z sanguis no[n] reuelabit
tibi. Item quo obsequimur z
hic e[st] pure de quo Aug. lacrime
quidem penitencium quidam
sanguis est anime. Item quo
redimimur z hic e[st] sanguis x[rist]i
i. pe[tri] i. no[n] corruptibilibus auro
uel argento &c. z iste sanguis
est contra sanguine[m] pecc[at]i de quo
dicit. p[s]. libera me de sanguinibus
deus &c. Et no[n] hic septiformis
inquinacio designata p[er] sang[ui]
nem cont[ra] quam legitur sanguis
x[rist]i effusus septies. Et co[n]tra
multiplicem effusionem sang[ui]
nis x[rist]i. Et primum no[n] q[uo]d prima
inquinacio est culpe origina
lis Io[b] i. q[ui] no[n] ex sanguinibus &c.
Item culpe actualis venialis
Ephe. vi. no[n] est nobis colluctatio
aduersus sanguinem z carnem.
Item omissionis leuit. xv.
mulier si suscepto semine z p[ar]
manebit in sanguine purifica
cionis sue. Item erroris Mt. xvi.
caro z sanguis no[n] reuelauit. Item
commissionis maioris. p[s]. veloces
pedes eorum ad effundendum sang[uinem].
Item incogitancie Gal. i. co[n]ti
nue no[n] acquieui carni z sangui[ni].
Item infectionis ys[aie] i. manus vestre
plene sunt sanguine. Sed co[n]tra
legimus x[rist]um septies sanguinem
effudisse primo in circumcisione Luce
ii. z hic contra originale culpa[m].
Sedo in oracione Luc. xxii. factus
est sudor eius sicut gutte san
guinis z hoc ad emundacionem veni
alis peccati. Item in flagellacione
Mt. xxvii. z hoc ad ablucionem
commissionis maioris. Item in co
ronacione ibidem z hoc contra
culpam erroris que ex cogitacionibus
inpura p[ro]ueniente Am. z i. ad
dit in dicitur delectatus z quit
cauit iatus consiadt. Item in
manuum p[er]foracione ibidem
z hoc q[uo]d ad emundacione culpe
mortalis inope. Item in pedum
confixione ibidem z hoc quo ad
ablucione commissionis. Item
in lateris apercione Io. xix. z hoc
quo ad delendam culpam dele
cionis incogitancie. His dictis
attendamus efficaciam sanguinis
x[rist]i in nobis. Et co[n]tra igitur q[uia]
primo laua ab originali cul
pa apoc. i. lauit nos a pctis &c.

Item purificat nos a reatu dam
pnacionis eterne Levit xvij anima
omnis carnis in sanguine
est et ideo dicit i Cor xv sicut in
adam omnes moriuntur etc Hec dicitur
fuit figura baptismi quia habet
a sanguine xpi melius loquentem
quam abel quia ille ad clamat
iusticiam et ideo caym fratricida de
speravit iste non misericordiam Ps que
utilitas in sanguine meo etc
Item clamat iusticiam contra
persequentes Job xvj terra ne operi
as sanguinem meum neque inve
niat in te locum latendi cla
mor meus Item quarto iustifi
cat Ro v multo magis iusti
ficati nunc in sanguine ipsius
salui erimus ab ira per ipsum Quinto
reconciliat deo Col i omnia pa
cificans per sanguinem crucis eius
Sexto defendat et hoc a periculi
malo pene culpe et temptacio
nis quod figuratur Exo xij in libe
racione ab exterminatore angelo
ubi dicitur quod sumant agnum
immaculatum et immolabunt
eum et ponent super utrumque
postem in superliminari ut cum
eius exterminator videat sangui
nem illum et non noceat Ostis
superliminare est superior pars domus
utrumque postibus intellectus et affectus
quos debent intingi in sangui
ne agni immaculati i ihesu
xpi et sic liberabitur ipsa anima ab
omni malo Septimo animat
ad opus bonum Heb xij recogita
te eum qui talem sustinuit etc
et hoc figuratum est i Mach vj ubi
dicitur ostenderunt elephantis sangui
nem uve et mori Octavo de
lectat affectum in amore Job xx
xix pulli aquile lambunt
sanguinem lambere delectacionis
est Nono satiat desi
derium et ideo dicit veritas Joh
vj caro mea vere est cibus sangui
nis meus vere est potus etc pro
calix meus inebrians etc Deci

mo confirmat perseveranciam
Heb ix ubi dicit testamentum
in mortuis confirmatur in san
guine et sine sanguine non est de
dicatum Undecimo testificatur
quo ad futuram gloriam i Jo v tres
tres sunt qui testimonium
dant in terra spiritus i puritas
consciencie aqua compunccionis
et sanguis i memoria dominice
passionis Duodecimo rede
mpcio i non corruptibilibus auro
et argento et hoc absolucio rea
tus Tredecimo edificat aca
rengia visionis dei Zach
ix tu quoque in sanguine testamenti
etc Quartodecimo inducit ad gloriam
Heb ix per proprium sanguinem intro
ivit etc Et in apoc dicitur vestitus
erat veste aspersa sanguine et ex
ercitus celi sequebantur eum ex
introducto Quintodecimo induc
tos glorificat Cant v dilectus me
us candidus etc scilicet quo ad dei
tate Sap vij candor lucis
eterne sed rubicundus quo ad
humanitatem passam secundum
quod sub admiracione passionis
eius dicitur Ys lxiij quare
rubrum est vestimentum tuum
In hiis enim duobus glorificabitur
ipsa sancta anima scilicet in con
templacione deitatis et assumpte
passe humanitatis ut dicit dominus 27

Sapere scilicet zota quod duplex est
sapere terrenum et celeste Primum
triplex carnalis lasci
vie superbie et avaricie De primo
Ro viij qui secundum carnem sunt
que carnis sunt sapiunt De secundo
Ro xij non plus sapere quam oportet
sapere De tercio Phil iij quorum deus
venter est et gloria in confusio
ne ipsorum qui terrena sapiunt Primum
destruitur per spiritus gustacionem
quia gustato spiritu desipit omnis
caro Secundum per humilitatem Ro xij
non alta sapientes sed humilibus
consencientes Tercium per celestium
rememoracionem quia si quidem

et hoc dominus videns etiam ma
sionem sibi accelerari per mor
tem repulit ab eo hortacione
petrum dicens Mat. xvi vade re
tro sathanas non enim sapis que
dei sunt. Et ait ibi idem Item est
triplex sapere celeste. Primum
est providencie secundum caritatis
intime tantum ordinis devote et
deprimo Deut. xxxii utinam sape
rent et intelligerent etc. Secundo
Ro. xv deus paciencie et sola
cij det vobis id sapere. Tercio dul
non sapit legere non libet orare
psallere non delectat. Primum
illuminat ad cognoscendum ps. gus
tate et videte etc. Secundum ordinat
ad presenciendum Sap. i sentite
de domino in bonitate etc. Tercium ele
vat ad affectionem diligendum. Et propter
hoc dicitur Coll. iii que sursum
sunt sapite etc. Sequitur

Sapiencia dicta sapiam non qua
libet sumitur et que facit
Item dicta primum non quod sapie
quibus large sumitur quia sapida
sapiencia vel sciencia secundum illud Eccl.
vi sapiencia doctrine secundum nomen
eius sapidam sciam habet
cum sapiunt res prout sunt Bernardus
invenisti plane sapiam si pri
oris vite defleas iniquitatem peccata
sed huius seculi desideria par
pendas si etiam beatitudinem
toto desiderio concupiscas in
venisti sapiam si tibi horum
singula sapiunt prout sunt.
Item sancte procogitacione Augustinus
in libro de trinitate hec est iniquit
sapie et sciencie recta destinacio ut
ad sapiam eternarum rerum cogitacio
intellectualis ad sciam vero rerum
temporalium cognicio. Item sciencia
ius sumitur pro cognicione sua
vitatis divine per experienciam
habita Ysidorus in libro de dicitur
sapia non tamen capimus supe
riora sed etiam incognitis de
lectamur. Tercio dicta secundum non quod sapia
a carnalitate eruit Sap. v. di

introierit sapia cor tuum et postea
ceruciis annuere aliena. Item
aliena aviditate arguitur Proverbiorum
i sapia foris predicat etc. Item pru
denciam imprimit Prov. vi vade ad
formicam o piger etc. Item correccio
nem tenuit Prov. xxix virga atque
correccio tribuit sapiam. Et propter
hoc dicitur Prov. xviii aqua profunda ver
ba ex ore viri et torrens redun
dans fons sapie. Item edificat
Prov. xxiv sapia edificabitur domus.
Item beatificat Prov. iii beatus qui
invenit sapiam et qui affluit
prudencia. Item omnia ordinat
Sap. viii et disponit omnia suaviter

Saturitas multiplex est cul
pe pene et culpe multiplex
est quia est saturitas
que inducit superbiam Osee xiii
saturati levaverunt cor suum etc.
Item est saturitas que adducit
ad curiositatem Eccl. v saturitas divi
cie non sinit eum dormire. Item
saturitas que evacuat per omni
fama Job xix quare persequimini
me sicut deus et carnibus meis
saturamini peccatores enim et si cor
pore ieiunant mente tamen sunt
carnium comestores. Et propter hoc dicitur
Prov. xxiii noli esse in conviviis
etc. Item est saturitas pene et hec
multiplex quia pene innate
Job x et si iustus fuero non le
vabo caput saturatus afflictio
ne et miseria. Item pene illa
te temporalis Tren. iii dabit percu
cienti se maxillam et saturabitur
obprobriis. Item pene eter
ne Ps. xvi comedent me sicut sim
que filiis saturata etc. Sequitur

Secretum multiplex est quia
est secretum consciencie Prov.
xxv causam tuam tracta
cum amico tuo et secretum tuum
extraneo non reveles. Item consciencie
Prov. xx livor vulneris absterget ma
la et plage in secrecioribus ventris
ventrem vocat consciam. Item
divine sapiencie Job xi ut ostendat

deus loquetur tecum et aperiet
labia sua tibi ut ostendat tibi se-
creta sapientie tue / Item consili-
arius Iudith v Vadam ad faci-
em principis holofernis ut indicet
ei secreta hebreorum / Item in ma-
licie prov detrahentem secreto
proximo suo hunc persequebar

Securitas Nota quod securitas
habetur in spe / Item in re et
hoc ab omnibus / Item a malis
in presumpcione in spe habetur per
iusta presumpcione gratie Sap vii
spiritus intelligencie securus et post
securus habens omnem virtutem
/ Item per serenitate consciencie
prov xv secura mens quasi iuge
convivium / Item per declinacione
Iob xi Si iniquitatem que est in
manu tua et post habebis fidu-
ciam proposita tibi spe et defen-
sus securus dormies / Item per opera-
cionem bonam ii paralip xx au-
dite me iuda et omnes habitato-
res ierusalem credite in domino deo
et securi eritis / Item per cautelam
temptacionis Sap vi qui vigi-
laverit propter illam securus erit
/ Item per protectione divina
ysa iiii super omnem gloriam pro-
tectio et tabernaculum et abscon-
sione a turbine et a pluvia / Item
per societatem humanam Iu-
dic vii Si autem solus ire for-
midas descendat tecum phara
puer tuus et postquam securior ad hos-
tium castra descendens / Item ha-
betur securitas in re et hoc ab ac-
tibus bonis Ezech xxxiiii habita-
bunt in ea secure / Item ab omnibus
contemplantibus Zach xiiii a-
nathema non erit amplius
sed ierusalem sedebit secura / Item a
bonis prelatis ys xxxii erit
opus iusticie pax et cultus ius-
ticie silencium et securitas usque
in sempiternum / Item est securitas
que habetur in presumpcione a ma-
lis Iob xxi quare ergo impii
vivunt et pax et domus eorum secure

sunt et pacate Iudicum xviii
transivimus absconditos / Item in deli-
ciis iii Esdre iii vinum sui ac
liberi pauperis ac divitis et
omnem mentem convertit in
securitatem et iocunditatem
/ Item in honoribus Ezech xxx-
viii ascendam ad terram abs-
que muro et veniam ad quiescen-
tes habitantesque secure / Item
in peccatis i Thess v cum dixerint
pax et securitas tunc repente etc.

Seductio Nota quod homo quandoque
seducatur presumpcione quandoque
palam / Presumpcio duplicatur
quia quo ad deum et hoc dicitur alii
presumpcione et hoc explicatur quia
presumpcione inmunitas culpe
i Ioh i Si dixerimus quia peccatum
non habemus ipsi nos seducimus / Item
racionis iusticie Gal vi si quis se
existimat etc / Item per actiones iustic
Iaco i Si quis existimat etc /
Item seducitur homo aliquando per
propriam fragilitatem et hoc explicatur
per concupiscentiam Rom vii peccatum ac-
occasione accepta per mandatum
seduxit me / Item per ignoran-
ciam Eccli xiii attende ne se-
ductus in stulticia humili-
eris / Item per vanitatem spe in-
firmitatis vel impotencie
Ezech i ego et dominus prius etc / Item
sed seducitur homo palam tri-
pliciter per proprium affectum per audiencium
pravisum // Per proprium affectum expli-
catur per errorem ii Tim iii seducentes
ab aliena et in te in errantes
et in errorem alios etc / Item per
voluptatem Osee iiii seducet suos
ineos fornicari / Num xxv
de filiis israel a madianitis
Item per prosperitatem Apoc xx ex-
ibit satanas et seducet gentes
/ Item seducitur homo per audi-
cum explicatur per adulacionem ys ix
erunt qui beatificant / preplu-
rimum seducentes / Rom xvi per dul-
ces sermones per dulces etc / Item per fal-
sam doctrinam Mt xxiiii multos seducunt

ph'm etc. Item primum firmamentum ad
Corinth. xv nolite seduci etc. Item
seducitur homo primum trina
pliciter primo per illusionem
magorum actuum xiii erat de pa
tre clementis erat quidem
Symon magus. Item per admi
racione signorum Apoc. xiii fecit
signa magna etc. Item per ma
lum exemplum exemplum
prelatorum Ier. l pastores seduxe
runt. ph'm etc. primum pertinet
ad astuciam secundum ad poten
ciam tertium ad malam vitam
vel dic quod seducitur quis tri
pliciter propria presumpcione Iaco.
i estote factores ubi et non audi
tores tantum fallentes vosmet
ipsos. Item humana persuasio
ne Ro. xvi per dulces sermones
et benedictiones seducunt corda
innocencium. Item tempta
cione i ad Thy. ii Adam non est se
ductus sed Eva presumpcione
seducitur quis multipliciter quia
quidam presumpcione potencie
Oze vii Effraym quasi columba
seducta non habens cor egiptum
invocabant. Item sciencie i ad
Cor. iii templum dei sanctum est
quod estis nemo vos seducat sed
si quis inter vos. Item iusticie et
hoc tripliciter quia quidam presump
cione innocencie i Iohannis i si di
xerimus etc. Item iusticie Gal.
vi si quis se existimat etc. Item
perfectionis Iaco. i si quis putat
se religiosum esse etc. Item sedu
citur quis humana persuasi
one et hoc multipliciter quia
quidam verbo prave doctrine Mat.
xxiiii multi venient in nomine
meo dicentes ego sum Christus
et multos seducent. Item de
tractionibus i Cor. xv nemo vos
seducat corrumpunt etc. etc.
etc. Item adulacionibus Ysa. iii qui te
runt qui beatificant etc. Item
seducuntur quidam temptacio
ne multipliciter quia quidam a

dyabolo suggerente ii quia ii ad
Thess. ii cuius adventus est secundum
operacionem sathane in omni seduc
tione iniquitatis. Item quidam
a carne suggerente mollia Prov.
v quare seduceris fili mi ab a
liena. Item quidam a mundo sug
gerente vana Eccl. ii ego et domus
patris mei seducti sumus vanitate etc.

Sede fracta quod sedent boni et
sedent mali. Boni autem
sedent et hoc secundum triplicem
statum penitencium doctorum et con
templativorum. Penitentes sedent
ad terciam ad humiliandum ad docendum
ad illuminandum de primo Ione iii de
surrexit rex de solio suo et sedit
in cinere. De secundo Iob ii qui exclama
uerunt et sederunt cum eo etc. De
tercio Luc. xviii cecus sedebat etc.
Item sedent doctores etc. et hoc
ad terciam ad docendum ad decernendum
ad contemplendum. De primo Luc.
v a navi sedebat docens etc. De
secundo Mat. xix cum autem venerit filius
hominis etc. et per tunc sedebit. De
tercio Ioel iii et consurgant etc.
quia ibi sedebo ut iudicem etc.
Item sedent contemplativi et
hoc ad triplicia ad requiescendum
ad protegendum ad fruendum sine
delectandum. De primo Gen. xviii in ardore
autem fatigatus ostium sedebat
etc. De secundo Cant. ii sub umbra
illius quem desideraveram sedi etc. De ter
cio Prov. xxiii si supra mensa sede
bam etc. Item sedent mali et hoc
secundum triplicem quia malorum avarorum
carnalium et superborum. Avari autem
dicuntur sedere et hoc ad terciam ad spolian
dum ad iniuste acquirendum ad
illicite retinendum. De primo Ps.
sedet in insidiis cum divitibus in
occultis. De secundo Mat. x c. et cum pertrans
iret vidit Levi sedentem in theo
lonio mihi lucris pertinaciter
inhiantem. De tercio Ioel ... qui
abierunt et sederunt pregnantes
mechanaa thanaa in perpetuum
comitatus uel comitacio per que

designatur divicie que commutant
hominem faciendo de pio impium et
de homine iusto iniustum. Item car-
nales sedent ad ea ad delectandum
in cibo ad descendendum in potu sed
ad murmurandum in utroque
defectu. De primo Exo xxxii b sedit
populus manducare et bibere etc. De
secundo Hest i b de rege assuero
qui sedit in solio regni sui et fe-
cit grande convivium et post dicitur
quod vinum bibit etc. unde ibi dicitur
quod post vinum a poculis etc. Tercio
Exo xvi a quod murmuravit filii
israel contra moysen et aaron in
solitudine dicentes utinam mor-
tui essemus et post quando sedebamus
super ollas carnium etc. Item super bi-
cinium sede et hoc in triplici loco
eminenciori quo ad sciam potentiam
ciam et bonitatem et de hiis tribus
locis insimul Ysa xiiii ubi dicitur
conscendam super astra celi sedebo
in monte testamenti etc. per hoc quod
dicit conscendam in celum designatur
locus eminens quo ad potenciam
dum per hoc quod dicit super astra celi
designatur locus alius supereminens
et hoc quo ad sciam astra enim
celi dicuntur fulgentes dei cognicione
solum ergo super astra sunt eminencia
cia cognoscentes. Item per hoc nomen quod
dicit sedebo etc. designatur alius
locus supereminens et hoc quo ad
bonitatem templum enim in monte
erat locus eminens in bonitate etc.

Semen duplex est allegori-
cum et morale. Allegoricum
triplex xpistus Gal iii quod est
xpistus etc. Item apostoli Ysa i nisi xpi-
stus semen cui benedixit dominus. Item
omnis gentium in fide Ysa xliii ab
oriente adducam semen tuum.
Item est semen morale et hoc
duplex malum et bonum. Malum
in triplex carnalitatis Dan xiii
semen chanaan et non iuda etc. Item
cupiditatis Iob iiii vidi eos qui
operantur iniquitatem et seminant
dolores. Item detractionis Prov vi

Sex sunt que odit dominus etc. Item
vanitatis Osee viii seminaverunt
ventum et turbidinem metent.
Item est semen bonum triplex doctrine
gracie et operis doctrine triplex quia
doctrine Luc viii exiit qui semi-
nat semen etc. Item doctrina apos-
tolorum Ysa i nisi reliquisset
nobis dominus semen etc. Item doct-
rine predicatorum Ysa xxvii implebunt
faciem orbis semine. Item est
semen gracie et hoc triplex timoris
quo ad incipientes Eccl x semen
hoc honorabitur quod timet deum.
Item inde quo ad proficientes
Mal ii cor. ix qui seminat in bene-
dictionibus etc. Item pacis quo ad
perfectos Zach viii semen pacis
erit etc. Item est semen inspe-
ctionis Prov xi semen iustorum sal-
vabitur et hoc triplex prime
Hest' iii de semine iudeorum
est non poteris ante faciem eius
subsistere. Item iusticie Prov
xi seminanti iusticia etc. Item
perseverancie i Ioh iii semen dei
in eo manet etc. Ysa liii semen
dei eius longevum. Item est semen
in diversis triplex nature Gedeo-
na cui fundebat semen in terra.
Item pergemeni de qua Eccl xli cum
semine impiorum assiduitas ob-
probriorum. Item agriculture Osee
viii iii non date vobis nova alia
et nolite etc. Soph seminantes

Sentite in vita Miq x etc.
Nos apostolus ad senciendum
ea que sunt in xpisto ihesu
cum dicit ad phil ii hoc sentite
etc. et hoc triplici de causa primo ut
spirituales nos ostendamus quia ta-
lium est spiritualiter sentire Ro viii
qui secundum spiritum sunt que sunt
spiritus senciunt. Secundo ut trac-
tabiles et affabiles erga
xpistum appareamus et ideo dicitur
Sap i sentite de domino in bonitate
et simplicitate cordis quia ille
illum bonitas dicit affectionem que-
re tractabilitate. Tercio ut tamen

vera membra a suo capite videlicet ihesu
christo vitam gracie recipientes et
motum proficientes et stabili
tatem perficientes recipiamus
¶ A capite enim influit sensus
in membra et ideo dicit apostolus quod
in eo vivimus movemur et sumus et
secundum hoc dicitur philippenses ii hoc senti
te [illegible] sensus olfactus tactus visus
auditus ¶ debemus ergo sentire
ea que sunt in christo ihesu sensus
olfactus quemadmodum ysaac pre
videns in spiritu christum nasciturum
de lumbis suis et presenciens fla
grancia conversacionis eius dixit Genesis
xxvii ecce odor filii mei etc. et vere
sentire debemus flagranciam
conversacionis christi cuius quia nulla
feditatis corrupcio corrumpit
unde et ipse dicit Ecclesiastici xxiiii qua
si balsamum non mixtum odor
meus hanc igitur flagranciam
sentire debemus triplici de cau
sa ut germinemus tamquam arbores
~~ad ardorem~~ ad odorem aque decur
rentis secundo ut recreamur tam
quam infirmi ad odorem floris
redolentis tercio ut curramus tam
quam canes venatici ad sensum
bestie precedentis primum fit per in
choacionem boni secundum per conti
nuacionem ad bonum tercium per fervorem ¶ de
primo Job xiiii truncus illius
ad odorem aque germinabit etc.
aqua est conversacio christi decur
rens per totum mundum ad odo
rem cuius illi qui fuerunt trun
ci per sterilitatem bonorum operum ger
minant germen bonarum accionum
¶ de secundo dicit ipse Canticorum i nardus
mea id est conversacio ~~flagrancia~~ flagran
tissima dedit odorem suavi
tatis vere odor nardi recreat
et confortat sic et conversacio christi
debiles et infirmos ad perfectum bo
norum operum excitat hunc odo
rem senserat Joh Ewangelista qui
dicebat odor tuus concupiscencias
in me generavit eternas ¶ de tercio
Canticorum i curremus scilicet tamquam canes
venatici in odorem unguentorum
tuorum et per amorem et quod sit verum pa
tet per hoc quod subditur ideo adoles
centule dilexerunt te nimis
¶ Sed pro dolor tria impediunt sen
tire ea que sunt in christo ihesu ob
structio reumaticis fetor et mors
¶ reumatici sunt curiosi qui ita
obturati sunt in mundicia tempora
lium quod sentire non possunt flagranciam
christi immo tamquam buffones ad
odorem vinee fugiunt Ecclesiastici xx
iiii ego quasi vitis fructificavi vitis
christus fructificacio est odoris fla
grancia conversacionis eius quam fugi
unt buffones et omnia venena
ta per que designantur venenosi
¶ fetidissimi luxuriosi iuxta illud
Johelis i etc. computruerunt iu
menta etc. ¶ mortui sunt superbi
qui eciam non possunt sentire fla
granciam huius arboris [illegible] odore
ihesu qui non sentit odorem tum
aut fetidus aut mortuus est
¶ Item debemus sentire sensu
gustus id est dulcedinem que in christo
ihesu quemadmodum iudei inveni
entes manna in deserto et senci
entes inestimabilem dulcedi
nem eius dixerunt quasi admi
rantes manhu quod interpretatur
quid hoc est cui quoniam [illegible] dominus
in cena dicens hoc est corpus
meum id est hic manna est figu
ratum corporis mei hanc eius sen
tire debemus sensu gustus tri
plici racione primo ut membra nostra
deformata et defficiencia robo
remus tamquam famelici secundo
ut appetitum recuperemus tam
quam fastiditi ¶ tercio ut cibos commu
nes et veteres refutemus tamquam
regum delicati // de primo Regum xiiii
ubi dicitur quod ionathas exten
dit virgam suam in favum mellis
et convertit ad os suum et gustavit et
illuminati sunt oculi eius ¶ Iona
thas est christus cuius virga est
cognicio favus eciam est dulce
do christi cuius gustus est delectacio in

meditando et hic illuminat oculos
spirituales ad cognoscendum propositum de
fensus desiderio. Cant. 2 sub umbra il-
lius quem desideraveram sedi et fruc-
tus eius. Item desiderantibus est
proximus cuius fructus est gustacio
dulcis qui reddit appetitum celes-
tia saporandi et ideo dicit sponsa in
canticis fructus eius dulcis gut-
turi meo. Item debemus senti-
re spiritualiter gustus ut cibos communes
et veteres respuentes tamquam
delicati. delicati sunt celestia pre-
gustantes cibi communes et vete-
res peccata et carnalitates que gusta-
tis spiritualibus debent despici quia
dicitur gustato spiritu desipit omnis
caro. Sed pro dolor quia et hunc sen-
sum ea impedit sacietas quo
ad gulam. Prov. 27 pallato non sano
etiam dulcia sunt amara a-
maritudo cibi quo ad ingestum ut
patet 4 Reg. 4 de colloquintidis
positis ad condimentum ad quod filii prophetarum
exclamaverunt filii prophetarum mors
in olla vir dei. Item debemus
sentire spiritualiter tactus quem ad modum
sponsa Cant. 5 dilectus meus misit
manum suam etc. Et ideo debemus
sentire vel tangere vestimentum
Christi et fimbriam et ipsum dominum vesti(mentum)
ut salvemur fimbriam ut a flu-
xu sanguinis sanemur ipsum dominum
ut roboremur. que omnia nota
in emoroissa et hoc secundum diver-
sos evangelistas emoroissa pa-
ciens fluxum sanguinis est anima
peccatrix. vestimentum eius humili-
tas que velat deitatem. unde
et in Apoc. 19 dicitur quod erat vesti-
tus erat veste aspersa sanguine vo-
cabatur verbum. hoc tangit qui
fuit in incarnacione credunt ut
dicunt glose et tunc salvatur
impurificatur quod debet fidei Act.
15 fide purificans corda eorum de
hoc Mat. 9 Si tetigero vestimen-
ta eius salvus ero. fimbriam
que est ultima pars vestimenti
est passio Christi que fuit ultimus

actus humanitatis sue quam tan-
git anima peccatrix per frequentem recor-
dacionem et tunc sanatur a plaga
cuiuslibet temptacionis de tac-
tu fimbrie Luc. 8 et tetigit
fimbriam etc. de sanacione Mat. 5
ubi dicitur quod sensit corpore quod sa-
nata erat a plaga et recte quia
per memoriam passionis Christi
sanantur et sanctificantur ab omni in-
mundicia temptacionum. Levit.
6 quicumque tetigit sanguinem hostie
sanctificabitur. Item tetigit
dominum quod fit per caritatem quia
tactus est duorum immediata
coniunctio ut dicit philosophus et ipsa
caritas immediate coniungitur
deo. Cor. 6 qui adheret deo etc.
et tunc roborata est quia dicit
Ambrosius nichil fortius
anima habente caritatem et de hoc
Luc. 8 dicit aliquis tetigit
me nam ego sensi et cognovi
virtutem de me exisse. patet
ergo quod debemus sentire sensu
tactus ea que sunt in corpore Christi
quia vestimentum per fidem in-
carnacionis ut a peccatis purifi-
cemur, fimbriam per memoriam
passionis ut a temptacionibus li-
beremur, ipsum dominum per caritatem
ut in tribulacionibus roboremur.
Sed pro dolor quia et hunc sensum
ea impedit consopicio sensuum
ut patet in ebrioso et furioso
quod restum moraliter ad ignoranci-
am quod significavit Petrus di-
cens Vade Sathanas non sapis
ea que dei sunt. et in designacione
huius Prov. 23 de ebrioso et
furioso verberaverunt me et non dolui
traxerunt me et non sensi. Secundum
impedimentum est invidie ligacio
ut dicit quedam glosa et hoc quo
ad invidiam que non solum ligat
animos immo etiam putrefacit ossa
unde Prov. 14 dicitur putredo ossium
est invidia et propter hoc forte dicitur
Job 5 parvulum occidit invidia.
Item est inclusio metuentium

in paralitico et hec glosa ait [illegible] et hoc
pertinet ad obstinacionem que non solum
includit omnem motum immoderate
humilitatem ad motum boni et sicut recte
paraliticus non potest curari nisi per miracu-
lum sic et de peccato obstinacionis di-
citur i Jo. v est peccatum ad mortem pro eo non
dico ut roget quis. Item debe[n]t
sentire sensum visus Christi Jhesu
in primo ut ei compaciamur Treni i at-
tendite et videte. Secundo ut gracie
deo habeamus Treni iii recordare
paupertatis etc. et vidit deus me-
moria memor ero. Tercio ut ad
tamen passionibus veloci curra-
mus Hebr. xii deponentes omne pondus
etc. Impedimenta huius sensus
sunt cecitas excepte videntis que
refertur ad fidelitatem Cor. ii deus
huius seculi excecavit mentes
infidelium. Secundum est defectus
luminis excepte ac acris et refertur
ad defectum gracie quia multi sunt
non solum lumen gracie non sena-
nit sensum visus sed eciam non
cognoscunt nisi postquam defe-
cerit similes helij qui non po-
poterat videre lucernam nisi quo-
usque extinguetur. Tercium est ab-
sencia abiectum Christi et refertur ad
elongacionem ipsius Christi que sequi-
tur ad predicta unum et ipse dicit p-
s. cii sicut elongatur celum a terra ita
et [illegible] in manibus nostris etc. Item debe-
mus sentire que sunt in Christo
Jhesu sensum auditus quia dicit ap-
ostolus hodie si vocem eius audieritis etc.
vere hodie dedit voci sue in Christo
vocem virtutis quia septem verba pro-
tulit que sunt septem mira-
cula et supernatura facta sunt.
Protulit enim verbum humilitatis
benignitatis largitatis cari-
tatis commendate castitatis in-
digencie corporalis virtuose con-
summacionis. Et hec facta sunt
septem miracula que sunt ab-
scuracio solis petrarum scissio in-
ferni spoliacio veli scissio mor-
tuorum corporum resurreccio monu-

mentorum apercio terremotus. Primum
igitur fuit humilitatis cum dixit
heli heli lamazabathani hoc
est deus meus ut quid dereliquisti
me. Ecce verbum humilitatis quia
licet esset rex regum dominus dominancium
tamen se derelictum dicit. Hoc verbum
audiunt per quem designantur superbia
qui ad videndum solis radius ful-
goris sui lumine nolunt obedire
unde et dicitur Job xxxi si vidi
solem sicut splendentem fulgeret male
[illegible] actibat et vocat hic solem
superbum arrogantem tales debent
abstinere primam humilem au-
dito verbo humilitatis Christi ut dica-
tur illud Apoc. i deinde factus est
sol quasi saccus cilicinus et hoc est quod
promisit dominus Eze. xxxii et nube
solem tegam. Secundum fuit benig-
nitatis cum dixit ignosce pater
illis etc. Hoc audierunt petre
[illegible] que admodum petra
sunt offendicula aliorum scilicet scisse
sunt et [illegible] quia Prov. xv mollis
responsio frangit iram. Tercium
fuit largitatis cum dixit latroni
hodie mecum eris in paradiso hoc
audiunt infirmus et reddidit quos
tenebat [illegible] qui est insacia-
bilis ut dicitur Prov. xxx sanguisuge [illegible]
[illegible] quia [illegible] dicitur Eccl. xiiii insaci-
abilis oculus cupidi qui debet
iniuste retenta restituere audi-
ta largitate Christi quia dicit Au-
gustinus non dimittitur peccatum nisi resti-
tuatur ablatum. Quartum fuit
perfidem caritatis cum spiritum suum
in manus patris commendavit di-
cens in manus tuas commendo
spiritum meum etc. Hoc verbum au-
diunt velum et scissum est per medium
per velum designantur mundi qui ita
velant faciem suam ita ut non
possint videre eos quibus invident
in causa rei sicut dicitur Eze. xii
velabis faciem tuam et non vide-
bis hic velum scinditur cum homo
in mundus audita caritate Christi
ad deum convertitur. [illegible]

fuit homo ad deum auferet vela
men etc. Tercium fuit verbum commendacione
castitatis cum dixit mulier etc.
filius tuus hoc verbum audie
runt corpora mortua et resurrexe
runt corpora sunt luxuriosi eo quod
peccant in corporibus suis sunt mortui
dicente apostolo illud Thi. v vidua
vivens in deliciis mortua est tales
enim audita castitate vel commen
dacione castitatis debent resurgere
a peccatis carnis. Septimum fuit verbum
indigencie corporalis cum dixit sicio
hoc verbum audierunt monumen
ta sunt gulosi sive sepulchra. Ecc.
xxx bona abscondita in ore clau
so quasi appositiones epularum circumposite
sepulchro. Hinc est quod locus in quo
murmuraverunt filii Israel pro cibo
vocatus est sepulchra concupiscen
cie. Numeri xi. Vel hec audiri debent pro
fessione audita xpi indigencia
Ps. v qui sepulchro patet sunt omnes
fontes eius. Septimum fuit verbum
commendacionis spiritus vel amorose
consumacionis cum dixit consummatum
est etc. Tunc dixit centurio vere
filius dei erat iste. Hec audivit
terra et mota est petram que ponderosa
sa est significat accidiosi qui debet
moveri ad primam audita mor
te xpi. Ps. commovisti terram et contur ba
ti eam. Vel hec loci ea commocio pertinet
ad contricionem conturbacio ad confessio
nem multiplicacio locuplecionis
ad satisfaccionem. Sed istum sen
sum impedivit distancia quo ad
superbos. Sap. xvii longe abest a sup
bia et dolo. Sompnus quo ad pigros
Ecc. xxii qui cum dormiente loqui
tur qui narrat stulto sapienciam. Ob
turacio quo ad furiosos. Ps. sicut
aspidis surde et obturantis aures suas. Ac
cessus quo ad inobedientes. Prov. xxviii
obturat aurem suam ne audiat legem. De
bilitas auris quo ad timidos. Hebr.
v imbecilles estis ad audiendum
Strepitus sive tumultus quo ad
infideles. Videns ad excitacionem
puelle cum tibicines. Fluxus

super aurem quo ad carnales. Ecc.
xxx audivit luxuriosus et displi
cebit et post proiecit etc. De se

Separacio est bona et mala
Separacio mala multiplex
Una est separacio a deo et hec
fit per primam cogitacionem. Sap. i perverse
cogitaciones separant nos a deo
Item per culpam. Isa. lix peccata separant
Jeroboam Israel a deo et peccare fecit
peccatum magnum. Item per penam. Amos
vi qui separati estis in diem malum
Item est separacio bona. Hec per di
separacionem priorum amicorum etc. Et mul
triplex est separacio a deo fidelium
iii Regum viii tu enim separasti filios
Israel in hereditatem de universis po
pulis terre et hec est ad sanctitatem
Levit. xx eritis sancti mihi quia
sanctus ego sum dominus et separavi vos
a ceteris populis ut essetis mei. Item
est separacio ad maiorem imitacionem
Ecc. xxxiii in multitudine disci
pline domini separavit eos et hoc fit
per persecucionem et passionem. Luc. vi
beati eritis cum vos oderint ho
mines. Item ad remuneracionem
Mat. xxv congregabuntur ante eum
omnes gentes et separabit eos ab
invicem. Vel dic quod est separacio
que fit per conspiracionem. Ysa. lvi se
paratus est omnino ab amicis. Item
per detraccionem. Prov. xvii qui altero
sermones repetit separat. Item
per culpam sive maliciam. Luc.
quod deus coniunxit homo non separet
Item est separacio que fit per cautelam
lem. Ecc. vi ab amicis tuis separare
Item per prudenciam. Dan. xiii separate
eos ab invicem procul et diiudica
bo eos. Item per zelum et iusticiam
Mat. x veni separare hominem adver
sus patrem. Item per vite sanctitatem
Ecc. xlvii post hec surrexit Nathan
Item per religionis professionem. Num.
vi separacionis sue novacula non
ascendet super caput eius. Item
per officii iniunctionem. I Paralip. xxiii
in separatus est Aaron ut offerret etc.
Item est separacio ad oblacionem. Num. viii

omnia que offertis expedientibus r(espondens) do
maria dixit separabitis optima r(eliqua)
eciam cuncta erunt/ Item ad or
natum r decorem Exo xxv cone
vas aureum in domaria domini se
patum est/ Sequitur r(eliqua)

Sepulchrum secunda quod duplex
est sepulchrum bonum ex cuius
inventione sequitur gaudium
r leticia/ r sepulchrum malum in quo
sequitur tristicia r pena/ istud du
plex sepulchrum sive duplicem
sepulturam distinguit luc xvi ubi
agitur de lazaro sepulto in sinu abra
he r de divite sepulto in inferno/ Sed
igitur primum sepulchrum scilicet bonorum quod
triplex primum est imitacio passio
nis dominice/ Secundum est imitacio
vite sanctorum/ tertium est studium contem
placionis/ quartum est silencium de pec
catis aliorum quantum ad vitam bonorum
sive regnum celorum/ primum igitur
est imitacio dominice passionis de
quo Ro vi consepulti sumus cum
illo per baptismum in mortem/ Secundum
est vita sanctorum de quo Gen ultimo
Joseph mortuus est r conditus a
romatibus ex omni ponitur in locu
lo .i. in sepulchro Joseph virum
iustum designat qui conditur aroma
tibus virtutum r ponitur in loculis
bone vite in isto sepulcro sepul
tus est Jacob testimonio Joseph Gen
r dicente pater meus adiuravit
me dicens en morior in sepulchro
meo quod fodi mihi in terra chanaan
sepelies me// tertium est studium con
templacionis Gen xxiii sepel
livit abraham .i. talis appetitus
uxorem suam .i. racionem in spelunca
.i. in consideracione acius duplicis
deitatis r humanitatis/ quartum
est silencium de peccatis aliorum r forte
de isto dicitur in Thobia quod Thobias in
iustus sepeliebat mortuos .i.
peccatores in domo sua .i. conscien
tia/ Secundum est vita bonorum his xxxi gi
gentes deprecabuntur r erit sepul
chrum eius gloriosum in isto sepul
chro non potest manere superbia unde dicitur

de primo superbo Ysa xiiii tu autem proiectus
de sepulchro tuo quasi stirps inutilis
scilicet non penitentes illud non videntur
per doctrinam in cuius rei figura dicitur
Marci xvi venit scilicet per desiderium ma
ria magdalena r altera maria
que typum gerunt penitencium
videre per studium contemplacionis
sancte sepulchrum scilicet eglesie in hoc enim
sepulchro ubi penitentes r electi
dei sepelliuntur scilicet dominice passionis
sic spiritualiter sepultus fuit paulus
qui dicebat stigmata domini ihesu r(eliqua)
Gal vi talis etiam ipse beatus franciscus
cui dictum est Zach xiii que sunt
plage in medio manuum tuarum r dixit
eis his plagatus sum in domo
eorum qui diligunt me/ Secundo
sepulchro scilicet vite sanctorum sepultus
est Mathathias Machab ii ubi dicitur
quod Mathatia .i. virum iustum sepel
lierunt filii sui .i. bona opera in
sepulchro patrum suorum .i. vita sanctorum
/ Tertio sepulchro scilicet contemplacionis
devote sepultus erat Moyses
de quo dicitur deutro ultimo ubi dicitur
quod oculus moysi non calligavit
sepultus in valle Moab nec
dentes illius moti sunt/ Moyses
iste vir iustus sepelitur in val
le contra phmiliatem sed oculus
eius qui contemplatur celestia non
calligavit premissam contem
placionem nec dentes eius
moti premissam predicacione
hoc est sepulchrum quod non cogno
vit homo usque in presentem diem
ut dicitur deuteronomio ultimo/ quarto
secundum silencii de peccato aliorum sepul
tus est david qui eciam inimicos
detrahentes silebat a bonis ubi dixit
silui a bonis r(eliqua) r hoc est quod dicitur
iii Re ii quod david abest in iusti
cum patribus suis .i. societate sanctorum
dormivit post sensuum ligaco
nem decet enim sanctum hominem ut
liget sensus suos omnes de sequitur
quod sepultus est in civitate da
vid que est civitas sancti silencii
/ iniquito sepulchro sepellietur

lazarus Luc. xvi. ex inventione
istorum quinque sepulchrorum provenit
quintuplex gaudium scilicet magnum
maius maximum vehemens
et plenum. Primum igitur gaudium
est quod provenit ex inventione primi
sepulchri id est passionis dominice que
inserit gaudium magnum propter pru-
risum gaudium conscie doloris scilicet
passionis dominice inscribitur in pa-
rem dominicam passionem recogita-
do de hoc gaudio dicitur prov. cor quod
novit amaritudinem anime sue
in dum ihesum christi morientes interne
non inseritur in gaudio eius ex-
traneus simplex quod consequitur ex
recogitatione ipsius passionis in
inventione huius sepulchri gaude-
bat qui dicebat Cor. ij. Iudicavi me
scire inter vos nisi ihesum christum et hunc
crucifixum. Secundum gaudium ma-
ius est quod provenit ex inventio-
ne secundi sepulchri quod est vita
sanctorum hoc enim gaudium est gau-
dium gratie infuse in spiritu de hoc gau-
dio dicitur Ioh. xx. Gavisi sunt
discipuli viso domino. Dum enim per in-
fusionem gratie ad discipulos et dis-
ciplinatos affectiones que gaudet
cum vident dominum et infusam
gratiam cognoscunt et intelligunt
de hoc etiam gaudio dicitur Ioh. iii
Amicus sponsi qui stat et au-
dit gaudio gaudet propter vocem spon-
si. Sponsus est christus ihesus amicus
sponsi est anima secundum bonum et natu-
ralis ordinata qui iuxta spon-
sum stat de se ad obediendum prepa-
rat se deinde audit cum gratie infu-
se ab eo obedit et tunc gaudio gaudet
et gaudio gaudere dicitur et istud
gaudium maius preterito gaudio
ostenditur de hoc duplici gaudio
dicitur phil. iiii. gaudete in domino
dicit apostolus primum gaudium scilicet iterum gau-
dete addit apostolus secundum ex quo sequitur
modestia. Tertium gaudium est ma-
ximum quod provenit ex inventione
tertii sepulchri scilicet contemplationis con-
templativi enim maximum gaudium

inserit manna unde in Ecc. dicitur
nos est oblectamentum super cordis
gaudium. Quartum gaudium est ve-
hemens quia provenit ex inven-
tione quarti sepulchri de quo dicitur
Iob iii. gaudent vehementer et cetera. Quin-
tum gaudium est plenum quod provenit
ex inventione quinti et ultimi se-
pulchri de quo dicitur Ioh. xvi.
petite ut gaudium vestrum plenum
sit de hoc Ysa. lxv. ecce ego creo
ierusalem exultationem et populum gau-
dium eius et cetera. Et sic patet quod est
sepulchrum quintuplex bonum
ex quorum inventione resultat
quintuplex gaudium. Secundo notandum
est septuplex sepulchrum malorum
ex quorum inventione multiplex
tristitia. Quorum primum infructuose
iacet Eccl. vi. bona abscondita
in ore clauso quasi appositiones
epularum circumposite sepulchro nihil
melius valent ita nec bona
abscondita in ore clauso sicut
dicitur. In mundo duo sunt que
nil abscondita prosunt scilicet fossa
humo census clausus in pec-
tore sensus. Secundum est superbie
sepulchrum nominatum est in illa
mysterii religione quia sic
Virg. dicit sublata manica
latet superbia tamquam in sepul-
chro de hoc dicitur Ezech. xxxix.
dabo gog locum nominatum
sepulchrum in israel. Tertium est de tractatione
stractionis ps. sepulchrum patens
est guttur eorum et cetera. Bed. hen ho-
die de isto sepulchro quia dicitur
Item sepulchrum patens omnes
fontes eius in religiosis quide
bent fontes in cetera. Quartum
est idolatrie Naum i. sculptile
et conflatile ponam sepulchrum tuum.
Quintum est ypocrisis Mat. xxiii. ve
vobis scribe et pharisei et decistis ad
istud sepulchrum. Sextum
sepulchrum infirmi de quo dicitur Ier.
xxii. proiectis cadaver eius
in sepulchris vulgi ignobilis
Supremo sepulchro sepelietur

gulosus qui non intendit facere
nisi sepellire bonos morsellos
in sepulchro ventris sui et dicitur
Num. xi quod vocatus est locus ille
propter gulosi sepulchra concupiscentie
et optime dicitur sepulchra quia
propter gulosi multa sepulchra
est quia non solum ibi habent se-
pulturam diversa corpora eiusdem
speciei sed etiam diversorum generum ut
volatilia pisces et huiusmodi. Unde
dicitur. Nam quidam sunt qui ex-
poliant aera avibus mare pis-
cibus terram bestiis nec attendunt
miseri quod hoc peccatum adam de pa-
radiso eiecit et propter hoc noe femora-
lia denudavit Loth incestum
commisit. Sed quid dicam hoc peccatum
sic humanitas occidit iudeos ut
fecit Iohannem baptistam decollari
et ierusalem destruxit. In secundo se-
pulchro scilicet superbie sepultus est
Sobona spiritus qui typum gerit
omnium superborum Ysa xxii. Quid tu hic
aut quasi hic qui excidisti hic ex-
celso etc. In tercio sepulchro detrac-
tor pessimus et forte de illo intelli-
gebat propheta qui dicebat sepul-
tura asini sepelietur extra portas
ierusalem quia in civitate detractor
extra portas ierusalem spiritualibus religi-
onis debet sepelliri et hec sepul-
tura asini quia nescit ubi re-
calcitret sicut asinus. Iste in quarto
maledictus habetur in cuius
persona dicit Ier. xx quod fit sibi
mater sua sepulchrum et vulva
eius conceptus eternus et hoc dicitur
propter penam inextimabilem
quam expectant. In quinto ypo-
crita dolosus unde dicitur Mt. xxiii
ceterum eius scilicet ypocrita sepulchris
eius et optime dicitur sepulchrum
propter hoc quod ipse monumentis pervius
sive monumentis sepulchris penarum
erunt unde in designacionem
huius rei dicit dominus de quolibet repro-
bo [illegible] quod ponet partem eius
cum ypocritis eo quod in ypocrite one-
ribus pene pacientur. In sexto

sepulchro scilicet in inferno sepellietur
quilibet reprobus unde de quolibet
in persona divitis dicitur Luc. xvi
dives mortuus est et sepultus
in inferno tunc enim fient tres partes
de eo quia animam habebunt dya-
boli carnem vermes divicias pa-
rentes et optime disponuntur iste partes
quia dyaboli non habent animam
generalibus duabus partibus scilicet carne et
diviciis nec vermes habent car-
nem generalia et diviciis nec animam
divicias parentes carne et anima. De isto
sepulchro dicitur Osee ix Memphis
sepelliet eos. Conversiones istorum
sepulchrorum sequuntur estimare mul-
tiplices consciencias remorsi-
ones factorum perplexiones ad ma-
lum consuetudines faciendi in bono
sine resurgendi cum difficulta-
te labores et pene eternales etc.

Sequi duplex est in bonum et in
malo. In malo multiplex
quia est sequi ad ydolatriam
iii Reg. xi adducent corda vestra ut
sequamini deos eorum. Item ad luxuriam
Prov. vii sequitur eam quasi bos
ductus etc. Item ad avariciam
Ier. vi a minimo usque ad maximum
omnes avaricia sequuntur. Item ad
superbiam Osee xii Effraim pascit
ventum et sequitur estum. Circa
sequi in bono non quicunque qui se-
cuntur deum qualiter in quibus
et ad quid que retrahencia. Circa
primum non omnes homines secuntur
deum Apoc. xiiii hii sunt etc. Item
pauperes Act. xvii [illegible] in pfeus
esse etc. Item iusticie Ysa. li qui
sequimini iusticiam etc. Item crucem as-
sumentes Mt. xvi si quis vult
me sequi etc. Marc. viii si quis vult etc.
Circa secundum non quod quidam secuntur
alonge ut dolentes de peccatis Luc.
xxii petrus autem etc. Quidam
velociter ut desiderantes Io. xx cucur-
rit iuxta taliter sequebatur disci-
pulus quem diligebat Ihesus Io. ult.
Item cogitando ut beneficia dei
attendentes Phil. iii sequar autem

si quis etc. Joh. xij. Luc. audite me copiace-
tes. Luc. xxiij. Sequebatur multitu-
do populi et mulieres plangebant eum.
Secunda causa quod sequimur dominum ut scia-
mus. Ezech. vi. Ambulemus in conspectu
dei sicut sequemur quod et ut cognosca-
mus dominum. Item ne ambulemus demens
Joh. viij. qui sequitur me etc. Item ut ho-
noremur. Eccl. Magna gloria est se-
qui dominum. Eccl. xlvi. quibus inquam homo
in ut possit sequi regem factorem suum. Math. xix.
Vos qui reliquistis omnia etc. Jo. x.
Agnosco oves meas. Quarta quartum
nota quod imitandus est in pena et
passione. i Pet. ij. Christus passus etc.
Job xxiij. Vestigia probavit me etc. Item in
dolore. Ephes. v. Imitatores dei estote
etc. Item in humilitate. Joh. xiij. Exemplum
dedi vobis etc. Item in predicatione puni-
tione. Apoc. xix. Ubi agitur de il-
lo qui vestitus erat veste aspersa
sanguine qui est iusticia iudicat
et pugnat et exercitus qui in celo
sunt sequebantur eum et ex ore
eius exibat gladius ut in ipso
percutiat omnes gentes. Quinta quan-
tum nota quatuor impedimen-
ta amor divitiarum, amor soli-
citudo pusillanimitas. De tri-
bus primis Luc. ix. Dixit quidam
assequar te quocumque ieris et dixit
Jhesus ei vulpes foveas habent etc. et
primum et alius dixit sequere me qui
dixit permitte me primum dimitte etc. Et
tertius alius dixit domine sequar
te sed permitte me renunciare hiis que
domi sunt. De tertio quarto deceptio. Levit.
xxvj. Terrebit eum sonitus folii
volantis et ita fugient quasi gla-
dium et talibus dixit dicat. Deut. xx.
qui formidolosus est pavido corde.

Servitus multiplex est cul-
pabilis laudabilis vitupa-
bilis. Culpabilis servitus
est diaboli et hec est quadruplex
quarum quadruplex servitus dia-
boli. Prima infidelitatis. Jer. xi.
abierunt post deos ~~abierunt~~
alienos et servierunt eis. Ro. i. ser-
vierunt potius creature quam
creatori. Secunda immundicie sive
luxurie. Ro. vi. sicut exhibuistis
membra vestra servire immundicie
glosa in mundicie carnis. Hii serviunt
astaroth. i Reg. vii. peccavimus quia
servivimus astaroth. Astaroth inter-
pretatur presepe et significat luxuriam in qua
sunt stercora immundicie. Tertia est
gule. Ro. xvi. Huiusmodi enim domino nostro
serviunt sed suo ventri. Exitum erant
aliqui impenitentes servientes desi-
deriis variis. Huiusmodi enim ser-
viunt baal. iii Reg. xviii. Exorci-
as serviunt baal et irritant dominum
baal interpretatur devorator. Quar-
ta est avaricie. Math. vi. Non potestis
deo servire et mammone. Item est
servitus tollerabilis et hec est qua-
druplex quarum prima est timoris.
Ro. viii. Non accepistis spiritum servitutis
in timore. Secunda est conditionis.
i ad Thi. vi. qui sub iugo sunt servi
dominos suos omni honore dignos
arbitrentur. Gen. xxxvii. Frater tuus
qui venundatus est servivit tibi etc.
Tertia est pene qua affligi per-
mittit aliquem propter peccata eius. Jer.
xxv. servient gentes iste nabuchodonosor
regi lxx annis. Quarta vicena-
ria sive adventicia. Gen. xxix.
servivit Iacob etc. Item est servitus
laudabilis et hec explicatur quia
est servitus qua servit homo deo
et qua servit homo homini et qua
servit homo legi. Prima triplex
nature. Job iii. cetera quia serviunt
ei non sunt stabiles. Et Judith xvi.
Tibi serviunt omnis creatura. Item
gratie. Apoc. vii. servient eius serviunt
die ac nocte. Tertia est glorie. Jos.
xxiv. preparate corda vestra etc. Hebr.
ultimo. Habemus gratiam per quam servi-
amus deo placentes et hec qua-
druplex quarum prima est fidei.
Luc. iv. Dominum deum tuum adorabis
etc. i ad Thes. i. conversi estis ad deum
a simulacris servire deo. Secunda est
mortificationis carnis. i ad Cor.
ix. castigo corpus meum etc. Ro.
vi. exhibete membra vestra etc.

Ro. xiiii non est regnum dei esca et potus
sed iusticia et pax et gaudium qui in hoc
servit christo placet deo. Iusticia est ordo
ius. Bar. xviii quilibet homo dei
similiter sic scitum ordinem certa
est doctrine [illegible]. Ro. i testis est
michi deus cui servio in evangelio filii
sui. Philip. ii experimentum eius co-
gnoscite quia sicut patri filius ita
mecum servivit in evangelio. Nota
etiam hic quod sepe requiruntur
ad serviendum deo iusticia timor
cautela humilitas pacientia et pruden-
tia de quibus. Ecc. ii fili accedens
ad servitutem dei etc. Nota etiam
hic quod duo sunt de bonis ista qua-
tuor. Primo ne demia mista p-
camus. Ps. servite domino in timore etc.
Secundo ut ab inimicis liberemur. Luc.
vii servate corda vestra etc. Tercio ne
nobiles appareamus quia dicit
Beda [illegible] illa est vera nobilitas
in qua dei servitus comprobatur.
Quarto ut cum ad gloriam sequamur.
ipse enim est qui dicit qui michi mi-
nistrat etc. Item est servitus qua
servit homo homini et hec triplex
placationis. Act. xx quicumque volu-
erit inter vos primus esse sit servus
vester. Item subiectionis. Philip. ii sicut
filius patri mecum servivit in evangelio.
Item pietatis. Gal. v per caritatem
spiritus servite invicem. Item est ser-
vitus qua homo legi nature
que scripta est in corde hominis. Ro.
vii ego ipse mente servio legi. Item
legi veteris scripture. Gal. iiii una
et in monte sina quod est in servitute
generans. Item legi gratie. Ro. vi ex-
hibete membra vestra servire iusticie etc.

Servat deus servat iustificati-
onem homo. Deserviendo
Ier. xvii qui inspector est
cordis ipse intelligit et servatorem
anime sue nichil fallit. Secundo
quod servat deus ad puniendum. Ecc.
xxviii qui vindicari vult a domino
inveniet vindictam et peccata illius ser-
vans servabit. Item ad perdendum
Iob xxi in diem perdicionis servabitur
malus. Item ad mundificandum. Ps. tu domine
servabis nos et hoc fit iustificando.
Ys. xlii ego dominus vocavi te in iusti-
cia et apprehendi manum tuam et servavi
te. Item ampliando. Ys. xlix in tempore
placito exaudivi te et in die salutis
auxiliatus sum et servavi te etc. Item
pacificando. Ys. xxvi servabis pacem
quia in te speravimus. Item servat
homo. Ecc. x fili in mansuetudine
serva animam tuam. Secundo quod debet
servare cor ut vivat. Pro. iiii omni
custodia custodi cor tuum. Item serva
Item labium ne nimis effluat.
Ecc. xxvii in medio sensatorum
serva labium. Item mandata
ut scriptum custodiant. Ecc. xv si
volueris mandata servare conserva-
bunt te. Item timore domini ut se
ipsum domino subiciant. Ecc. ii serva
timorem domini et in illo veterasce.
Item graciam et amiciciam ne ex-
probrabilis fiat. Ys. xxix gratia et
amicicia liberant quas servant
tibi ne exprobrabilis fias etc.

Signum multiplex est bonum
et malum. Malum triplex
culpe pene et temptationis.
Pene triplex contra deum contra
proximum contra se ipsum. Item culpe
contra deum triplex secundum tripli-
cem culpam de culpa [illegible]
Eze. xvi ad omne caput edificasti
signum prostitucionis tue. Item
pene. Ps. posuit signa sua et sc-
ilicet principes babilonis leva-
verunt signum. Item temptationis
Apok. xii et visum est aliud sig-
num in celo ecce draco magnus
rufus etc. Item signum culpe tri-
plex contra vel deum vel domine
ydolatrie in excepta contra pote-
ciam divina. Ys. xxx [illegible]
qui levant signum sculpture sue.
Item divinacionis in iniuriam
sapientie divine. Ys. xliiii ego dominus
irrita faciens divinorum ariolos
in furorem convertens. Item fraudis
vel malicie in iniuriam summe bo-
nitatis. ii ad Thess. ii tunc revelabitur

iniquus ille quem dominus iesus inter-
ficiet spiritu oris sui. Item contra pecca-
tum triplex quia a rebellionibus Numeri
xvii refer virgam in tabernacu-
lum aaron testimonii ut serve-
tur ibi in signum rebellium. Item decep-
cionibus Matthei xxiv consurgent pseudo
christi et pseudo prophete et dabunt signa
etc. Item destructionibus corporis operibus
Isaie xxxiii laxati sunt funiculi
tui sed si prevalebunt sic erit malus
tuus ut dilatare signum non queas.
Item quo ad se ipsum triplex. Contra
ad superbiam Hester xiv tu scis domine quia
non abhominer signum non superbia.
Item quo ad carnalem concupiscenciam
Sapiencie ii nullum ante sit pratum quod non
pertranseat luxuria nostra ubique relin-
quamus signa etc. Item cupiditatis
et avaricie Apocalypsis xiii fecit signa
magna ut ignem de celo faceret des-
cendere. Item signum in bono duplex
quia est signum quo ad remocionem
mali et ad collacionem boni. Quo ad
remocionem mali triplex est signum
quia est veritatis in incarnacione
christi Isaie vii ecce ipse dabit signum ecce
virgo concipiet et pariet etc. Iudicum
vi c. Si salvum facies populum istum per
manum etc. Item in miraculorum
exhibicione Iohannis iv c. nisi signa
et prodigia videbitis non creditis. Dixit
ad eum regulus. Item ad passionem
Matthei xii generacio prava atque perversa sig-
num querit et signum non dabitur
ei nisi signum Ione prophete. Item signum
in resurrectione Isaie lv c. erit dominus
nominatus in signum eternum quod non
auferetur. Item quo ad ascensionem
Isaie xxxviii hoc erit signum a domino
quod faciet et reversus est sol secundum
x lineis in ipsis reversus est in ascen-
sione. Item quo ad adventum in iudi-
cium Luce xxi c. erunt signa in sole
et luna et stellis et in terris pressura
gencium. Iohel ii c. dabo prodigia in
celo et in terra ignem etc. Item quo ad
collacionem boni triplex est sig-
num et hoc quo ad triplicem statum
scilicet incipiencium proficiencium et perfectorum.

Incipiencium triplex primo quo ad fi-
dem Ecclesiastici xlii b super mulierem ne-
quam signum bonum est. Ad Thimotheum ii eis
qui a veritate exciderunt dicentes
resurrectionem iam factam et subverte-
runt in aliquorum fidem quorundam
sed firmum fundamentum etc. Item est sig-
num spei Isaie xi qui in die illa radix
iesse qui stat in signum populorum ipsum
gentes deprecabuntur. Item carita-
tis Ephesios iv c. nolite contristare etc.
in quo signati estis. Item quo ad
proficientes duplex est signum ac-
tiva et contemplativa. Activa
triplex respectu federis quo ad
deum ad tollendam culpam ori-
ginalem Genesis xvii circumcidetis
carnem preputii vestri ut signum fe-
deris inter me et vos. Item pacis
quo ad proximum Iosue ii di mercedi-
entibus nobis etiam signum fuit
funiculus coccineus etc. Item
ex boni operis quo ad se ipsum Exodi xiii
et erit quasi signum in manu tua
et quasi monumentum etc. Item est
signum in contemplativa triplex
devocionis contra cordis Canticorum viii
pone me sicut signaculum super
cor tuum. Item modestie contra
sermonis Ecclesiastici xxii quis dabit
ori meo custodiam et super labia
signaculum certum. Item virginitatis
et continencie contra illicitum
operis Canticorum iv f debet virgine or-
tus conclusus soror mea sponsa
ortus conclusus fons signatus
Deuteronomii xxxi ego ero tecum et hic
hebis signum tollent campi et
in cuius et signum virginitatis.
Item triplex est signum perfectorum scilicet
prelatorum potestatis vel auctoritatis
Exodi iii ego ero tecum et hoc habebis
signum quod ego miserim te cum eduxeris
populum. Item est signum sapiencie et doc-
trine Ecclesiastici i f in thesauris sapiencie sig-
nacio intellectus et sciencie religiositas.
Item sanctitatis Ecclesiastici xlv corona
aurea super caput eius mitram
expressam signo sanctitatis et gloria
honoris. Vel dic quod dominus admonens

pro familiis signat oves suas ut
patet Gen. xxx ubi dicitur quod omnes
oves varie fuerunt Iacob id est Christi qui
luctavit in cruce. Secundo quod oves
suas signat octo signis. Primum
est signum nature prout signatum est
super nos lumen etc. et hoc est signum
beatissime trinitatis Gen. i faciamus
hominem etc. et per hoc preest omnibus
creaturis etc. Immo quod magis est
ipse signavit se signo omnium signatorum
suorum cum assumpsit carnem humani-
tatis nostre. Phil. ii humiliavit semetipsum
formam servi accipiens etc. Secundum
est signum caracteris quod datur in bap-
tismo quo discernitur anima baptiza-
ta ab animabus iudeorum et sarace-
norum. Ephes. i in quo credentes sig-
nati estis spiritu promissionis. Tercium
est signum penitencie. Ezech. ix signa thau.
fuit Ysa. qui nudus ivit discal-
ciatus signum super egiptum et super
ethiopiam. Quartum est signum humili-
tatis Luc. ii et hoc vobis signum scilicet
et sequitur invenietis infantem
etc. Quintum est signum passionis
Exo. xii erit vobis sanguis in signum
et beata agnes posuit signum in faciem
meam. Sextum est signum castitatis
Gen. xvii circumcidetis carnem preputii
vestri ut sit signum federis inter me
et vos. Septimum est signum quietis
spiritualis. Ezech. xx dedi eis sabbata
mea ut sit eis signum. Oc-
tavum est signum crucis. Ysa. xlix
exaltabo ad populum signum meum
et hoc est signum directionis, inventio-
nis, discrecionis, defensionis, vic-
torie, animacionis. Primo igitur
crux sancta est signum directio-
nis unde dicitur gallice a la croiz
fues lanoie. Est enim via que videtur
homini recta sed novissima eius
ducunt ad mortem, sed via cru-
cis via recta est et ideo dicitur in Ysa.
qui erat radix iesse in signum populorum.
Iesse interpretatur incendium; radix
iesse est ipsa crux in qua fuit in-
cendium caritatis que est signum
devocionis demanandum et ideo dicit

Dcipa quod est in signum populorum. Item est
signum invencionis quia quando admo-
dum ad vexillum crucis invenitur
hospicium Christi ut probatur Can-
t. i ibi, i. ubi pascas ut cubes in me-
ridie. Et hoc signatum Gen. xxviii
ubi vidit Iacob in sompnis sca-
lam id est ipsam crucem et dominum in
summo scale et ideo dicit ipse Christus
Pro. viii qui me invenerit inveni-
et vitam. Item est signum discre-
cionis quia per istud signum discernuntur
milites Christi a militibus dyaboli.
Apok. vii vidi alterum angelum etc. Item
est signum defensionis et protectionis.
Gen. iv posuit dominus Cayn signum etc.
ut eum non interficeret omnis qui
eum inveniret. Ezech. ix super que
inveneritis thau ne occidatis. Et de
de signo funiculi coccinei ad defe-
sionem raab et tocius familie. Io-
sue ii. Item est signum victorie et con-
fusionis inimicorum de hoc dicitur
ysopie lana clipeum contra hoc
et hic est clipeus fidei et hic dicitur
Ephes. vi in omnibus sumentes scu-
tum fidei. Item est signum anima-
cionis ad pugnam et hic signum est
in libro Mach. ubi verandi on-
derunt vinum sicut faciunt incor-
nancietes sic et filius dei voluit
perforari in latere et poni in palo
crucis ut possemus ab eo accipe-
re animacionis ad pugnam et hoc
signum est in libro Mach. ubi osten-
derunt elephantis id est peccatoribus Christi-
anis sanguinem uve et mori id est Christi
et martirum ut acuerent eos ad
prelium. Item est signum recongrega-
cionis unde quemadmodum exal-
tacione vexilli congregantur mili-
tes dispersi familie principes et sic
ab elevacione crucis Christi in die
iudicii quia tunc hoc signum cru-
cis in celo cum dominus ad iudicandum
venit et congregabuntur crucesig-
nati qui sunt de familia ipsius
et tunc adimplebitur illud Ysa.
levabit signum in nacionibus et
congregabit dispersos Israel. Secundo

quod signum Christi signetur in corde propter com-
passionem, in brachio propter operis ma-
nifestacionem. Cant. viii pone me sicut
signaculum super cor tuum. Item racione
preparata manifestacione. Eccli. xx
ii quis dabit ori meo custodiam
et super labia signaculum certum. Item
in fronte quo ad audaciam. Apoc.
vii nolite nocere terre et mari neque
arboribus et Ezech. ix signa thau etc.

Silencium multiplex est. Garru-
lacionis. Eccles. ix verba sapientum
audiuntur in silencio etc. Re-
gum viii levite faciebant silencium
ad audiendam legem. Secundum est liti-
gacionis. Prov. xviii iudicium determinat
causas etc. Tercium est detraccionis. Eccles.
x velut si mordeat in silencio etc.
Quartum est quietis mentis. Sap. xviii
dum medium silencium etc. In hoc
silencio occiditur diabolus ut patet
Iudic. iiii ubi legitur de Iael per
quam designatur anima que occidit
Sisaram id est diabolum in silencio et
Iudith etiam decollavit qui erat
ante thorum Holofernis oravit lacri-
mis et labiorum motu in silencio.
Item panibus mite comedere. ii ad
Thess. iii obsecro ut in silencio co-
medant panem suum et hoc silenci-
um generat fiduciam. i Mach. x ecce
Ionathas et qui cum illo venerat
erant in silencio confidentes
etc. Item fortitudinis. Is. xxx
in silencio et spe etc. Item iusticie
Is. xxxii erit opus iusticie pax
et cultus iusticie silencium. Item
graciam salvantem bonum est viro
in silencio etc. Sequitur.

Simulacio triplex est. Simu-
lacio [illegible] simulator ore decipit ami-
cum. Item iniquitatis. Is. xxxii
stultus loquetur fatua et cor eius
faciet iniquitatem ut perficiat
simulacionem. Et Iob xxxvi simulatores
et callidi et hec est calliditatis simu-
lacio. Item malignitatis. i Petr. ii
deponentes omnem maliciam omnemque
dolum et omnem simulacionem etc.

Simplicitas. Sancta simplicita-
tem non quia est simplicitas
bona et mala. Mala autem
triplex quia est simplicitas [illegible]
Eccli. xix qui humiliatus vadat cuius
etc. Item adulatoris Prov. vii ir-
retivit eum multis sermonibus.
Item ypocrite. Mt. vii attendite
a falsis prophetis. Item stulti ut Na-
bal. i Reg. xxv ne ponat dominus meus cor
suum super virum istum iniquum Na-
bal quia secundum nomen suum etc. Vel
dic quia est simplicitas lupina et
hec est malicie lupus cum humi-
liat se coram ovibus ut capia-
tur sic et heretici. Prov. xviii verba
bilinguis quasi simplicia etc. Item
est simplicitas asinina et hec
discrecione non regitur. Exo. xxiii
Si occurreris asino erranti
reduc eum. Et hec est simplicitas
stulticie de qua dicitur i Mach. ii
[illegible] adversus plurimos et non
responderunt eis nec miserunt la-
pidem nec oppilaverunt loca
occulta sed dixerunt omnes moria-
mur in simplicitate nostra. Unde
est propter quas [illegible] se eri-
pere. Lapidem mittere est asperita-
tem assumere. Loca oppilare est occa-
siones peccati vitare que non faci-
unt simplices. Id est facti video a
satellitibus Antiochi et hic occiduntur.
Item est simplicitas omnia que
ei inferuntur vindictam non
expetit et est paciencie. Iob xii deri-
detur iusti simplicitas id est pau-
pertas [illegible] ut vult glossa. Matth. x ecce
mitto vos etc. Item columbina
ait x estote prudentes etc. et hec
est innocencie et hec est simplici-
tas bona que consistit in iudi-
cando. Rom. ultimo volo vos omnes
sapientes esse in bono simplices
in malo. Item in diligendo. i Pe.
i simplici ex corde diligite in-
vicem attencius. Item operando
ait Luc. xi Si oculus tuus fuerit sim-
plex id est intencio tua totum corpus tuum luci-
dum erit id est congeries bonorum operum

Item in loquendo. Philipp. ii. omnia fa-
cite sine murmuratione ut si-
tis simplices filii dei. Item
in gaudendo. Prov. xv. iustus qui
ambulat in simplicitate sua
etc. Item ad operis informationem.
Coll. iii. non ad oculum servientes
quasi hominibus placentes etc. Item
ad paciencie probationem. Job i. erat
vir simplex etc. ad hoc sibi va-
luit simplicitas. Item ad ini-
micorum divisionem. Prov. xi. fortitudo
simplicitatis dei diriget eum etc.
Item valet prelatis ad divine
protectionis adeptionem, et ideo dicitur
Prov. ii. proteget gradientes sim-
pliciter. Item ad confidencie gra-
ciam, quia sicut dicitur Prov.
x. qui ambulat simpliciter
ambulat confidenter. Item ad di-
vine dilectionis adeptionem. Prov. xi.
voluntas eius in hiis qui
simpliciter ambulant. Item ad
perseveranciam finalem. iii Reg.
ix. si ambulaveris coram me
sicut ambulavit David etc.
Item valet contemplativis quia
est causa tranquillitatis cordis
manifeste. Gen. xxv. erat Jacob vir
simplex etc. Item quia est intra-
ria divine revelationis in-
tellectum. Prov. iii. et cum simpli-
cibus sermocinacio eius. Item
continua graciarum actionis in
affectu. Act. ii. ad eorum in habundetis
mentem simplicitate. Item
quia dativa est eius salutis. Prov.
xxviii. qui ambulat simpli-
citer salvus erit. Et Prov. ii. dicitur
simplices permanebunt in ea etc.

Sinus est consciencie. Prov.
vi. numquid potest homo abscon-
dere ignem in sinu suo etc.
Item locus in sinu et hic est
sinus Abrahe. Luc. xvi. Item
misterii vite contemplative.
Exo. iiii. misit Moyses ma-
num in sinum suum. Item religiosis
perfectis. Ps. ut quid avertis manum
tuam de medio sinu tuo. Item ocul-
te potencie nature. Ps. estis
volatilibus celi. Glo. ut occultis
sinibus terre etc. Sequitur vel
sinibus nature. Sequitur.

Sitis multiplex materia-
lis et spiritualis. De materi-
ali Joh. iiii. ubi Christus pe-
ciit bibere a muliere samari-
tana et Judith vii. da mihi obse-
cro parvulum aque. Et no-
ta quod ista sitis aliquando est in se ali-
quid malum in se et causa humilita-
tis unde eciam dicitur Judic. xv.
quod dicebat Sampson quod delevi eos
et percussi et sic videbatur iam
gloriari de facto suo et post sequitur
quod siciens clamavit ad dominum tu
dedisti in manu servi tui
hanc salutem magnam et en
siti morior. Item sitis malis
causa est inductiva ad opus miseri-
cordie pietatis. Ys. xxi. occurrentes
ferte sicienti aquam qui habita-
tis in terra Austri. Item inductiva
est ad opus perfectionis. Prov. xxv. Ro.
xii. si sitit inimicus tuus ciba
illum. Item est sitis spiritualis et
hec duplex Christi et hominis. Christi
triplex: sitit enim in nobis per com-
passionem. Mat. xxv. siti et non
dedistis michi bibere. Item sitit
infidelium conversationem quam suam
reputat. Joh. iiii. mulier da mihi
bibere et sedens fessus super fontem.
Item nostram salutem. Joh. xix. ut
dicit [illegible] domine cum sitis ut te
cruciat sitis quam crucis [illegible]
siles et de siti clamas sitis nostram
salutem nostram fidem. Item est
sitis hominis et hec duplex bona
et mala. mala duplex culpe
et pene. culpe multiplex quia
est sitis culpe et infidelitatis.
Joh. iiii. qui biberit ex aqua etc.
et hoc refertur ad superbiam que
non permittit hominem credere
sed qui credit hanc sitim amittit
et ideo dicitur Joh. vi. qui credit
in me non siciet unquam. Item
habundancie temporalis que refertur

ad samaritanam Ioh. iiii qui bibit ex hac
aqua sitiet iterum. Item voluptatis
carnalis que refertur ad luxuriam
Unde luxuria est sitis ebria delec-
tacio momentanea lucem odit
tenebras appetit velatum querit
totam hominis deperdat mentem
hec est qua in ymaginacione torpet
racio obtenebratur intellectus con-
funditur. Item est sitis pene esu-
rientis et sicientis anima eorum
in ipsis defecit, et hec est triplex tri-
bulacionis seu compassionis mi-
seri Iudith vii Si sitis vade ad sar-
cinas et bibe aquas etc. Item
in futuro dampnatorum defectus omnimode
delectacionis Ysa. lxv servi mei bi-
bent et vos sicietis. Item ardoris
et ignis cruciacionis Job xviii tene-
bitur planta eius laqueo et exardes-
cet contra eum sitis. Item est sitis spiritua-
lis de qua ps. sicientur iusti etc.
Et est causa triplicis mali animi
tendi simonie ab confitendum ubi
enim est sitis spiritualis que dicitur
defectus gracie amittitur sermo ad
confitendum et ideo dicitur Tren.
iiii adhesit lingua lactantis
ad palatum eius in siti. Item
cadendi impetum Amos viii defi-
cient virgines pulchre et adoles-
centes in siti et ita cadent et non
resurgent ultra. Item morien-
di impetus Ysa. l computrescent
pisces sine aqua et morientur
in siti et hec sitis spiritualis est ma-
la. Item est sitis bona et hec duplex
in presenti et in futuro in presenti duplex
melior et eocior sitit enim homo
in prius sapienciam et intellectum Eccli. li
appropiate ad me indocti et congrega-
te vos in domum discipline quid
adhuc retardatis quid dicitis
anime vestre sitiunt vehementer.
Item graciam magistri iusticie beatus
Gregorius in [illegible] Ysa. liii ascen-
det sicut virgultum coram eo et sic-
ut radix de terra sicienti terra sicies
virgo desiderans. Item desiderium
iusticie Mat. v beati qui esuriunt

et sitiunt iusticiam. Item est sitis
eocior et hec triplex doctrine euan-
gelice Sap. xi sitierunt et invo-
caverunt te et data est eis aqua de
petra. Item predicacionis apostolice
Ysa. xxxv que erat arida fiet in
stagnum et siciens in fontes et Ysa. lv
omnes sicientes venite ad aquas.
Item visionis divine quantum ad opera
Joelis i bestie agri quasi area si-
ciens imbrem susceperunt. Tercia
est sitis in futuro et hec triplica-
tur quia sitit homo gloriam con-
templacionis quantum ad intellectum
ps. sitivit anima mea ad deum
fontem vivum. Item dileccionis
ad fruendum quantum ad affectum Apoc.
ultimo qui audit dicat veni
et qui sitit veniat. Item perpetu-
am delectacionem in utroque Eccli.
xxiiii qui edunt me adhuc e-
surient et qui bibunt me adhuc sitient.

Sobrietas tota [illegible] sicut et
que multiplex est sobrietas
intellectus Ro. xii non plus
sapere etc. Item affectus Eccli. xxxi
infirmitas gravis sobriam facit animam.
Item ornatus i ad Tim. ii cum
verecundia et sobrietate ornantes
se. Item gustus i Pet. v sobrii es-
tote etc. Item potus Eccli. xxxi sa-
nitas corporis et anime sobrius potus.
Item generalis temperancie Sap. viii
sobrietatem et sapienciam docet iu-
sticiam et virtutem etc.

Societas multiplex est in dif-
ferentibus bona et mala. De prima
Gen. xxxiii gradiamur
simul et ero socius tuus. Item a-
micicie fidelis i Mach. viii ut sta-
tuerent alios [illegible] constituere
cum illis societatem et amiciciam.
Item est societas bona i Joh. i si
dixerimus quoniam societatem habemus
cum eo et in tenebris ambulamus
mentimur. Et hec multiplex
fidei i Cor. i fidelis deus per quem vocati
estis in societatem filii eius. Item
gracie i Joh. i si in luce ambulamus
sicut et ipse in luce est societatem

herentibus ad inuicem. Item religi-
ose congregacionis. i. Iohannis. i. quos
vidimus et audiuimus annunciamus
vobis ut societatem habeatis vobis-
cum. Item predicacionis. Gal. ii.
Iacobus et cephas et iohannes qui vi-
debantur columpne esse dexteras
dederunt michi et barnabe socie-
tatis. Item tribulacionis et glorie ce-
lestis. Apoc. i. socius in tribulacione
et regno. Item est societas ma-
la. ii. ad Cor. vi. que societas lucis
ad tenebras. et hec triplex. cupidi-
tatis. Ysa. i. principes tui infideles
socii furum. Item carnalitatis.
Eccl. vi. est amicus socius mense.
Item infidelitatis. Iob. xviii. habita-
nt in tabernacula socii eius qui non est etc.

Sol legimus ortum solis progres-
sum statum percussionem
et occasum. Sol ipse christus est
iusticiam iuxta Sap. vii. vapor
est virtutis dei et emanacio quedam
etc. Item propter splendorem doctrine.
Abac. iii. splendor eius ut lux
erit. Item propter calorem caritatis
ignitem. Ps. non est qui se abscon-
dat a calore eius. Ortus igitur
huius solis refertur ad christi nati-
uitatem progressus ad conuersacionis
status ad predicacionis eius iudica-
cionem percussio ad tribulacionem
occasus ad passionem. Eccl. i. Pri-
mo nota quod oritur sol. i. christus pecca-
toribus ad demonum depressi-
onem. Ps. ortus est sol et congregati sunt etc.
et loquitur ibi de bestiis quibus de-
mones designantibus et in pedi-
tibus [illegible] ad quorum
depressionem oritur. i. christus. Item
ad cogitacionum prauorum expulsi-
onem. Exod. x. mane ortus est et aduo-
lauerunt locuste. i. praue cogitaciones.
Item ad beneficiorum suorum communica-
cionem beneficia enim christi orien-
tis communicabilia sunt tam bo-
nis quam malis quantum est de se.
Mat. v. solem suum facit oriri super
bonos et malos. Item oritur
penitentibus ad [illegible]. Item

peccatorum dissolucionem. ii. Reg. xxiii.
oriente sole in opposito mane sine
nubibus absque nubibus. Item
peccacionis rutilat. Item ad eru-
dicionis illuminacionem. Hebr. x. in lu-
cem conuersus est et loquitur de sole
oriente et alibi dicitur ego feci in
celis ut oriretur. Eccl. xxiiii.
lumen indeficiens. Item ad car-
nalitatum arefaccionem. Iac. i. ortus
est sol cum ardore et arefecit fe-
num in feno carnalitas designatur.
Item oritur proficientibus ad omnis
temptacionis siue pronitatis
ad peccandum siccacionem. Mat. xiii. sole
autem orto estuauerunt proficientes
quia non habebant radicem cul-
pe seu pronitatis ad culpam. Item
ad omnimodam sanitatem adipiscen-
dam sine difficultatis ad bonum
amocionem. Malach. iiii. orietur no-
bis timentibus dominum sol iusticie.
Item ad leticie diffusionem. Eccl.
xi. dulce lumen et delectabile videre
oculis solem s. orientem. Item
oritur perfectis ad exaltacionem.
Hest. xi. sol ortus est et humiles ex-
altati sunt. Item ad ornatum
et decorem. Eccl. xxvi. sicut sol oriens
mundo in altissimis dei sic mu-
lieris in ornamentum domus eius
i. sicut sol illuminat mundum sic
anima iusti per splendorem sancte
conuersacionis si recte consideret
et recipiat ortum christi. Item ad
omnium inimicorum suorum confusionem
et eorum honorem. ideo dicitur Hest.
i. iudeis noua lux visa est oriri
etc. Et nota quod in ortu solis huius
debemus accipere arma exemplum.
Iudith xiiii. cum exierit sol i.
ortus fuit christus accipiat unus-
quisque arma sua. Item intrare
segor i. aggredi penitenciam. Gen. xix.
et sol egressus est super terram et loth
ingressus est segor. Item resplen-
dere per sanctam conuersacionem. i. Mach.
vi. refulsit sol in clipeos aureos
et resplenduerunt montes ab eis
s. per sanctam conuersacionem. Item venire

admonimentum per pietatem et devo-
cionem quod signatum in hoc quod ve-
nerunt tres marie admonimen-
tum orto iam sole .i. Christo presente
.i. Christo incipiente veniente monu-
mentum dicitur quasi monens ad
memoriam mortis ad quam debe-
mus accedere ¶ Item legimus pro-
gressum Christi nati in Esdre iiii°
magna est terra .i. ecclesia militans
et excelsum est celum .i. ecclesia tri-
umphans et velox cursu solis .i. profec-
cionibus Christi nascentis ¶ Et nota quod in
progressu solis sal incalescit
et in progressu conversacionis Christi
manifestatur calor caritatis
Christi per quem salvamur ab hosti-
bus nos impugnantibus ¶ i Regum xi
crastina erit vobis salus cum incalue-
rit sol ¶ Item frigidi et liquefaci-
entes per devocionem efficimur
et ideo Exodi xvi dicitur cum incaluisset
sol liquefiebat manna ¶ Item
per fervorem decoloramur Canticorum i noli-
te me considerare quod fusca sim
.i. tincta per primam culpam decolora-
vit me sol .i. fervor Christi hoc
ergo quod calor solis .i. fervor Christi demo-
nes expugnat devocionem gene-
rat et animam incendit et infla-
mat ¶ Item legimus statum solis
in quo notatur firmitas perfeccionis
in persona Josue x sol contra Gaba-
on ne movearis ¶ Sol Christus est
Gabaon mundanos et designat
et munda contra quos ut ait sol
stetit immobilis Et nota quod cum sole
in perfeccione status sui habet summam
mundiciam summam claritatem
et summam limpiditatis exsiccacio-
nem sic Christus in summe sue per-
feccionis unctione summam mente
mundiciam ostendit summam doc-
trinam predicavit limpiditate tempora-
lium peccatorum sue caritatis ex-
siccavit ad cuius aspectum debet
anima esse summe munda et ab omni
peccato separata quod fit per mundam
peccati detestacionem que ad modum
legitur de sancta anima Canticorum vi

que est ista que progreditur et cetera. Et
anima comparatur aurore in sta-
tu primo perfeccionis anime in sta-
tu iusticie sed soli in statu perfec-
cionis eminentis tunc enim electa quasi
sol et ab omni inquinamento separata
¶ Item splendida per mundam sui
consideracionem unde quod ad
modum sol in illo statu omnia
de se illuminat sic et ipsa anima
omnes defectus suos et omnia expe-
diencia considerat diligenter
Ecclesiastici xlii sol illuminans per omnia
respicit ¶ Item debet esse anima
perfecta et virtuosa ab omni muta-
bilitatis repulsione ut facies
eius .i. racio sicut sol luceat in
virtute sua Apocalypsis i solis enim virtuo-
sitas est ad limpidi exsiccacionem
et terre nascencium procreacionem
sic et ipsa sancta anima mirabi-
lia et limpida respicit et exsiccat
et omnia bona aggregat quod signi-
ficatum est Apocalypsis xii signum magnum
apparuit in celo militanti ecclesie
mulier amicta sole quia anima
induta solari virtute et perfeccione
et luna sub pedibus eius .i. temporalia
subassatibus et mirabilia et in
capite eius corona xii stellarum
.i. adepcione bonorum ¶ Item legimus
solis passionem quod refertur ad
Christi tribulacionem Apocalypsis viii percussa
est tercia pars solis .i. caro eius tribu-
lata anima eius neque deitatem
lesit tribulacio Et nota ista tria
sunt per que ostenditur ista percussio
sive Christi tribulacio depressio poten-
cie detractio doctrine et vituperacio
sive infamacio sanctitatis eius
et vite ¶ Et secundum hoc legimus solem
nube tectum quo ad primum ¶ Item
fumo fornacis obscuratum
quo ad secundum ¶ Item sacco cilicino
indutum quo ad tercium ¶ De primo Eze-
chielis xxxii solem nube tegam sol
Christus quem deus pater nube tegit
cum tribulacionibus potenciam eius
deprimi permittit ¶ De secundo de obscuri-
tate Apocalypsis ix ascendit fumus

pr(e)cii sicut fornacis magne et
obscuratus sol ex fumo p(re)cii p(re)
terus synagoga peccancium fumus
pr(e)cii obscuratus est sol cum p(er)
maliciam iudeorum et peccancium
vanitatibus xpi doctrine denigrat(ur)
Ideo Apoc. vi factus est sol q(ua)si
saccus silicinus sol xpus est qui
in tribulacione factus est quasi
saccus quia vilis reputatur
s(ed) q(ui)a abiectis saccus silicinus esse
dicitur eo q(uod) peccator abiectis crede
batur sic ergo nubibus tercio re
fertur ad potencie depressionem
obscuracio ad doctrine detraccione(m)
sacci silicini iudeos ad sancti
tatis vite eius denigracionem
Item legimus occasum solis qui re
fertur v(e)l s(ecundu)m ad eius occisionem
tunc enim impletum est illud p(ro)phe
ticum occidit sol in meridie et
bene dicit in meridie ut ostendat
ardorem amoris q(uod) moriente
voluit occidi et q(uod) ad huius solis
occasum dyabolus destruitur
ymago vi invaluit plus minus
i. p(er)secucio xpi donec occidit sol
i. xpus in morte et cecidit deme
cius i. dyabolus Item pavor ho
minum menciat(ur) quis enim videt istius
solis occasum qui non timet sep
timo enim est Eccl. xxiii q(uod) lucidi
us sole i. xpo et hic deficiet scilicet in
morte et ideo dicit(ur) Gen. xv cum
occidisset sol i. xpus morte iterum
pavor irruit sup(er) abraham
i. genus humanum q(uod) si hec fuit
in viridi in arido quid fiet Item
ad occasum huius solis p(er)te(n)t sacra
mentorum p(er)clus(io) i. humilitantibus esse
apte sunt nobis quia a passione
habent virtutem suam tunc enim
exivit sanguis et aqua p(er) que p(re)
figurant sacramenta unde et for
mata est ecclesia et ideo dicitur e pro
phetice Zach. viii non aperient(ur) porte
ier(usa)l(e)m usque ad occasum solis i.
xpi mortem Item post occasum
ipse idem ad locum redit Eccl(esiastes)
i. oritur sol in nativitate et occi

dit in passione et ad locum suum revertit(ur)
in ascensione Ys. xxxviii reversus
est sol p(er) gradus per quos descenderat
Vel dic q(uod) sunt multa mirabilia
in sole in defectu motu apericione
et actione In defectu sunt mirabi
lia i. in ortu in occasu mirabile
in solis ortu est q(uod) obtenebratur
Ys. xiii obtenebratus est sol in ortu
suo Item in occasu mirabile est q(uod)
sol occidit in meridie q(uod) tamen
legitur in Amos Item in motu
sunt duo mirabilia in statu et
in regressione De primo Josue x pug
nante Josue adv(er)sarios stetit sol
in medio celi et hic stupendum
est cum s(ecundu)m naturam semp(er) ha
beat motum De s(ecun)do iiii Re(gum) xx
et Ys. xxxviii reversus est sol p(er) gra
dus per quos descenderat Item in apari
cione sunt duo mirabilia quia
in aparicione de die Apoc. vi factus
est sol niger sicut saccus silicinus
Item in aparicione in nocte sicut
patet in apocrypho Esdre ubi dicitur
relucescit sol noctu et sanguis
de ligno stillabat Item in accione
sunt duo mirabilia quia effectus
solis est duplex effectus illumina
cionis et caloris De primo Ys. xxx
lux solis erit septempliciter
sicut lux septem dierum Mirabi
le est in ardore quia in ortu
non solet esse ardor in sole tamen Jaco(bi)
i. ex ardore exortus est sol hic
nota admiranda misteria salva
toris quatuor enim p(er)tinet ad
eius adventum primum et quatuor
alia ad secundum adventum Sacra
menta primi adventus consistu(n)t
circa humilitatem suam et exal
tacionem Ad humilitatem p(er)tinet
defectus solis quo ad duo que sunt
in p(ri)mo defectu ad exaltacionem p(er)
tinet mirabile regressus et sta
tus ad humiliacionem ergo p(er)tinet
ad tenebrescere quantum ad incar
nacionem et occidere ad passionem
mirabile regressus ad ascensi
onem mirabile status ad sessionem

xpi ad dexteram patris. Primum ergo est
obtenebracio solis mortui quod factum
est in incarnacione cum posuit te-
nebras latibulum suum in maiesta-
tis sue archanum et ideo dicit Ysa.
lx obtenebratus est sol in ortu
suo. Secundum est occasus solis in me-
ridie quod pertinet ad mortem. Ps. qui
sedet super occasum id est super monte
dicitur nomen illi. Xpus sedet super
montem quia volens tradidit
spiritum non coactus. ideo dicit Ps.
ab ortu solis id est ab incarnacione
xpi usque ad occasum mortis
laudabile nomen domini. De hoc Amos
viii occidet sol in meridie. et bene
dicitur in meridie quia hora sex-
ta crucifixus est et ex vehemencia
caloris amoris mortua est. Cant.
i indica michi etc. Sic ergo in mortu-
sunt duo mirabilia. Tertium dicitur con-
versio et status. conversio pertinet ad
ascensionem. Ecclesiastes i oritur
sol et occidit etc. et in Ecclesiastico xxxiii reversus
est sol etc. Tertio notandum quod sunt decem
linee descensus domini quarum
quinque pertinent ad vitam in carne et
quinque ad vitam in passione. Similiter
sunt decem linee ascensus
quinque in ascensione complentur et quinque
complentur in iudicio et sic sunt
decem linee descensus et decem re-
gressus et signant decem gradus
descensus qui sunt vita eius hu-
mana. Primus est in incarnacio-
ne a speciositate ad deformita-
tem. Cant. vi speciosior est sole et
Ysa. liii dicitur non est species ne-
que decor. Secundus est in educa-
cione a plenitudine ad paupertat-
tem ii Cor. viii cum dives esset
pro nobis factus est egenus. Ter-
cius est in conversacione a maiestate ad
subieccionem. Phil. ii cum in forma
dei esset etc. Quartus in maccione a re-
quie ad laborem. Ps. ego in labo-
ribus a iuventute mea. Quintus
est a sapiencia summa in predicacio-
ne ad stulticie reputacionem.
i Cor. i placuit deo per predicacionis

stulticiam salvos facere credentes.
Similiter sunt quinque descensus
in passione. Primus in comprehensione
a virtute ad infirmitatem qui erat
dei virtus et sapiencia i Cor. i. Ysa. liii
et vidimus eum sicientem
in infirmitate. Secundus est in accusa-
cione a gloria ad infamiam. Joh. xviii
hunc in venimus subvertentem
gentem etc. Tercius est in illusio-
ne ab honore ad ignominiam ut
ita fieret obprobrium hominum. Ps. omnes
videntes me deriserunt
me. Quartus in condempnacione
a summa iusticia in reatum. Ysa. liii
cum iniquis deputatus est qui
tamen iustus et verus. Quintus
in crucifixione. Phil. ii factus est
obediens usque ad mortem etc.
Sequitur de ascensu et hoc in primo
adventu. Primus est a deformi-
tate in decorem. Ps. dominus regnavit
decorem induit etc. in decore claritatis
in fortitudine sublimitatis in
proteccione agilitatis. Secundus a pau-
pertate ad opulenciam. Act. ultimo
data est michi omnis potestas in celo
et in terra etc. Ps. domini est terra et plenitudo
etc. Item Ps. constituit eum
dominum domus sue. Tercius a subi-
eccione ad exaltacionem in ascen-
sione. Ephesios i constituit
eum super omnem principatum
omnia subiecit sub pedibus eius.
Quartus a labore ad requiem
in dextere sessionem. Ps. dixit
dominus domino meo sede etc. Quintus
a stulticia ad sapiencie excellenci-
am in commansione. Ecclesiastico xxxix optime
viri est qui audivit sapiam vir-
i angelicus ascensus. Similiter
in secundo adventu erunt gra-
dus quorum primus erit in infirmi-
tate a virtutem. Act. i. Xpum vi-
debunt filium hominis venientem
cum virtute magna etc. Secundus
ab infamia ad laudem. Apoc.
xv iuste et vere sunt vie tue domine
rex sanctorum. Tercius ab ignominia
ad honorem et sumentem tribus

ipse et lingue. Tertius ad iudicia-
riam potestatem. Io. v. patuit in iudicio
terreno suum quia per iudicium
quo iudicatus est licebat iudi-
care in iudicio. Quartus a mor-
te ad vitam. Col. iii. cum Christus
apparuerit vita vestra apparebimus
cum ipso in gloria. Secundum mirabi-
le in motu solis est status et hic
pertinet ad statum Christi in sessione
a dextris patris quod signatum
est Iosue x ubi dicitur quod sol stetit
in medio celi donec triumpha-
ret ipse. Et non quod stare dicitur
signum adiutorii. Item in medio
celi quia mediator dei et hominum
est. Item donec triumpharet ipse
signum quod dat subsidium ad tri-
umphandum de inimicis et ideo
beato Stephano existenti in agone
passionis Christus stans. Act. vii.
Item sunt mirabilia quo ad solem
ad verum in sole que notantur in
mirabilibus que sunt in appa-
ritione solis et in actione. Secundum
nota quedam precedunt iudi-
cium que designantur in apparitione
solis quedam in iudicio que
notantur in mirabilibus que sunt
in actione solis. Circa primum no-
ta quod in apparitione solis duo erunt
mirabilia unum de die aliud
de nocte. Pro nocte adversitas pro die
prosperitas. Ps. per diem sol non uret
te neque luna per noctem. Appara-
bilia in apparitione de die determina-
tur. Apoc. vi. ubi dicitur quod factus
est sol niger sicut saccus cili-
cinus. Sol Christus est quia factus
est saccus cilicinus tunc mem-
brorum cum erunt in tribulatione
maxima unde et in cilicio notantur
tribulationes afflictionis in sacco cum
cineribus paupertatis. Secundum signum
in apparitione solis erit de
nocte unde in dicitur in Apoca-
lipsi. Esdr. post etiam tuba
subito relucescet sol in nocte
et luna in die et sanguis de lig-
no stillabit. Lignum est misterium

crucis Christi prima causa est predicatio
apostolorum secunda predicatorum tertia doctorum
propter quod apparebit sol id est Christus sine
fides Christi de nocte quia in exis-
tentibus intellecta et luna id est ecclesia
in die scilicet prosperitatis et sanguis de lig-
no stillabit. Lignum est misterium
crucis Christi. Bar. vi. ex ligno
ligno etc. sanguis de ligno stil-
labit ut lignum sit occasio ef-
fusionis sanguinis et lapis da-
bit vocem suam id est laicus contra
contra ecclesiam. Item sunt mira-
bilia solis in actione quantum
ad ipsum iudicium unum in illumina-
tione quantum ad bonos aliud in
ardore quantum ad malos. De primo
Ys. xxx lux lune erit sicut lux
solis et lux solis erit septempli-
citer sicut lux septem dierum lux
lune est lux ecclesie hec sicut
lux solis in resurrectione genera-
li quia salvatorem expectamus
qui reformabit corpus humi-
litatis nostre configuratum corpori
claritatis sue. Phil. iii. et lux
solis id est Christus septempliciter quia
in Christo erit omnibus lux. Secundum
mirabile in actione est in effectu
ardoris quod erit in Christo in ipso
iudicio quantum ad malos Malach.
in ipso erit quasi ignis conflans
et Dan. vii flumen igneum ra-
pidus que egrediebatur etc.

Solve multipliciter sumitur in
scriptura. Quia sumitur
in signum certificationis. Iudith
xiv. pono vobis ipsi lemma co-
si solveritis etc. Item venture
captivitatis. Ys. xx. vade et solve
saccum de lumbis tuis. Item deli-
berationis. Dan. v. in mensa reg-
is ... multa peccata
et solvebat regi ipse centum
milia agnorum. Item dissolutio-
nis. Luc. xiii. ecce solum te hodie
de catenis id est dissolvi. Item destruc-
tionis. Matt. v. non veni legem solvere
sed adimplere. Item religionis. Exo.
iii et Iosue v solve calciamenta de pedibus tuis etc.

Item confessionibus ysa. lii solve vincula colli captiva filia syon et lviii dissolve colligaciones impietatis solve fasciculos deprimentes. Item est signum absolucionis act. xv ex quibus solvis suptera etc. Item insignum adimplecionis voti levit. xxii votum autem expleveris etc. Sequitur

Solacium multiplex est. Primo legis. Hebr. vi ut fortissimum solacium habeamus qui confugimus ad tenendam propositam spem. Item ro. xv deus pacis et solacii. Item scripture i machab. xii nos cum nullo istorum indigeremus habentes solacio libros sanctos qui sunt in manibus nostris. Item predicacionis. Hebr. ult. rogamus vos fratres ut sufferatis verbum solacii. Item mutue. Tho. x heu me fili mi ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum baculum senectutis nostre solacium etc.

Solicitudo multiplex est laudabilis racionabilis vituperabilis et miserabilis. Prima est quadruplex regiminis quo ad prelatos. Ro. xii qui preest in solicitudine etc. et hec est in rebus in doctrina. ii ad cor. xi solicitudo omnium ecclesiarum. Item in dileccione superna. Ephes. iiii solicite servare unitatem spiritus in vinculo pacis. Item compassione fructifera. ii thi. i det deus misericordiam onesiphori domui et post cum romam venisset solicite me quesivit. Item est solicitudo obediendi quo ad subditos. Josue xxiii estote solliciti ut custodiatis que scripta sunt in volumine legis et hec est in rebus in deo serviendo. Ro. xii solicitudine non pigri spiritu ferventes domino. Item in deum imitando. Mich. vi indicabo tibi o homo quid sit bonum etc. Item in peccato fugiendo. ii ad cor. vii ecce hoc ipsum secundum deum contristari quantam in vobis operatur solicitudinem sed defensionem sed indignacionem sed timorem sed desiderium sed emulacionem sed vindictam. Primum pertinet ad peccati execracionem secundum ad dyaboli expugnacionem tercium ad peccati detestacionem quartum ad sapiencie introduccionem quintum ad spei ereccionem sextum ad fervorem bene agendi septimum ad mortificacionem carnis. Item est solicitudo pacis conservande quo ad proximos et hec in rebus [illegible] compunccione. Ad col. ii vos volo scire qualem solicitudinem habeam pro vobis. Item in spiritu unione. Ephes. iiii solliciti servare unitatem spiritus. Item in mutua exhortacione. i ad thess. ii fiduciam habuimus in deo nostro loqui ad vos evangelium dei in multa solicitudine. Item est solicitudo proficiendi quo ad se et hec est in rebus in cogitando divina mandata. Deut. iiii custodi temetipsum et animam tuam solicite. Item in declinando mala. Deut. iiii custodite animas vestras solicite etc. et post ne forte decipiamini. Tercia est in faciendo bona. Ro. xii solicitudine non pigri et hec solicitudo Thobie laudabilis. Item est solicitudo racionabilis et multiplex quarum prima est naturalis. Thobie x cum moras faceret thobias causa nupciarum solicitus erat pater etc. Secunda est cure familiaris. i Reg. ix de asinis quos nudius tercius amisisti ne solicitus sis. Tercia necessitatis indigencie. Luce x martha martha solicita es etc. Quarta est infirmitatis humane. i cor. vii qui cum uxore est solicitus est que sunt mundi. Quinta est in acquisicionibus mundanis. Tho. v ne solicitum te reddam ego sum azarias anania. Tercia solicitudo est vituperabilis et hec multiplex quarum prima est solicitudo vana. Eccl. ii cum alius laborat in sapiencia et doctrina et solicitudine et homini ocioso dimittit. Secunda est acquirendi divicias ex cupiditate. Eccl. ii

Dedit deus peccatori afflictionem et post
et hec est causa et vanitas sollicitu
do mentis. Tercia est retinendi di
vicias ex avaricia. Ecc. ii sol
licitudo huius seculi et fallacia
suffocans verbum et Aug. dicit cer
cum sedulus exploratur sequitur
obsequitur simulat dissimulat ma
nibus et pedibus repit ut quo
possit se ingerere in patrimonium
crucifixi. Quarta est peccandi et
peccata adinveniendi. Bar. iii ubi
loquitur de adinvencione idolorum
fecerunt imaginem regis quam
adorare volebant. fecerunt ut
illum qui aberat tamquam presentem
colerent sua sollicitudine. Quinta
est in studio perpetrandi peccati. Dan.
xiii volentes concumbere cum
ea observabant sollicite cottidie
videre eam. Item est sollicitudo
miserabilis et hec est multiplex
quarum prima est laboris inpen
do. Ecc. ii detestatus sum omnem
industriam meam qua sub sole la
boravi et sollicitus fui. Secunda
est anxietatis in conpaciendo.
Gen. xxxi recessit sompnus ab ocu
lis meis et corpori pre sollicitu
dine et dixi in corde meo in quanta
tribulacione deveni et in quos fluc
tus tristicie in qua nunc sum. Tercia
est timoris in precavendo. Ier. xxxv
iii sollicitus sum propter iudeos qui
transfugerunt ad caldeos ne for
te tradentur. Ier. xlii gladius quem for
midatis comprehen
det vos in terra egipti et fames
pro qua solliciti estis. Et non hic quia
multi sunt qui nos debent re
trahere ab ista sollicitudine. Quorum
primum est anxietas que ibi mit
titur. Ecc. ii cessavi laborem sub
sole etc. Secundum est turbacio. Ie
re. xlix turbati sunt in mari pre
sollicitudine. Tercium est pena sequens.
Ezech. iv conteram baculum panis
in Ierusalem et comedent panem suum
in pondere et sollicitudine et aquam
in mensura et angustia bibent

ut deficientibus pane et aqua corru
at unusquisque ad proximum. Hec detrac
cio fit per continenciam. I ad Cor. vii volo
vos sine sollicitudine esse. Item
propter memoriam mortis. Luc. hac
nocte stulte etc. et post pauca nolite
solliciti esse. Item per fiduciam de deo.
Ps. dominus sollicitus est etc.

Sompnus multiplex est na
ture culpe gracie et glorie. Na
ture duplex corporalis racio
nis dum anima est in corpore. Eccles.
v dulcis est sompnus operanti.
Item mortis dormit cum anima
extra corpus per mortem. Iob xx
vii dives cum dormierit nichil
afferet secum. Item sompnus
culpe duplex omissionis et commis
sionis. Omissionis triplex pigricie
ignorancie et negligencie que sunt
partes accidie. Ignorancia est omissio eius
quod debet sciri. Pigricia est eius quod
debet fieri. Negligencia est defectus
circumstanciarum. De sompno igno
rancie qui est in illis qui nolunt
scire quod debent. Eccl. xxii qui nar
rat verbum non audienti est qui
excitat dormientem de gravi somp
no. De sompno pigricie. Prov. xx no
li diligere sompnum ne te egestas
opprimat. De sompno negligencie
Rom. xiii hora est iam nos de somp
no surgere. Item est sompnus co
missionis et hic multiplex quia
est sompnus erroris. Ier. xxvii
nolite audire divinos sompnia
tores id est magistros errorum. Item est
sompnus vane cogitacionis
Ys. xxix sicut sompniat esuriens
et comedit. Item vane delectacionis
Gen. xix dormivit Loth cum dua
bus filiabus suis. Loth racio
due filie cogitacio et delectacio. Item
est sompnus prave operacionis. Ier.
iii dormiemus in confusione nostra
et operiet nos ignominia nostra. Item
prave consuetudinis. Ys. li filii
tui proiecti sunt dormierunt in
capite omnium viarum. Et non quia qui
dam illorum qui dormiunt in sompno

Sunt consuetudinibus dormiunt in con-
cupiscentia deliciarum Job xl sub um-
bra dormit in secreto calami Eccl.
xxxi vigilia honestatis etc. et post
auferunt sompnum cogitationibil-
libus Item alii in concupiscentia divi-
ciarum Ps. dormierunt sompnum suum
etc. Item alii in ambitione honorum
Eccl. xxxiiii sompnum extollunt in-
prudentes i. adeptores honorum
Item est sompnus pene et huius dup-
plicitas insensibilitatis ut qui per
longam concupiscentiam sunt inebriati
vino concupiscentie Prov. xxiii eris quasi
sopitus gubernator amisso clavo
cum enim clavum amittit navis
fertur ad periculum sic anima clavo
discretionis deest regimen sed inebriatus
deliciis huius clavum amittit et non
sentit ut dicat traxerunt me et
non dolui etc. Item est sompnus
future dampnationis Jer. li for-
tes eius dormierunt sompnum
sempiternum Item est sompnus
gratie et hic duplex quietis et con-
scientie et contemplationis quies con-
scientie triplex aliquando enim laborat
sollicitudine rationalis aliquando de-
siderio concupiscibilis aliquando
timoris irascibilis Econtra qui-
escit anima securitate nam iras-
cibilis amotione timoris concu-
piscibilis vero amotione desiderii
rationalis amotione sollicitudinis
de labore sollicitationis Eccl. viii est
homo qui debet diebus et nocti-
bus sompnum .s. quietis non capit
oculis Eccl. xlii filia patris abscon-
dita .i. pro vigilia et sollicitudo au-
fert sompnum contra i. quietem
dinem desiderii Ps. in id dormi-
eris non timebis quiesces et sua-
vis erit sompnus tuus de inqui-
etudine timoris Gen. xxxi fugi-
ebat sompnus ab oculis meis
contra amotione timoris est
sompnus in securitate Job xi dor-
mies et requiesces et non erit qui
te exterreat Item est sompnus con-
templationis et hic est quietum ab actu

exteriores Cant. v ego dormio et cor
meum vigilat Item quietum
ad interiores Job xxxiii in visione
nocturna quando sopor irruit super
homines visio nocturna contempla-
tio quia est secreta Et non com-
sompnis est quies animalium
virtutum cum intentione na-
turalium In sopore vero quies
animalium cum intentione vi-
tium rationalium cum intellectus
et affectus quiescitur ab eorum Iste
sompnus glorie Ys. xiiii universi
reges dormierunt in gloria sua
Et nota quod ibi est quies a cul-
pa et pena Apoc. amodo iam dicit
spiritus etc. Item a temptatione in-
qua Job iii dormiens silerem
cum regibus et consulibus etc.

Sonus est bonus et sonus
malus bonus multiplex
quia est sonus gratie sancti
spiritus et mentibus descendentibus Act.
ii factus est repente de celo sonus
etc. Item orationis Eccl. l ma mag-
na domo auditus est sonus sua-
vitate plenus Item devoci-
onis Eccl. xlvii in sono eorum dulces
fecit modulos Item confessio-
nis Cant. ii sonet vox tua in
auribus meis Item predicationis
Ps. in omnem terram exivit etc.
Job xxxix super ipsum sonabit pha-
retra Item mortificationis car-
nis Ys. xvi super hoc venter
meus ad Moab cum cithara
sonabit Item est sonus ma-
lus et hic multiplex terroris Job
xv sonitus terroris semper in au-
ribus eius et Levit. xxvi terre-
bit eos sonitus folii volantis
Item carnalis voluptatis Job
xxi tenent tympanum et cithara-
ram et gaudent ad sonitum
organi Item pomposae curio-
sitatis Ps. periit memoria eorum
cum sonitu Item gaudii temporalis
Eccl. vii sicut sonitus spinarum
sub olla ardentium sic risus
stulti Ys. xxiiii cessavit gaudium

tympanorum quievit sonitus letantium. Sopor multiplex est Gen. ii. et c. Immisit dominus soporem. Item gratie Job iiii. In horrore visionis nocturne quando sopor et c. hic ventura auditur. Item Job evigilans rursus sopore depressus vidit somnium. Item amicus aperit spirituales et disciplina instruit Job xxxiii. In visione nocturna quando irruit sopor super homines et c. Item est sopor pigritie Prov. xix. Pigredo immittit soporem. Item passionis dominice Ps. Ego dormivi et soporatus sum. Item temporalis pene Ysa. li. Accipe tibi de manu Dei calicem soporis et Ysa. xxix. Inebriamini non a vino movemini et non ebrietate quia miscuit vobis dominus spiritum soporis et c. Sequitur.

Sors multiplex est culpe que accidit super Achor Josue vii. Item pene que cecidit super Jonam. Item gratie qua capa emissarius emittitur et alius immolatur Levit. xvi. [illegible] unus relinquitur et alter ad gloriam consummatur. Et hec est multiplex predestinationis Ephes. i. Sorte vocati sumus secundum propositum eius. Item collationis gratie [illegible] Sap. viii. Sortitus sum animam bonam et c. et Ps. secundum unam expositionem In manibus meis sortes mee. Item perseverantie finalis Dan. xii. Tu Daniel stabis in sorte tua in fine dierum. Item est sors officii et ministerii in assumptione officii Act. i. Cecidit sors super Mathiam. Item in vita bona eius qui officium suscepit Josue xvi. Sors filiorum Joseph cecidit a Jericho et aquas eius ab oriente. Joseph prelatus est sors contra Jericho i. contra mundum et contra orientem i. mundi prosperitatem. Item in bono regimine subditorum Judic. i. Dixit Judas Symoni ascende mecum in sorte mea. Sic enim est adiutorium prelatis ad regendum bene subditos ut signatum in hoc quod Judas invocat Symonem ad adiutorium suum. Item est sors glorie in futuro que consideratur tripliciter. Primo secundum quod videt predestinationem Coll. i. Qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum. Secundo secundum quod videt collationem gratie Sap. v. Inter sanctos sors illorum est. Tertio secundum quod videt finalem perseverantiam Sap. iii. In tempore sors illorum aptissime et c. Sequitur.

Subiectio multiplex est bona et mala. Mala triplex. Vanitatis Ro. viii. Vanitati subiecta est omnis creatura et c. Secunda est carnalitatis Sap. i. Non habitabit in corpore subiecto peccatis. Tertia est iniquitatis Judith iii. Melius est ut subditi simus tibi quam moriamur cum vituperio et c. Item est subiectio bona Luc. ii. Et erat subditus illis. Et ista est septemplex. Prima est sapientie Eccl. vi. Inice pedem tuum in compedes illius et collum tuum in torques illius. Subice humerum tuum et porta illam. Habet enim sapientia compedes quibus ligat pedes affectuum ne currant in malum. Habet torques quibus ligat collum ne verba proferat in vanum. Habet etiam vincula quibus ligat humeros propter plurium operationum ut sic totus homo subiciatur sapientie. Secunda subiectio est humilitatis de qua i. Pet. ii. Subiecti estote omni creature propter Deum. Tertia est devotionis Ps. Subiectus esto Domino et ora eum. Quarta est servitutis violente Ps. Qui das vindictas michi et subdis populos sub me. Et Ro. iii. Quecumque lex loquitur his qui in lege sunt loquitur ut omne os obstruatur et subditus fiat mundus Deo. Quinta est conformitatis sive mutue caritatis i. Cor. xiv. [illegible] subditi

estote cooperanti et laboranti. Sexta
est necessitatis Ro. xiii necessitate sub-
iecti estote et hec triplex. Prima est
quasi carnalis secunda quasi mundi-
alis tercia quasi spiritualis. Prima est
qua subduntur mulieres viris
suis subdite sint Coll. iii Mu-
lieres subdite estote sicut oportet
in domino. Secunda est qua subduntur
servi dominis suis Ro. xiii omnis anima
potestatibus sublimioribus subiecta
sit et i Pet. ii servi subditi estote in
omni timore dominis. Tercia qua subduntur
religiosi prelatis suis i Pe. v Ado-
lescentes subiecti estote senior-
ibus. Aug. vera obediencia nescit
moras in subiecto nec mandata
procrastinat aures parat audi-
tui manus operi pedes itineri
et sic totum se colligit ut manda-
tum adimpleat imperantis. Prima sub-
iectio necessaria est ne nomen domini
blasphemetur secunda ut ornetur
tercia ut impleatur. Tit. ii Mo-
nebis eos subditas esse viris suis
ut non blasphemetur verbum dei. Secunda
ibidem servos dominis suis subdi-
tos esse in omnibus placentes non
contradicentes non fraudantes
sed in omnibus bonam fidem osten-
dentes ut doctrinam dei ornent
in omnibus. Tercia Ro. xiii reddite
omnibus debita cui etc.

Substancia multiplex est. Ter-
renorum Gen. xxxi tulit iacob
omnem substanciam suam. Item
naturalium bonorum Luc. xv dissipa-
vit omnem substanciam suam vivendo
luxuriose. Item eternorum Heb. xi
fides est substancia rerum sperandarum.
Item eternorum substancia mea apud te etc.

Sublimitas multiplex est
temporalis honoris Hest. x As-
sueri regis imperium et forti-
tudo et dignitas atque sub-
limitas etc. Item mundane pro-
speritatis Iob xxi quare ergo im-
pii vivunt sublimati sunt con-
fortati sunt que diviciis [...] xx
ii numquid semitam seculorum custodire
cupis quam calcaverunt viri iniqui
qui sublimati sunt ante tempus
suum. Item vanitatis transeuntis
Ys. ii incurvabitur omnis subli-
mitas hominum. Item fidei christiane
[...] stabit et pascet in fortitu-
dine domini in sublimitate nominis
domini dei sui. Sublimitas nominis domini
est sublimitas fidei christiane.
Item sapiencie Ys. lii ecce intel-
liget servus meus et exaltabitur
et elevabitur et sublimis erit
valde. Item gracie Job v qui ponit
humiles in sublime etc. Item dig-
nitatis ecclesiastice Eccles. x est ma-
lum quod vidi sub sole et quasi per erro-
rem egrediens a facie principis
stultum in sublimi positum. Item
divine magnificencie Ys. iiii in
die illa erit germen domini in
magnificencia et gloria et fructus
terre sublimis. Item glorie [...] ab
[...] [...] munimenta
[...] est et leve etc. Item nature
angelice Job xxv qui facit con-
cordiam in sublimibus. Item
maiestatis divine Job xxii an
cogitas quod deus excelsior
celo sit et super stellarum verticem
sublimetur etc. Require.

Suavitas multiplex est dei
et hominis. Dei triplex vere
paciencie in expectando Sap.
xv tu autem domine deus noster suavis
es et verus et paciens etc. Item
[...] in [...] ps. suavis
dominus universis. Item pietatis
sive in glorificando Ez. xx in odo-
rem suavitatis suscipiam vos
cum eduxero vos etc. Item suavitas
hominis duplex peccatorum
et iustorum. Peccatorum triplex volup-
tatis Job xxviii non invenitur
in terra suaviter viventium. Item va-
nitatis Ys. iii et erit pro odore etc.
Item adorationis falsitatis Prov. xx suavis
est homini panis mendacii.
Item est suavitas iustorum
et hec est triplex gracie Sap. xii o
quam bonus et suavis est spiritus tuus

in nobis spiritus tuus domine. ij cor vj in suavitate spiritus sancti. Item prime. Mat. xj iugum enim meum suave est et onus meum leve etc. Item sapiencie. Sap. viij attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter. Et non est suavitas prime informat activos suavitas gracie contemplativos suavitas sapiencie predicatores. Et secundum hoc sunt et tria genera iustorum activi contemplativi et predicatores et secundum hoc suavitas iustorum triplex ut dicatur suavitas activorum contemplativorum et predicatorum. Prima igitur suavitas est activorum et hec triplex. temperancie. Prov. xxxi suave est vinum in moderacione bibitum. Item conversacionis honeste. Cant. vj pulchra es amica mea suavis et decora. Item redolentis fame. Eccli. xxiiij quasi mirra electa etc. Item est suavitas contemplativorum et hec est triplex. devocionis. Eccli. xxxviij unguentarius faciet pigmenta suavitatis. Item ordinis. Eccli. l in magna domo auctus est sonus suavitate plenus. Item spiritualis refectionis. Sap. xvj prestitisti eis panem omnem delectamentum in se habentem et omnis saporis suavitatem. Item est suavitas predicatorum et hec triplex. predicacionis. Eccli. xl tibie et psalterium suavem faciunt melodiam et super utraque lingua suavis. Item oblacionis. Eccli. xxxv oblacio iusti impinguat altare et odor suavitatis est in conspectu altissimi. Item zeli et caritatis. Eccli. ix vinum novum amicus novus veterascet et cum suavitate bibet illud etc.

Sublevare multiplex est. alleviacionis pene. ij paralip. x paululum de onere sublena ut serviamus tibi. Item elacionis iniuste. Deut. xvij rex non reducet populum in egiptum equitatuum numero sublevatus. Item suggestionis prave. Osee iiij peccata populi mei comedent et ad iniquitatem sublevabunt animas eorum. Item exaltacionis mundane. Eze. xxj humile hec est que sublevabit etc. Item tribulacionis divine. Ysa. xxij ecce asportare te faciet dominus sicut gallus gallinaceus asportatur et sicut amictum sic sublevabit te. Item humane clemencie. Eccl. iiij ve soli quia cum ceciderit non habet sublevantem se etc.

Subversio multiplex est. fidei. ij ad thim. ij et subvertunt quorundam fidem. Item pietatis. Tren. iij in senectute iniquitas subvertit. Job xxiiij subverterunt pauperum viam et oppresserunt pariter mansuetos terre. Item instabilitatis. Eccli. xj cor de suo insidiatur ut subvertat tem fovea. Item impietatis. Prov. x non affliget fame dominus animam iusti et insidias impiorum subvertet. Item pene. Gen. xix igitur dominus pluit super sodomam et gomorram sulphur et ignem de celo et subvertit civitates has. Exo. xiiij Item fecit exercitum eorum et subvertit rotas curruum. Item gracie. Job vj super pupillum irruitis et subvertere nititur amicum vestrum et hoc fit per iracundiam. Eccli. i iracundia animositatis subversio illius est. Item per imprudenciam. Eccli. v lingua imprudentis subversio illius est. Item per iniquam aggregacionem. Eccli. ix non zeles gloriam et opes peccatoris non enim scis que futura sit subversio illius. Item per superbiam. Eccli. x initium superbie hominis apostatare a deo in die presumpcionis cordis eorum qui mala est et subversione illius qui nequior est. qui tenuerit superbiam implebitur maledictis et subvertet eum in finem. Item per contencionem. ij thim. ij noli contendere verbis ad nichilum enim utile est nisi ad subversionem audiencium etc.

Succingere multiplex est. castitatis. Luc. xij sint lumbi vestri succincti

lumbos mentis nostre spate in-
cam que nobis offertur salutem
Ephe. vi. state ergo succincti lumbos
vestros in veritate. Item prime crucis
Luce xxiii qui succinctus latro ex-
iliens de civitate mortalitate. Ite
fortitudinis i Machabeorum iii induit se
loricam sicut gigas et succinxit se
arma bellica. Item desolacionis
Job xxx quasi capicio tunice suc-
cinxit me etc. Sequitur

Sufficiencia multiplex est
culpe Ezech. xvi plurimum suffici-
ant nobis scelera vestra. Ite
malicie sive pene Math. vi sufficit
enim diei malicia sua. Item
temptacionis diabolice Luce xxii
erat enim sola temptacio nostre suffi-
ciens sibi qui gloriosus et indigens
panis. Item paupertatis volunta-
rie Tobie v sufficiebat enim nobis
paupertas nostra. Item cogitacionis
bone ii Cor. iii non quod sufficientes
simus etc. Item operacionis iuste
Eccli. xl vita sibi sufficientis opera-
rii condulcabitur et in ea thesaurum
invenies. Item necessitatis vite
ii Cor. ix in omnibus omnem enim suffi-
cienciam habentes habundetis in omne
opus bonum et nunc sufficiencia
nostra ex deo est etc. Sequitur

Sufficencia multiplex est iusti
i Petri ii que gratia si peccan-
tes collafizati suffertis. Ite
caritatis i Cor. xiii caritas omnia
suffert. Item paciencie Jacobi v
sufferenciam enim Job audistis.
Item tranquilitatis ii Cor. xi libenter
suffertis etc. Item imprudencie
Hebr. xiii rogo vos ut sufferatis ver-
bum solacii. Item cautele Jacobi i
beatus vir qui suffert etc.

Superbia. Circa superbiam nota
qualiter describitur et detestacio-
nes de divisiones et volumus
de remediis videbimus. Circa primum
nota quod superbia secundum nigros[?]
est elacio viciosa que inferiores de-
spiciens superioribus et paribus
satagit dominari. Item est altitudinis
perverse similitudinis ut dicit glosa super
Ps. xviii. Item est singularis excel-
lencia tam mentis tam quam
animi et super omnes cetus appetitus.
Item est amor proprie excellencie
ut dicit Hugo de sancto Victore.
Item est perverse celsitudinis ap-
petitus Aug. xiv in glosa. Item inobe-
diencia mandati superioris et secundum
hoc philosophi potest superbia dici. Ite
perverse nata similitudinis perversio
et sic est vile peccatum. Item est volun-
taria mentis exaltacio et sic op-
ponitur humilitati. Item est prima
similitudo perversa et sic est unum
de septem peccatis mortalibus
et de hac agitur hic. Sequitur
de detestacione huius mali. Circa
quod desideremus quo se habet
ad bona et quo ad certa mala quo
ad diabolum quo ad proximum
quo ad deum et quo ad proprium
subiectum et in fine quibus
competit. Circa primum nota quod
gradum sicut cinis virtutes omne
bonum inquinat et passio hu-
militatis se offert ne vilescat.
Sermo contra superbia sentencia
existens sine non semper causa
erit de subtractione gratie. De
secundo Greg. sicut humilitas
omnia vicia enervat omnes que
virtutes colligit et roborat sic
superbia omnes virtutes deiciat
et enervat. Decta poeta in-
quit egregios adiuncta super-
bia mores est enim superbia
velut vestis maculata qua
superbi se et suos induunt. Greg.
xxiii qui quomodo calcant superbos etc.
De grato Aug. gloria res est humili-
tas quia appetit se conculcari
superbia ne vilescat. Circa pri-
mum nota quod superbia introductiva
est omnium viciorum mater et
regina. Item amichulacio
ducatur annuarum infirmacio
et deturpacio. Sermo Eccli. x
inicium omnis peccati superbia. De
secundo ibidem nec humilitatis

de superbia nascuntur hereses scisma-
ta detractiones invidia accidia
iactancia contenciones etc. Item
debetur ei corona maledicta de qua
dicitur Ysa. xxviii Ve corone super-
bie. De quarto Eccl. x Synagoge
superborum non erit sanitas. Origo
inicium omnis peccati et causa fomes
perdicionis est superbia. Certa quibus
quisque est qui saltem sendes opa-
ri ad usus habent super capucium
torum crucis habere memento
ut non elevetis in superbiam
Ista tamen non quod superbia sum-
mi est quo distinguuntur dya-
bolus ab aliis legitur enim in Job
quod ipse est rex super omnes filios
superbie et ideo dicit Greg. quod
evidentissimum signum reproborum
superbia sicut humilitas electorum
Item superbia est velut quedam
ymago dyaboli unde superbus
est similis dyabolo Greg. a pos-
tate te angelo homo similis
efficitur unde hominibus esse
similis dedignatur. Item est
velut mons soli insistens op-
positus lucem gracie repellens
unde umbraculum facit dya-
bolo de qua legitur Job xl Sub um-
bra dormit etc. Sequitur inde
quo habeat se ad proximum. Et pri-
mo iurgia concitando. Prov. xiii
In qui se iactat et dilatat iur-
gia concitat. Item honoran-
do Eccl. xx Omnis super se tollit
qui honesti ori se anteat. Item
corde contempnendo Eccl. xiii Sicut
et abhominacio est superbo hu-
militas sic execracio divitis
pauper. Item arrogando Eccl. xi
Sicut eructant corda fetencium
sic et superborum cor. Ad litteram sto-
machus ventositate inflatus
eructare solet sic homo superbia
inflatus ventosa verba emit-
tit. Item litigando Prov. xiii Inter
superbos semper sunt iurgia et
contumelias inferendo Prov. xi
ubi fuerit superbia ibi et contu-

melia. Item fratres molestiis cum
affligendo corporaliter Eccl. xxvii
effusio sanguinis in rixa superborum
Item spoliando Prov. xvi Melius est
humiliari cum mitibus quam divi-
dere spolia cum superbis. Item pravo
exemplo corrumpendo alios unde
et superbus dicitur sedere in cathedra pes-
tilencie Ps. i ubi dicit glossa pesti-
lens lencia morbus est qui dicitur
amor dominandi quo nemo caret
aliquibus. Et non ex sapiens ita
describit superbum dicens omnis
superbus intollerabilis est habitu
superfluus incessu pomposus
cervice erecta facies torva tru-
cis oculi de loco superiori certat
et melioribus se preferri affectat sensus
et verba et facta sua iactat reverencia
in obsequiis non servat. Sequitur
inde quomodo se habeat ad deum
Et notandum quod prima contumelia
deo intulit in primo angelo
Thomas superbiam inquit tuo
sensu aut interno verbo dominari
parvitas aut ipsa enim inan-
super sit omnibus per vicio. Hugo Val-
de cavendum est a superbia que
non solum angelum sed primum an-
gelorum in dyabolum commuta-
vit. Hugo per alia peccata sunt
pares peccatoribus sed per superbiam
demonibus. Item deum ubique
impugnat igitur cum omnia
vicia fugiant deum sola super-
bia deo se opponit. Job xv
de superbo tetendit adversus deum
manum suam et contra omni-
potentem roboratus est. Item
deum odit Prov. super eos et ille
ei se equari vult. Hugo super
illud ii Thess. ii qui extollitur
super omne etc. horret inquit
humiliari mittens nimium
horreat super cogitatum malig-
num pr et assensi dico enim vobis
quod non ille tamen sed omnis superbus
extollitur in membris et secundum
hoc deum videtur quia est superbia oris
Prov. xiiii In ore stulti virga superbie

Item narium lib. ii quiescite ab ho-
mine cuius spiritus est in naribus.
Item oculorum Ecc. Spiritum extol-
lenciam oculorum ne dederis
michi. Item colli et cervicis Iob
xv cucurrit adversus deum
etc. Item omnium membrorum lib. ii
ideo quod elevate sunt etc. Item est
superbia ornatus unde Ecc. xi in ves-
titu ne glorieris unquam. Et
ideo quod in vestitu ornatus reprehe-
ditur preciositas. Glossa super Luc.
xvi Si cultus preciosarum ves-
tium culpa non esset, sermo dei non
tam vigilanter exprimeret quod
dives indutus purpura et
bysso apud inferos torquetur.
Item mollicies. Greg. ante nemo
exquireret nisi fluxum atque studio
preciosarum vestium peccata deesse. Item
varietas Sophon. i visitabo super
omnes etc. Item superfluitas Bern.
clamant nudi, clamant fameli-
ci, conqueruntur et dicunt: Dic quid con-
ferunt nobis fame et frigore
laborantibus miserabiliter tot muta-
toria vel extensa in perticis vel
plicata in manticis. Item colo-
ris varietas. Seneca: Debet sufficere
mendicanti color qui sufficit
omnibus largienti. Sequitur de re-
mediis, quorum primum est conside-
racio melioris. Greg. Sicut incen-
tivum est elacionis respectus deterio-
ris, ita cautela humilitatis est
consideracio melioris. Secundum est
consideracio vilitatis corporis. Bern. Homo
quid superbit qui semper secum sen-
tinam portat. Tercium est exemplum
Christi. August. Medicina tumentis
hominis est humilitas Christi. Quartum
est districcio iudicii: tunc enim re-
tribuet dominus habundanter facientibus
superbiam. Ultimum est miseria
huius mundi. Iob vi Sagitte domini in-
fixe sunt in me quarum in-
dignacio ebibit spiritum meum. Ipsum
superbis. Sequitur de gradibus super-
bie qui sunt xii secundum Bern., quorum
primus est curiositas que hiis

indiciis cognoscitur secundum Bern. in
xii dicit. Bern. Si videris mona-
chum vagari, caput erectum, bene
aures suspensas portare, ex motibus
exterioris hominis interiorem hominem
immutatum agnoscas. Secundus gra-
dus est levitas, quo licet mona-
chus sit negligens et alios cu-
riose conspiciens et ad alta se eri-
gens et aliquem per invidiam tra-
bescens et aliquem per excellenciam
publice hilarescens ut dicit Bern.
Tercius gradus est inanis leticia
quia secundum Bern. xii cum est in sig-
nis scurrilitas, in fronte hilari-
tas, in incessu vanitas, in ioco
facilitas, in risu promptus. Quartus
gradus est iactancia. De hoc Bern.
qui in isto gradu esurit et sitit
quibus quidque sentit effundit,
prevenit interrogantem et querente(m)
videt ipse querit, ipse solvit, et per-
verba colloqucionis imperfecta precedit.
Si de religione agitur, statim vi-
siones et sompnia proferuntur, lau-
dat ieiunia, commendat vigilias,
super omnia oraciones exaltat. Si ex-
ad lubrica sermo committitur, ibi
quanto affluencior tanto loqua-
cior invenitur ut dicas si au-
dias flumen esse scurrilitatis os
eius ita ut severos et graves
animos in levitatem concitet
et risum. Quintus singularitas. Bern.
qui in hoc gradu est plus
sibi plaudat de uno ieiunio
quam ceteris prudentibus facit quam
sicut ceteris vii diebus ieiuna-
ret. Commodior sibi videtur sibi
oraciuncula peculiaris quam tota psal-
modia unius noctis. Ad omnia sua
strenuus est ad quam pigritia tam
vigilat in lecto, dormit in choro.
Sextus est arrogancia. Bern.
qui in hoc gradu credit quod audit,
quid attendit nisi attendens ob-
laudat in lectione, domum am-
plectitur opinionem, undique domi-
re plus sibi quam aliis credit. Sep-
timus est presumptio. Bern. quia hic

gradu est plus dese quam de aliis p[re]
sumit plurimus inquirentibus resi
det primus in consiliis videtur voca
tus accedit non missus est intro
mittit deordinat ordinata de
ficit facta quicquid ipse non fecerit
vel ordinaverit non recte fore in
pulchre estimat ordinatum / Oc
tavus est defensio peccati / Unde qui
culpam suam confitetur qui nec
eam culpam putat / Nonus
est simulata confessio / Unde vasa
figuli probat fornax et tribula
cio vere penitentis laborem
dissolvit qui vere penitet labo
rem penitencie non abhorret
cuius simulata est confessio si vna
vel levi contumelia aut ex
igua pena interrogatus sic
iam humilitatem simulare iam
dissimulacione dissimulare non pot
est inimicitur fraudet irascatur
quanta putas tunc sit confusio
in corde superbi fratris concipitur
pax amittitur laus minuitur nec
culpa diluitur / Decimus gradus
est rebellio Unde frontosus mo
nachus et impudens factus tanto
detius quanto desperacius prebel
lione corruit quidquid prius arro
gantus factus contempserat iam
patenter et inobediens magis
contempnit / Undecimus est liber
tas peccandi per quam monachus
nec iam priorem videt quam
timeat nec fratres quos verea
tur quanto securius tanto libe
rius sua desideria implere
delectatur / Duodecimus est con
suetudo peccandi / Unde qui cri
bili dei iudicio prima flagicia
in pravitas sequitur cepte vo
luptatis libenter repetitur b
blanditur accio concupiscencia re
nascitur sopitur ro ligat
consuetudo trahitur / Miseri
profundo malorum trahitur capti
vus cyrandi di in eorum ita ut car
nalium voragine desideriorum absorp
tus sue rationis demeque et timoris

oblitus dicit in corde suo non est
deus iam insufficienter libitis
[con]flictis utitur iam ab illicitis
cogitandis patrandis investiga
dis animus manus pedes non
prohibentur sed quicquid in cor in
buccam vel ad manum venit ma
chinatur garrit et operatur
malivolus maliloquus et facinorosus

Supinacio multiplex / vnde
est ire Job xxxv non ergo
te superet ira / Item sup[er]
gestacionibus prue in perpetuum / Ubi enim
refugientes cogitacionem
mundi in cogitacione divini incolatu
Christi salvatoris ihesu christi huius
rursus implicati superant et fu
facta sunt eis posteriora deterio
ra prioribus / Item supine Dan vi
igitur daniel superabit omnes
principes et satrapas qui spiritus dei
erat amplior in illo / Item con
stancie Ecc xlviii potencia ne
mo vicit illum et non superavit illum
verbis aliquibus / Item fortitu
dinis Exo xvii Cum parvulum
retinuisset superat amalech / Item
cautele Iudic xvi decipe eum
et disce ab eo in quo habeat tanta
fortitudinem et quomodo eum superare
valeamus etc sequitur

Surge / Nota quod christus surgere
surgit penitens surgit
iustus / Surgit igitur christus
ad instruendum Luc iiii surrexit
legere et datus est liber ysaie etc / Item
ad mundandum affectiones Joh xiii
surgit a cena ut lavaret pe
des discipulorum suorum / Item ad
temptaciones reprimendum Luce
surgens increpavit ventum
et tempestatem et facta est tranqui
litas magna / Item ad inimicos
dissipandum et nos protegendum
Num x surge domine et dissipentur
inimici tui / Item ad nos redimendum
Dum ps propter miseriam inopum et ge
mitum pauperum etc / Item ad gratiam
conferendum sine iustificandum Rom
iiii surrexit propter iustificacionem nostram etc

Item surgit penitens per contritionem
Mich. vii ne leteris inimica mea
que cecidi consurgam etc. Item per con-
fessionem et operis satisfactionem Eph.
v surge qui dormis et exsurge a
mortuis glo. super illud surge per
confessionem exsurge per operis satisfac-
tionem et post sequitur et illuminabit etc.
Item surgit iustus et hoc triplici-
ter quo ad deum quo ad se quo ad
proximum primo ad querendum deum
Cant. iii surgam et circuibo civitatem
per vicos et plateas etc. Secundo ad obe-
diendum Joh. xi maria autem ut au-
divit quod magister adest surrexit etc.
Tercio ad gracias agendum Iudic.
vi surge delbora et loquere canticum
etc. Item surgit iustus quo ad se
et hoc triplicite primo ad humilitatem
primo ad statum iusticie sive ad
opera iusticie ps. surgite postquam se-
deritis etc. Secundo ad proficiendum
in operibus iusticie primo enim est sa-
tisfaccio sine neglecta vel omissa
corrige et post in omnibus perfice iii
Re. xix surrexit helias etc. sequi-
tur surge et comede grandis enim
etc. Item tercio ad deum contempla-
dum Eccl. xlvi surrexit nathan
propheta regi david separatus a carne
Item surgit quo ad proximum et hoc
dupliciter quia motu caritatis
et zelo iusticie motu caritatis
triplicite primo ad instruendum
quo ad intellectum Act. ii surgens
petrus dixit ad eos viri fratres scitis
etc. Secundo ad inflammandum
quo ad affectum Eccl. xlviii surrexit
helias quasi ignis Tercio ad defende-
dum quo ad affectum Exo. ii surrexit
moise et defensis puellis adaqua-
vit gregem Item surgit iustus
quo ad proximum zelo iusticie et hoc
triplicite primo ad impugnandum in-
imicos ecclesie Josue viii surgens
josue et omnis populus etc. Secundo
ad iudicandum vel puniendum sic
Josue vii surgens iosue recen-
suit socios etc. Num. xxv surrexit
phinees et arrepto pugione etc.

Tercio ad arguendum vel increpan-
dum Gen. xliv surge et persequere
viros et apprehensis dicite quare
reddidistis malum pro bono etc.

Sustentacio multiplex est
humilitatis Jer. xvi spiritus
meus sustentat imbecil-
litatem nostram Item pietatis Eccl.
iii bonum est te sustentare iusti
et hoc pertinet ad activos Item cari-
tatis Isa. l dedit mihi dominus lin-
guam ut sciam sustentare eum
qui lapsus est verbo et hoc pertinet
ad prelatos Item paciencie Mat.
iii fratres mei modico me dolore
sustentate sustinento mecum (?)
esse sunt Item zeli et ardoris
divine amicicie et hoc signatum
in hoc quod aaron et hur sustentabant
manus moisi dum orabant
et hoc pertinet ad contemplativos etc.

Sustinencia duplex est pru-
dencie Job xxi sustinete
me et ego loquar Item pa-
ciencie Job vi que est fortitudo
mea ut sustineam Eccl. i usque
in tempus sustinebit paciens et
Baruch iiii filii paciencie susti-
nete iram que super venit venit
vobis Item iusticie ps. si iniqui-
tates observaveris etc. Item tempta-
cionis in misse Mat. xxvi susti-
nete hic et vigilate mecum Item
amicicie Eccl. xxii si mala mi-
chi evenerit per illum sustinebo Item
perseverancie Mat. xxiv qui autem
usque in finem sustinuerit hic
salvus erit Item penurie prov.
xxviii qui decepit deprecantem (?)
sustinebit penuriam et xxviii per-
multi tenentes sustinuerunt
dispendia et xix qui impaciens
est sustinebit dampnum Item
iniquitatis culpe Dan. xiii sed
non filia iuda sustinuit iniqui-
tatem vestram Item iudicialis
sive Joelis ii magnus enim dies
domini et terribilis valde et quis susti-
nebit eum Item voluntatis di-
vine ps. viriliter et sustine dominum (?) etc.

Et nota hic quod sustinendus est dominus
quia adiuvat et protegit ps. anima
nostra sustinet dominum quia adiutor
et protector noster est. Item quia tri-
buit salutem ps. xxiv salvabit
nos iste dominus et sustinuimus eum.
Item quia sustinens bonam socie-
tatem acquirit ps. innocentes
et recti adheserunt michi quia sustinui te. Et
non solum hoc quod sustinetur dominus
sed cum virilitate ps. viriliter age
et confortetur cor tuum et sustine dominum.
Item cum humilitate Eccli. ii deprime
cor et sustine. ro. autem ibi ponitur
ubi dicitur ve vestris qui perdiderunt
sustinentiam. Item malorum
et tollerantiam. Act. viii ecce tri-
duo sustinent me etc.

Suscipit deus suscipit ho-
mo. Circa susceptione dei
dei nota quod suscipit a peccato
residentes Ier. iii tu autem forni-
cata es cum multis amatori-
bus tamen revertere et ego recipiam
te. Item innocentes ps. me autem
propter innocentiam suscepisti. Item duo
sentientes Is. lii exite inmundum
suscipiam illum. Item humilitate
sectantes prov. xxix humilem spiritu
suscipiet gloria. Item iustitiam
apprehendentes qui continens
est. Eccli. xv qui continens est iustitie
apprehendet illam et post re mu-
lier a virginitate suscipiet il-
lum. Item sapientiam exquiren-
tes Eccli. iiii sapientia filiis suis vitam
inspirat et suscipit exquiren-
tes se. Item orantes ps. exau-
divit orationem meam dominus orationem
meam suscepit. Circa secundum nota quod suscipit
deus miserando Luc. i suscepit
israel puerum suum etc. Item caput
mentis absumpta erigendo ps.
tu autem domine susceptor meus
es. Item a voluntate contraria
liberando Sap. ii si enim est verus
filius dei suscipiet eum et libe-
rabit eum de manibus contrariorum.
Item a temptatione hic procedente
ps. protector meus et cornu salutis etc.

Item in filium recipiendo ps. exalta-
bo te domine quoniam suscepisti me. Item
ad statum perfectionis adducendo Ez.
xx in odorem suavitatis susci-
piam te. Item glorificando Is.
xli confortavi te et auxiliatus
sum tibi et suscepit te dextera
iusti mei. Et ps. dedisti michi protectio-
nem salutis et dextera tua sus-
cepit me. Item est susceptio ho-
minis et hec multiplex quia est
susceptio divine legis Iob xxii
suscipe ex ore illius legem. Item
doctrine salvantis Eccli. vi inclina
aurem tuam et suscipe verba intel-
lectus et li. suscipiat anima vestra
disciplinam. Item divini timoris
Prov. i mane consurgent et non in-
venient me eo quod exosam habu-
erint disciplinam et timorem
domini non susceperint. Item nunc
divine bonitatis ps. suscepimus
nos deus misericordiam tuam. Item
voluntarie tribulationis Iudith
viii. Illi autem qui temptationes
non susceperunt et impatientiam suam
et improperium murmurationis sue con-
tra dominum protulerunt exterminati sunt.
Item patrie debilitatis Eccli. iii
fili suscipe senectam patris et non
contristes eum in vita illius.
Item crudelitatis ps. susceperunt
me sicut leo paratus ad predam. Item
hospitalitatis Tho. vii suscepit
eos raguel cum gaudio et Iudith
vi finito consilio ozias suscepit
eum in domo sua et fecit cenam
magnam etc. Requiem.

Suspensio est duplex peccatorum
et iustorum. Et nota circa primum
quod suspenduntur peccatores propter
peccatum gule Gen. xl tres adhuc
sunt dies post quos auferet
pharao caput tuum et suspendet te
in cruce. Item propter peccatum luxurie
vivificator. Eze. xxxvii. emit-
tam spiritum in vos et vivetis et
post hoc. Eph. ii. deus qui dives
in misericordia propter nimiam caritatem
qua dilexit nos cum essemus
peccatis mortui vivificavit nos
Christo. ¶ Contra vero maculam mun-
dator. Ysa. iiii. omnis qui re-
lictus fuerit in syon et residuus
etc. et sequitur si sanguinem ierusalem
laverit de medio eius in spiritu
iudicii etc. et Ro. xv. audacius scripsi
vobis fratres sanctificatus evangelium dei
ut fiat oblacio gentium accepta
deo et sanctificata in spiritu sancto
¶ Item datur ut innovator contra
vetustatem peccati de qua Eph. iiii.
deponite vos secundum pristinam conversa-
cionem veterem hominem
qui corrumpitur secundum desideria
erroris renovamini autem spiritu men-
tis vestre et induite novum hominem

etc. Ps. emitte spiritum tuum etc. Eze. xxx-
vi. dabo vobis cor novum etc. et spiritum
et spiritum novum ponam in medio vestri.
¶ Item contra servitute datur ut
liberator. Ro. viii. lex spiritus vite
in Christo liberavit me a lege peccati
et mortis. ¶ Item confessione autem
datur ut eruditor. Sap. i. spiritus
domini replevit orbem terrarum. ¶ Item
in penitencia datur adiutor. Ysa.
xl. quis adiuvit spiritum domini aut
quis consiliarius eius fuit. ¶ Item
in satisfactione datur ut auxi-
liator. Ro. viii. spiritus adiuvat infir-
mitatem nostram nam quid oremus
sicut oportet nescimus sed ipse postu-
lat pro nobis gemitibus inenarra-
bilibus. Pro. xviii. spiritus viri susten-
tat imbecilitatem suam. Ysa. xliiii.
effundam spiritum meum super semen tuum
et benediccionem meam super stirpem
tuam et germinabunt inter herbas
sicut salices iuxta preterflu-
entes aquas unde glosa Augustini
dicitur sub tipo ¶ anime incipien-
tis que debet concipere illum
spiritus sanctus superveniet in te etc.
¶ Anime proficienti datur aliis quinque
modis nam profectus anime aut
est in opere boni aut in substancia
mali. ¶ Est ergo spiritus sanctus in opere
boni inflammator ne torpeat
et infrigidetur anima ad bonum.
Luc. xii. ignem veni mittere in
terram etc. et quid volo nisi ut ad
[...] ad bonum. Ro. v. caritas dei
diffusa est in cordibus nostris etc.
¶ Item est ductor. Ps. spiritus bonus
deducet me etc. Eze. xxxvi. spiritum
meum ponam in medio vestri et
faciam ut in preceptis meis am-
buletis. Sap. xviii. ignis arden-
tem columpnam habuit ducem ignote
vie. ¶ Item est roborator ne defi-
ciant. Eph. iii. flecto genua ad
patrem domini nostri Ihesu Christi ex quo
est omnis paternitas in celis et in
terra nominatur ut det vobis secundum
divicias glorie sue virtute corroborari
per spiritum eius in interiori homine in caritate

radicati et fundati etc. ii ad Thi.
non enim deus dedit nobis spiritum
timoris sed virtutis et dilectionis et
sobrietatis. Item in malis persi-
nendis datur ut defensor ne
succumbat. Judicum xiiii. Irruit
spiritus domini in Sampson et dilacera-
vit leonem. Item datur ut
consolator. Ne domine spiritus tuus
in nobis. Ecc. xxiiii. Spiritus sup-
er mel dulcis sic et Symeon commis-
tus et commoratus corpori suo sim-
plex accipiat a spiritu sancto consola-
tionis etc. Ro. xiiii. Iusticia et
pax et gaudium in spiritu sancto. Et Act.
ix. Edificabatur in timore domini
ambulans in consolatione spiritus
sancti replebatur. Ex fructibus autem dat-
ibus quoque modis qui perfecte ac
consistit in fructibus. Primum est
firmitas et perseverancia in bono
et quantum ad hoc datur ut confirme-
tur. Ps. Verbo domini celi firmati sunt
et alibi spiritu principali confirma me. Secundum
est cognicio archanorum celestium
et quantum ad hoc datur primo ut
illuminator quia aliqua obumbra-
tum pervenire. Item revelator quia
aliquid cogit quod est super se. Item
ut relator monstrando et osten-
do ei celestia secreta. De primo
dicitur Ecc. xxxvi. Miserere nostri
domine deus et respice in nos et osten-
de nobis lucem miserationum tuarum.
Is. xxxii. Tenebre et palpebre
facte sunt super speluncas usque
in eternum gaudium onagrorum pas-
cua gregum donec effundatur
super nos spiritus de excelso simple
ad illuminandum nos etc. Sap. il-
lustrans universa in tenuitate per-
git spiritus. Eph. i. Deus domini no-
stri Ihesu Christi det nobis spiritum sapie-
ncie et revelationis in agnitione eius
et illuminatos oculos cordis ve-
stri. ii ad Cor. iii. Nos revelata fa-
cie gloriam dei speculantes in ean-
dem ymaginem transformamur
a claritate in claritatem tamquam
a domini spiritu. Sap. ix. Sensum autem

tuum quis sciet nisi tu dederis sapien-
ciam et miseris spiritum tuum de altissimis
hebes in secretis efficitur. I Cor. ii. No-
bis revelavit deus per spiritum suum. Spiritus
enim omnia scrutatur etiam profun-
da dei. Ezech. viii. Elevavit me spiritus
inter celum et terram et adduxit me
in visione dei. Item assumpsit me
et audivi post me vocem mag-
nam commotionis magne. Bene-
dicta gloria domini in loco suo. Et in-
gressus est in me spiritus postquam
locutus est michi et statuit me
contra pedes meos. De tercio Io-
h. xiiii. Paraclitus quem mittet
pater in nomine meo ille vos do-
cebit omnia. Et xvi. Non loquetur
a semetipso sed quecumque audiet
loquetur et que ventura sunt
annunciabit vobis. Tercium est bo-
norum eternorum acceptio. Et quantum
ad hoc datur ut glorificator. Apo-
c. xiiii. Audivi vocem de celo dicen-
tem michi scribe. Et Eph. i. Signati estis
spiritu promissionis sancto qui est pig-
nus hereditatis nostre in redem-
ptione. Vel dic quod bonus est pro
credentibus sed hoc quantum ad spe-
ciem active vocationis contem-
plative veritatem doctrine per-
fectionem iusticie. Quantum ad spe-
ciem active bonus bonis est inno-
centibus peccantibus penitenti-
bus. Quantum ad vocationem contem-
plative bonus est pugnantibus
operantibus proficientibus oran-
tibus et contemplantibus. Quantum
ad veritatem doctrine bonus est
predicantibus. Quantum ad perfectionem
iusticie bonus est presidentibus.
Quantum ad exercicium active inno-
centibus et hic baptisando
ad erudiendum a servitute dya-
boli. Act. i. Vos autem baptisamini
spiritu sancto. Item signando ad
ostendendum quod homo fit filius
dei. Eph. i. In quo signati estis
spiritu promissionis. Apoc. vii. Noli-
te nocere etc. Item edificando ut
anima sit templum dei. Eph. ii.

in quo nos edificamini in habitacu-
lum dei in spiritu sancto ad Cor.
nescitis quia templum dei estis etc.
Item incorporando ut anima sit
membrum dei vel Christi ad Cor. xii
omnes vos in uno spiritu unum membrorum
sumus in Christo Item bonus est peccan-
tibus et hoc vivificando terram conferendo
Gen. i spiritus domini ferebatur super
aquas id est peccatrices animas
super quas sedet anima meretrix scilicet
iniquitas Apoc. xvii Item ar-
guendo Ioh. xvi cum venerit spiritus
arguet etc. Item ad penitenciam ex-
citando Sap. xii bonus est spiritus
Item adducendo Ro. ii an ignoras
quod benignitas dei et spiritus
sanctus ad penitenciam te adducit Item
est bonus penitentibus sordes
peccatorum abluendo Ys. iiii si ablu-
erit deus sordes filiorum Syon et sa-
nguinem eius lavit in spiritu iudicii
et spiritu ardoris spiritu iudicii dicitur
inquisitum incutit timorem se-
veritatis set de spiritu ardoris incitum
excitat ad amorem bonitatis
Item in peccato inveteratos inno-
vando Ps. emitte spiritum tuum etc.
Item mortuos id est obstinatos
vivificando Ioh. vi spiritus est qui
vivificat Ezech. xxxvii a quatuor
ventis veni spiritus Item adnich-
ilatos per desperacionem creando Iudit.
xvi misisti domine spiritum sanctum tuum etc.
Item bonus est equitum ad vo-
cacionem contemplative pugna-
tibus et hoc ad animositatem agen-
do Luc. iiii agebatur ille spiritu unde
fito tres eum eum non dent tunc
quia qui spiritu dei aguntur hii fi-
lii dei sunt Item armatura
ad sustinendum induendo Luc. ulti.
sedete hic in civitate quousque
induamini virtute ex alto etc. et hic
scuto fidei in munimentum pectoris
vel cogitacionis Item arma-
tura pedibus in munimentum affectionis
unde calciati pedes etc. Item ga-
leam salutis in munimentum ca-
pitis id est intencionis Item arma-
tura manus s. gladio in muni-
mentum operacionis Item lorica
iusticie in munimentum qui sacra-
mus Item ad resistendum insilen-
cio i Reg. xi de Naas obsidente ci-
vitatem Iabes quod amicitiam
fuisset Sauli insilit spiritus domini
in eum etc. et resistit et devicit
Naas Item ut conferat forti-
tudinem vincendo Iudicum xiiii
de Sampsone in quem irruit
spiritus domini et dilaceravit leonem
et philisteum expugnavit et vincula
rupit Item est bonus operanti-
bus et hoc est carnem mortificando
ad Ro. viii si spiritu facta carnis mor-
tificaveritis vivetis Item spiritus
fructificare faciendo Galat. v fruc-
tus autem spiritus caritas Item gusta-
cionem ab omnibus superfluis con-
cedendo Phil. iii non sumus circum-
cisio qui spiritu deo servimus et gloriamur
in Christo Item voluntatem stabilien-
do cum deo quod signatur Ezech. ii ingres-
sus est in me spiritus domini et statuit
me super pedes meos id est stabilem
facit affectionem meam Item bonus
est spiritus pacientibus et hic desola-
tos consolando qui pre gemunt ex
subtractione delectabilium unde
Act. ix quod ecclesia edificabatur
in timore ambulans et consola-
cione spiritus sancti Item tribulatos
letificando quod factum est Thessalonicensibus
ait commendans eos apostolus dicit
in prima imitatores nostri facti estis
et deo excipientes verbum in tribula-
cione multa cum gaudio spiritus
sancti Item infirmos corroboran-
do Ro. viii spiritus adiuvat infir-
mitatem nostram ad Ephes. det
nobis deus per spiritum eius corrobo-
rari Item oppressos liberando et
manu mittendo quia ubi spiritus
dei ibi libertas ii ad Cor. iii Item
bonus est proficientibus impregnan-
do Mat. i quod in ea natum est de spiritu sancto
est Maria prius concepit Christum
mente quam carne et apostolus Ephes.
in Christum per fidem habitare in cordibus

nitis nam sicut mali a spiritu ma-
ligno concipiunt dolorem et pariunt
iniquitatem Ysa. illud Ps. concepit do-
lorem et peperit iniquitatem ita boni a spiritu divino
salutem Ys. xxvi a timore tuo
domine concepimus etc. Item inflammando
affectum Luc. xii ignem veni mit-
tere in terram id est spiritum sanctum qui datus
est in specie ignis unde et de illis in
quibus diffusa est caritas per spiritum
dicitur Ro. xii spiritu ferventes Item im-
pellendo ad perfectum quod signatum est
Ezech. i ubi dicitur quod ubi erat impe-
tus spiritus etc. unde et Maria postquam
concepit de spiritu ascendit ad monta-
na Item deducit ad perfectum Ps.
spiritus tuus bonus deducet me in ter-
ram Item quantum ad vocacionem
contemplative bonus est spiritus
meditantibus et hoc revelando
occulta credendorum i ad Cor. ii hoc
sacramentum fidei nostre absconditum
a seculis quod nemo principum huius
seculi cognovit nobis autem reve-
lavit deus ~~per spiritum sanctum~~ per spiritum sanctum
Item docendo ignota operandorum
unde Joh. xvi dicitur enim venit paracli-
tus etc. Item scrutari faciendo
profunda misteriorum i Cor. ii spiritus domini
omnia scrutatur profunda etc. scrutari
facit etc. Item testificando pro-
missa premiorum Ro. viii ipse enim
spiritus testimonium reddit spiritui nostro
quod filii dei sumus quia si filii dei
heredes ut et hereditatem possideamus
sonarum dei Item bonus est spiritus
orantibus quo ad affectum in quo i-
uvunt reverencia divine maiesta-
tis ad ipsam adorandam et honoran-
dam unde Joh. iiii veri adoratores
adorant patrem in spiritu et veritate
Item munificencia bonitatis per
quam eructat in gratiarum accione Luc.
i Zach. repletus spiritu sancto prophetavit
dicens benedictus dominus deus
Israel Luc. i Item ad habundanciam
devocionis Ps. flabit spiritus eius
et fluent aque Item noticia vir-
tutis ut discere petatur docens et
optimum nam quid velimus nostro

hic spiritus postulat pro nobis id est pos-
tulare nos facit Ro. viii Item
bonus est contemplantibus et hoc
elevando ad aspectum latitudinis
veritatis Apoc. xxi sustulit me
in spiritu in montem altum et mag-
num Item inspirando intelligenciam
et hic est quod Stephanus plenus gratia
spiritus sancti intendens in celum
vidit gloriam dei Act. vii et intel-
ligens exclamavit dicens ec-
ce video etc. Item transformando
in amorem veritatis ii Cor. iii
nos revelata facie gloriam dei
speculantes in eandem ymagi-
nem transformabimur a claritate
in claritatem tamquam a domini spiritu a-
moris est transformare aman-
tem in amatum Item reficiendo
per gustum dulcedinis veritatis Eccl.
xxiiii clamat dei sapiencia transite
ad me omnes qui concupiscitis me
et a generacionibus meis adimplemini spiritus enim super
mel dulcis Item est bonus predi-
cantibus quia facit loqui fiducialiter
absque tepiditate unde et missus
in specie ignis Act. ii Item confidenter
absque pusillanimitate Act. iiii
repleti sunt omnes spiritu sancto et cepe-
runt loqui cum fiducia Item multipliciter quantum ad capti-
vitatem auditorum diversitate et io
dicitur Act. ii quod ceperunt loqui variis
linguis Item utiliter ad devocionem et
edificacionem Ys. lxi spiritus domini super
me eo quod unxerit me etc. Item quantum
ad prelatos iusticie bonus est presiden-
tibus quia confert auctoritatem ad
peccata remittenda Joh. xx accipite
spiritum sanctum quorum remiseritis etc. Item
sapienciam ad iudicandum Ys. xlii
posui spiritum meum super eum et iudi-
cium proferet Item spiritum mansue-
tudinis ad supportandum sicut
Nu. xi dicit deus Moisi applica de se-
nioribus populi Israel et dabo eis de
spiritu qui in te est ut supportent
onus populi tecum spiritus Moisi spiritus
mansuetudinis erat ut patet
Nu. xii erat Moises mansuetis-
simus etc. Item ornatum sanctitatis

ad informandum Job xxvii spiritus
dei ornavit celos sed non quod sicut
bonus est credentibus sic suavis est
experientibus Eccl. xx spiritus
meus super mel dulcis etc. Et hinc
est quod legitur in mitra datus Joh. xx
et de celo missus Act. ii primo inex-
plicatum bonitatis secundo inex-
plicatum suavitatis multiplices
sunt effectus ut dicitur Sap. vii omnium
artifex docuit me sapientia est enim
in illa spiritus intelligencie sanctus
unicus multiplex subtilis
disertus mobilis incoinquinatus
certus et hii octo effectus ordinant
hominem ad deum. Sequitur sua-
vis amans omne bonum actum
acutus quem nichil vetat benefacere
humanus benignus stabilis certus
securus habens omnem virtutem
omnia prospiciens et qui capiat omnes
spiritus intelligibiles et hii omnes ef-
fectus vii enim ordinant hominem
ad proximum. Sequitur mundus sub-
tilis et hii ordinant hominem ad se
ipsum. Decimus ergo dicamus quod spiritus
dicitur sanctus eo quod a bonis extremita-
te nostram sanctificat voluntatem
Zophonias i in igne zeli mei etc. Et hinc
est quod apostolus dicit graciam sibi da-
tam ut sit minister Christi Jesu et fiat
oblacio gencium accepta et sancti-
ficata in spiritu sancto Ro. xv. Item Nota ad peccatores
unicus quia ad unitatem redu-
cit nostram intencionem Eph. iiii soli-
citi servare unitatem spiritus. Item mul-
tiplex quia multiplicat affectionem
nostram videmus Job xi utinam
ostenderet tibi deus secreta sapientie sue
et quia multiplex sit lex eius
id est spiritus sanctus secundum quod dicitur Ro. viii
lex spiritus vite liberavit me a lege
peccati et mortis. Item subtilis quod
subtiliat nostram discrecionem ut
sciat omnia discernere i Joh. ii vos ab
unccione habetis a spiritu sancto. Item
quia disertus in locucione Act.
ii repleti sunt etc. et ideo dicitur in Act.
cum steteritis ante reges et presides etc.
Item mobilis in operacione quia

monet ad operandum ideo dicitur Joh. xiiii
suggeret omnia etc. Item incoinquinatus
a natura in consideracione et ideo desig-
natur per nimium splendorem proceden-
tem de sede dei et agni in equalita-
te patris et filii Apoc. xxii. Item certus
quia nos facit certos in tribulacio-
ne de promissione beatitudinis et ideo
dicitur pignus ii ad Cor. i dedit
nobis pignus spiritus in cordibus
nostris. Hec sunt experiencia sua-
vitatis ordinancia nos ad deum.
Sunt et alia ordinancia nos ad
proximum que penes quatuor car-
dinales virtutes distinguuntur. Quan-
tum ergo ad actus iusticie dicitur
suavis amans bonum actum
acutus humanus benignus iusticia
enim exhibet unicuique quod suum est
quia ergo quidam sunt facientes
motus iusticie erga ipsum proximum
est suavis quia docet suaves
esse ii ad Cor. vi in omnibus exhibea-
mus nos etc. et post in supportacione
et suavitate in spiritu sancto. Item quidam
bona agentes et quo ad hos dicitur actu
amans quia facit nos diligere
bona proximorum Ro. v caritas dei
diffusa est in cordibus nostris per spiritum
sanctum caritas enim bonum alterius di-
ligit ut suum i Cor. xiii caritas
autem non emulatur non agit perperam.
Item quidam sunt peccantes et quan-
tum ad hoc et ad hoc dicitur acutus
per zelum Apoc. i dicitur quod ex ore
dei procedit gladius ex utraque
parte acutus ob patris est filius gla-
dius a quo ipso sicut a patre procedens
spiritus sanctus qui ad modum gladii di-
vidit a bonis carnali affectione
Matth. x non veni pacem mittere sed
gladium sed quis zelus est qui non
est secundum scienciam Ro. x ideo adiungitur
quod nichil vetat bonum facere ad inve-
niendum quod ita zelus debet temperari quod bo-
num non valeat impedire. Item quidam
sunt penitentes et quantum ad hos dicitur
humanus in compaciendo Gal. ultimo
si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto
vos qui spirituales estis etc. Hic quod ipsius spiritu

sancto plenus dicit .i. ad Cor. iiii. Vul-
tis in virga veniam ad vos an in
spiritu mansuetudinis .i. kari-
tatis. Item benignus est indulgen-
do. Ephes. iiii. Estote invicem beni-
gni misericordes etc. Hii sunt effectus
quantum ad actus iusticie. Item quantum
ad actus fortitudinis dicitur stabilis
certus securus omnem habens virtutem
stabilis quia stabiles facit quos
replet ut non possint per blandicias
inclinari. Unde ipse dicebat Ps. Spiritu prin-
cipali confirma me. Hebr. xiii. Opti-
mum est gratia etc. Item certus quia
certificat nos ita quod non possumus
decipi per fallacias diaboli. Ideo
dicitur .i. Joh. iiii. Nolite credere omni
spiritui sed probate spiritus etc. Item securus
quia facit hominem quasi leonem
absque terrore in tribulatione. Cuius
exemplum habemus in Paulo Act. xxi. cum
diceretur per spiritum prophete quod ligaretur
in Ierusalem non solum inquit solum
ligari. Item habet omnem virtutem
faciendo nos invincibiles per pacien-
ciam. Ps. Verbo domini celi firmati sunt et spiritu
oris eius omnis virtus eorum quia omnes
penas superant et contempnunt. Et hoc
exemplum ad actus fortitudinis.
Item quantum ad actus prudencie
dicitur spiritus scilicet omnia prospiciens
et qui omnes capit spiritus intelligibi-
les. Prudencia enim duo considerat
fines actuum et circumstancias ac-
tuum. Quantum ad primum dicitur spiritus
spiritus omnia prospiciens quia nos
facit per prudenciam fines actu-
um sive bonorum sive malorum pro-
spicere vel considerare ut sic queramus
gaudia et vitemus supplicia. Unde
est quod in laudibus Isaie dicitur Eccli. xlviii. Spiritu
magno vidit ultima. Item quan-
tum ad secundum dicitur capiens omnes
spiritus intelligibiles quia imprimit
in nobis et intellectum continet circum-
stancias omnium accionum ut sciamus
quo tempore quo loco quo ordine omnia
facere debeamus. Exo. xxxi. Imple-
vi Beseleel spiritu intelligencie ad
cogitandum quicquid fabre invenire

et in auro et argento et ere et mar-
more. Spiritus sapiencie dicitur quantum ad ele-
ccionem, spiritus intellectus quantum ad execucionem,
spiritus scientie quantum ad mali vitacio-
nem. Hec enim tria sunt prudenti-
e necessaria: sapiencia eligendi, intelligen-
cia exequendi, cautela precavendi.
In auro intelligitur perfectio religio-
sorum ratione preciositatis, in argento
doctorum ratione sonoritatis, in ere cle-
ricorum ratione durabilitatis, in la-
pide laicorum ratione simplicitatis.
In quibus omnibus dat iste spiritus
intelligenciam cum circumstanciarum ad
perfectorum operacionem. Et hii sunt. Quantum ad
actus temperancie dicitur mundus et sub-
tilis quia nos mundat per gratiam
cohibendo illicitos motus luxu-
rie et castrimargie. Et hic est primus
actus temperancie. Ezech. xxxvi. Effun-
dam super vos aquam mundam etc.
Aqua ista spiritus est. Joh. vii. Qui
credit in me flumina de ventre eius
fluent etc. Hoc autem de spiritu dicit.
Item subtilis dicitur quia facit
nos subtiliter inspicere in omnibus
ne sub specie necessitatis intrat
pedisequa delectacio voluptatis. Et
hoc est quod dicitur Eccl. i. Lustrans univer-
sa in circuitu pergit spiritus ne ali-
cubi immisceat se voluptas
luxurie et castrimargie. Et hic est
secundus actus temperancie scilicet discernere
inter necessitatem et voluptatem et pre-
ciositatem et superfluitatem. Et hec duo
plenius ordinat hominem spiritua-
liter ad septem. Quia ergo hec omnia
operatur omnes unus atque idem
spiritus merito exclamare possumus
quam bonus et suavis est spiritus.
Item est spiritus malus et hic est
septiformis. Primus est fornica-
cionis. Osee v. Non dabunt cogita-
ciones ad domum suam quia spiritus
fornicacionis in medio eorum.
Secundo spiritus immundicie sermo gu-
le. Apoc. xvi. Vidi de ore bestie
et de ore pseudo prophete exire spiritus
malignos in modum ranarum.
Tercius est spiritus angustie sive

angelice Exo vij narrant omnia
moysi qui eis aquiescunt ayt an-
gustiam spiritus Quartus est spiritus tene-
brarum sive ire Isaie xix Et pugna-
bit contra fratrem suum et vir contra
amicum suum et sequitur disrumpetur
spiritus Judicum ix misit dominus
spiritum pessimum inter abymelech
et habitatores sichem Quintus est spiritus
malicie sive invidie i Reg xvi
invasit spiritus dei malus saul
Sextus est spiritus mendacii vel super-
bie iij Reg ultimo ero spiritus men-
dax in ore prophetarum ad decipiendum
achab qui volebat ascendere in
ramoth galaad Ramoth excel-
sum dicitur galaad acervus testi-
monii quod est adulacio vane lau-
dis Septimus et ultimus est spiritus in-
firmitatis sive accidie unde Luc
de muliere que habebat spiritum inf-

Spina multiplex in malis est
divine iusticie ad pu-
niendum Eze xxviij quibus ne
dabit spina et veprem Item vitu-
dinis nature post quam lapsus sum in
carne mea datus est spina Item
operacionis bone Osee ij dabo in so-
litudine notatur religio per
deserta celsitudo contemplacionis per
spina bonorum operum rectitudo Item
clausure spiritualis Eccli xxviij se-
pi aures tuas spinis Item tribula-
cionibus Osee ij sepiam vias tuas
spinis Item male societatis Can-
tica ij sicut lilium etc Item culpe origi-
nalis Joel iij fons de domo domini
egredietur et irrigabit torren-
tem spinarum Item culpe actua-
lis mortalis Nu xxxiij preva-
ricatores velud spine evellentur
Item culpe venialis Gen iij spi-
nas et tribulos germinabit tibi etc

Spoliacio multiplex est pro-
veniens ex cautela Exo
xxxij videns moyses
populum quod nudatus esset spoliaverat
eum enim aaron Item Isa iij po-
pulum meum exactores sui spoli-
averunt Item ex sugestione Joel i
nudans spoliavit eam Item ex
voluntate iniqua Job xix spo-
liavit me gloria mea etc Item ex
violencia Job xxiiij vim fecerunt
depredantes pupillos et vulgum
pauperem spoliaverunt etc

Statera est divine sapiencie Prov
xvi pondus et statera iudi-
cia domini sunt Item iusti-
cie Job xxxi Si festinavit in
dolo pes meus appendat me
in statera iusta Item pene Job
vi utinam appenderentur peccata mea
et calamitatis quas pacior in
statera Item prudencie Eccli xx-
viij verbis facito stateram et xxj
verba prudencium statera
ponderabuntur Item avaricie
Osee xij chanaan in manu eius
statera dolosa Michee vi numquid
iustificabo stateram dolosam etc

Stare scilicet tota quod stare est gre
i Pet v contestans hanc
veram esse graciam in qua
statis Et notandum quod aliter stant sim-
plices aliter officiales Sim-
plicium quadruplex est status
status innocencie prime iusticie
et perstancie quod stare per graciam sit
in nocencie patet Dan i ubi pre-
cepit rex introduci pueros in
quibus nulla esset macula ut
possent stare in conspectu regis
pueri innocentes sunt qui stant
integra et hoc fit mediante theologi-
ca virtute fide spe et caritate De
primo Ro xi qui propter incredulitatem
fracti sunt rami tu autem fide
stas Glosa non est meritum sed fidei be-
neficium ij Cor i coadiutores
sumus gaudii vestri nam fide sta-
tis De secundo Ro v stamus et glo-
riamur in spe filiorum dei spe superne cla-
ritatis erecti stamus quasi ancora
[illegible] De tercio Isa vi sera-
phim stabant super illud i. gau-
dentes caritate ardentes Joh
iij amicus sponsi stat et gaudio
gaudet Item quod stare per penite-
nciam figuratur Gen xxxvij quod vidit

iacob scalam stantem scala pe-
nitencia cuius sunt tres gra-
dus contricio confessio et satisfactio. Ipsa
enim commendatur in magdalena
Luc. vii stans retro secus pedes
etc. Secundo commendatur in illis
de quibus dicitur quod steterunt co-
ram domino confitentes peccata sua
Tertio commendatur in zacheo de quo
dicitur Luc. xix stans autem zacheus
ait Ecce dimidium bonorum meorum
do pauperibus. Item stant iusticiam
exercentes ad similitudinem dei et illi stant
per temperanciam fortitudinem
et prudenciam. Primum commendatur
Ier. xxxv in rechabitis volentibus
bibere vinum ablatum eis propter quod dictum
est eis non deficiet vir de stirpe
ionadab filii rechab stantis in
aspectu meo. Secundum in discipulis
Luc. xxi vigilate ergo prudencia
orantes ut digni habeamini fugere omnia ista
que ventura sunt et stare ante
filium hominis. Tertium in matha-
thia filiis eius qui constanter
fecerunt pro patriis legibus. Item
est stare pro sanctorum Ier. xv ubi in-
ritum et ubi sum tu. Et huius
modi stare est per triplicis voti
observanciam scilicet obediencie casti-
tatis et paupertatis. Primum signatur
Tob. ubi dicitur egressus tho-
bias invenit virum stantem sple-
dissimum precinctum. Secundum figura-
tur iii Reg. i queramus domino nostro
regi virginem adolescentulam
que stet coram eo et ministret ei.
Tertio legitur Exo. iii solve cal-
ciamenta de pedibus tuis locus
enim in quo stas terra sancta
est. Item standum est in gratia cum
tu admissa officialium et hoc
secundum quatuor genera officia-
lium qui sunt presidentes iudi-
cantes et ministrantes. Stant igitur
presidentes iuxta illud Prov. super
speculum domini ergo sum stans
iugiter. Secundo quod debent stare
presidentes per iusticiam Eccli. fili
accedens etc. Item per prudenciam Eccli.
xx sta in testamento tuo. Abacuc
ii Super custodiam meam stabo.
Item presistendi virtute Ephe. vi
induite vos arma dei etc. stare
eadem est predicantium consignatur
Apoc. viii et vidi septem ange-
los stantes in conspectu domini
et date sunt eis septem tube an-
geli qui sunt nuncii sunt pre-
dicatores qui sunt missi ad pre-
dicandum quomodo enim predicabunt nisi
mittantur. Tuba officium predica-
toris significat. Osee viii sit tuba in
gutture tuo. Dicuntur autem sep-
tem habere tubas quia universis
et singulis predicatoribus sunt septem
necessaria que officium eorum infor-
mant. Primum est quod sint bone
vite quod significatur in tuba que enea
est apte sonantis iuxta
illud Apostoli castigo corpus meum
et ix vivo quasi tuba exalta vocem
tuam etc. Item ut sint sane
doctrine Ier. xxvi sta in atrio do-
mus domini domus dei est ecclesia triumphans
atrium ecclesia militans et lo-
queris universos sermones quos
ego mandabo tibi adimplere et
Deut. v tu vero hic sta
mecum et loquar tibi omnia
que docebis eos. Qui dicat
aliunde non debes docere. Ite-
rum ut habeat zelum dei Exo. xxxii
stans moyses legislator id est
predicator in medio castrorum
id est secularium mundanorum ait si
quis est domini iungatur mihi si quis
dicit in singulari quia pau-
ci erant. Ponat vir gladium
super femur suum occidendo
vitia. Primo vicia maxime
carnalia que nocent in fe-
more et post in aliis sequitur
et occidat vir unusquisque fratrem
suum amicum et proximum. Item
ut sit magnanimus in adver-
sis Act. iv stabitis ante reges
et presides. Act. v angelus domini
per noctem aperiens ianuas car-
ceris educens eos dixit ite

stantes loquuntur in templo ora
cula mittebant. Item ut sit tre
pidus in propriis exemplo Dan
iel cui dicitur Dan x Daniel vir
desideriorum intellige que loquar
tibi i. ostenditur qui deside
ras salutem populi vel qui desi
deras audiri vel pro videl pa
liis qui etiam est mutata pro
speritate quod dicitur quinta ad reg
quem etiam rex voluit spo
lia ingratibus hec intelliam
sepcime tu inquam talis sta in
gradu tuo recordare professionis
tue et sequitur quod stetit tremens
Item ut sit imitator eminentis
divine passionis Ecclesiastici
xl stat pontifex super gradum
ligneum etc. qui singulari imi
tatione divine passionis altio
rem ceteris facit ymmo eo ipso in
eo predicat verbum dei qui si non
facit non dum gradu ligneum
unde aliis pervenerat ascendit
unde necesse est ut crepida eru
bescens que ipse non fecit aliis
facienda predicet. Item ut sit
aptus cum acceptione personarum
Ie vii sta iuxta domum domini et predica
ibi verbum dei et dic bonas faci
te vias vestras qui stat iuxta
ianuas est illis qui deforis sunt
et qui intus Luc v stetit ihesus
in medio discipulorum suorum Act
xxvi auxilio dei adiutus
usque hodie etc. Item est stare
iudicativum sive confessorum qui
ad exemplum summi iudicis ali
os iudicare debent. istud ysa iii
stat ad iudicandum deus etc. qualiter
ad stare debeat dicitur Eccl xliiii in
verbis stabunt sancti ad iudicium
et non deficient in vigiliis suis
Item est stare ministrum quod perti
net ad procuratores qui signatur
per martha que stetit et ait domine
non est tibi cure etc. Luc x. Perfecto
autem huius misterii signatur
in abraham. Gen xviii ubi
dicitur quod abraham vidit an

gelus stantes quos et pavit et
stetit iuxta angelos comedentes etc.

Stabilitas multiplex est
constancie placationis et glorie
Stabilitas constancie habetur
per innocenciam Job xi si iniqui
tatem que in manu tua est ab
stuleris eris stabilis et non time
bis. Item per operum multitudinem
prima Cor xv. Itaque fratres mei
dilecti stabiles estote et immo
biles habundantes in omni opere
semper. Item per prudenciam
Prov iiii dirige semitam pedi
bus tuis et omnes vie tue stabi
lientur. Item est stabilitas p
lacationis quo dicitur perhennitatem
tatem. Gen xlix Ioseph qui na
tus est homo princeps fratrum fir
mamentum gentis rector fratrum
stabilimentum populi et per sapienciam
Sap vi sapiens rex stabilimen
tum populi est. Eccl x principa
tus sensati stabilis erit. Item
per filium et mundiciam. Ps lxxxviii
stabilis erit in eternum coram domino
Item est stabilitas glorie. Eccl
xlii nonne fecit dominus sanctos suos
narrare mirabilia sua que
confirmavit dominus omnipotens
in gloria sua et ideo licetur per peccata
mutatorum Eccl xxxi qui potuit
transgredi et non est transgressus ideo
stabilita sunt bona illius
in domino. Item per pure contricionem
ii ad Cor vii que enim secundum deum
tristicia penitenciam in salutem operatur
Item per orationem Ysa lxii qui re
miniscimini domini ne taceatis ne
detis silencium donec stabiliat etc.

Stella dicta quod per stellas
significantur subditi qui
bus tam magnifica le
gum dispositor que attenditur
in situ. Sap vii super omnem dispositionem
stellarum i. sicut luna quarta in
mense. Secundo ordo attenditur in cur
su. Iudic v stelle manentes in
cursu suo etc. Tercio que atten
ditur in luce. Eccl xliii species celi etc.

dispositio que attenditur in situ per-
tinet moraliter ad iunctorum offi-
ciorum ordo qui attenditur in motu
ad execucionem eorum species que atten-
ditur in luce ad diffinicionem
bonorum exemplorum / Ecce ista tria
magnifica que sunt in stellis
manifestat scriptura tam horribi-
lia decipis casum .s. contra situm
errorem contra motum obscuritatem contra
lucem / de primo Apoc. vi stelle
ceciderunt de celo / de secundo Jude i
sidera errancia quibus procella
tenebrarum in eternum conservata est
de tercio Apoc. viii percussa est
tercia pars stellarum ita ut obscuraretur
tercia pars eorum casus pertinet ad de-
iectionem officialium error ad ig-
noranciam officiorum exequendorum
obscuritas ad obstinata mali-
am subditorum / Primum igitur ma-
gnificum quod legitur in stellis
est dispositio que attenditur circa
situm per quem ut dictum est signatur
graduacio officiorum cum enim videt
bonus prelatus bonas stellas
non errantes nec pacientes
eclipsim debet eos figere in firma-
mento celi .i. in altitudine regio-
nis ut in officiis disponere quia sunt
melius pro adiuvandum alios
et fovendum eis quod cuius modi dis-
posicione sine situm est casus
qui pertinet ad deiectionem priorum
officiorum propter enim legimus stellas
deiectas et prostratas per cornu Dan
viii pertinet motiva celorum Ap-
cionem per caudam draconis Apo-
c. xii / Primum pertinet ad elacionem
secundum ad austeritatem tercium ad car-
nalitatem propter que omnia debet
homo deici de officio cum aliquo su-
periori et est cornu et / Primum igitur
est cornu presumpcionis Ps. nolite
exaltare cornu et est cornu mul-
tos homines facit deici de officiis
suis quod signatum est Dan viii ubi a-
gitur de hirco caprarum qui mul-
ta habebat cornua nam quod ortum
est cornu parvulum quod factum est magnum

postea post orientem et meridiem de-
iecit de stellis celi capre signant
religiosos quod stulti sunt pro dum habent
barbam discrecionis spiritualis quod
sunt hirci officiales ut cellarii
prepositi et huius modi cornua sunt
potestates eis tradite in quibus aliquando oritur
cornu parvulum elacionis set postquam ca-
fit magnum cum multum superbit
et hoc maxime contra qui sunt
in oriente id est in inicio et meridie cari-
tatis illud est quod deicit de stellis
quia multociens accidit quod of-
ficiales amovetur ab officiis
suis propter superbiam / Secundum enim cornua
austeritas sunt enim quidam qui
austera nunc non possunt corripi nisi
aliqua sed austera austeritatis
et rigoris ut magis affligant
et tales debent cadere de celo .i. amo-
veri de quolibet superioris officio
Act xxiiii / virtutes celi move-
buntur .i. auctoritates officia-
lium ministrorum et stelle .i. ipsi inde
cadent de celo / Tercium est carna-
litas et hoc signatur / Apoc. xii
ubi dicitur quod cauda draconis
traxit terciam partem stellarum de
celo secundum draco diabolus est cuius
caput est temptacio cuius brachia
et huius modi media significant me-
dias temptaciones in terra
et in media cauda ultima tem-
ptacionum que est carnalitas ad
Gal v / videte et si spiritu nonne ...
in ... consummamini hec
trahit terciam partem stellarum
tercium .i. officialium et ideo cadunt
de celo .i. superiori officio / Secundum
magnificum in stellis est ordo qui
attenditur in motu ut dictum
est et significat execucionem officiorum
contra quem ponitur error qui
designat ignoranciam exeque-
ndis officiis Jude et tales igno-
rantes dicuntur sidera errancia
in Jude Et non sicut contingit in
pedibus errare sic in moribus
Ps non quod tria faciunt hominem
errare cecitas que designat

moraliter ignorancia Ieremie iiii
erraverunt ceci in plateis et pollu
ti sunt in sanguine. Secundum est ebrie
tas que designat concupiscenciam que
totum hominem inebriat. Isaie xix
errare fecit egiptum sic errat e
brius et vomitus et Iob xii hi
primo nescierunt et pre ebrietate
erraverunt. Tertium est iniqui et signi
discipline contemptus. Proverbiorum v errauit
in imo et non in via. Ignorancia
ergo errare facit intellectum concupiscencia
affectum contemptus discipline effectum.
Tertium magnificum in stellis est
species que refertur ad lucem que
designat exemplum bonorum operum
quod debet esse in subditis quia per quod po
nitur obscuritas malicie. Et
non quod lux stellarum tantum habet pul
chritudinem vicissitudinem dir
ditatem. Pulchritudo ordinat
animam in deum. Ut pulchritu
dine sic operationibus non sibi at
tribuat sed deo dicat gloria patri de cetero
vlum speciem celi etc. Vicissitudo
ad se: stelle enim aliquando lucent
aliquando clauduntur sic subditi
boni aliquando suo exemplo alios
irradiant aliquando vocantes clau
duntur sub signaculo humilita
tis Iob ix qui stellas claudit
quasi sub signaculo. Distinctio ordi
nata ad proximum quedam enim
habent lumine iusticie quedam tempe
rancie et tamen differunt nec discordant
ille dicte in corpore ecclesie distincta dona
dicuntur i Cor xv stella differt a
stella. Distinctio stellis sic diffini
tionibus lumine dicitur i Cor xv alia
claritas stellarum etc. Quarto quod que
dam stelle diffundunt lumen que
dam retinent quod non habent. Primum
pertinet ad bonos et perfectos. Baruch
stelle dederunt lumen. Secundum propter
pigros qui propter frigus vel ali
quas necessitates splendorem suum
retrahunt. Ioel ii stelle retraxe
runt lumen suum. Tertium ad in mali
tiosos Iob xxxviii stelle celi non expan
derunt lumen suum et hoc contingit

triplici de causa vel quia aer ipse quo
ad aspectum nostrum Apocalypsis viii percussa
est tercia pars stellarum etc. Vel quia nigre
scit quo ad aspectum operationibus Ezechiel
xxxii nigrescere faciam stellas
vel quia omnino caligine ob
umbrate per peccatum consuetudinis
Iob iii obtenebrentur stelle ca
ligine. Patet ergo quod tanta sunt
magnifica in stellis et tam hor
ribilia sequuntur de celis a qui
bus liberat nos ille qui est stel
la splendida matutina Apocalypsis
ultimo et qui est sanctis omnibus in
velamento diei in luce stellarum
noctis et det nobis illam stellam
matutinam accipere quam promisit
omnibus accipere Apocalypsis ii qui vicerit da
bo ei stellam matutinam etc.

Studium. Sunt studia bona
et studia mala. Studia
bona sunt in puritate conscie
ncie Act xxiiii in hoc et ipse studeo sine
offendiculo habere conscientiam ad deum.
Item in adeptione sapientie Proverbiorum xx
vii stude fili mi sapientiam et leti
fica cor meum. Item in rectitudi
nibus operatione in Psalmo studiose
egi ste quod rectum erat et plagabar
in oculis meis. Item est studia
mala Ecclesiastici xxxvii noli subtrahere
nimium si forte audeat et post et
peniteat me mali quod cogitaveram
facere eis propter malicias studiorum
suorum et hec sunt infidei discre
cione Ecclesiastici xxxii facite bona studi
a vestra et nolite sequi alienos
deos. Item peccati perpetratione Psalmo
corrupti et abhominabiles facti
sunt in studiis suis. Item in superfluorum
aggregatione Ecclesiastici vi a minore usque
ad maiorem omnes avaricie stu
dent. Quarto quod hec sunt recordan
da ut displiceant Ezechiel xxxvi re
cordamini viarum pessimarum studi
orum que non bonorum et displicebunt
displicebunt vobis iniquita
tes vestre sed proch dolor quia dicitur
Ecclesiastici ix non sunt venusta studi
is suis pessimus. Item digenda

ne errare faciant / Ie xviij dirigi
te studia vestra / Item inspitando a
deo et saltem sic deficiant / Ie xx
visitabo super vos mal(ici)am studiorum
Stulticia Vide stulticia nota
quod decipit vnde / pr(overbiorum) v in multi
tudine stulticie sue de
cipietur / Item hominem alta sub
iacet / pr(overbiorum) xiiij / viis suis replebitur
stultus et super eum erat vir bonus
Item improperare manifeste facit / pr(overbiorum) xiij
Sapiens timet deum et declinet a
malo stultus autem sic transilit
et confidit / Item correctionem recipe
non sinit / pr(overbiorum) xvij plus proficit a
put prudentem correctio quam ce(n)
tum plage apud stultum / Item con
fedat / pr(overbiorum) xxij stulticia colligata
in corde pueri etc. / Item verba inordinat
pr(overbiorum) xv os fatuorum ebullit stulti
ciam / et xxvj quomodo spina nascatur
in manu temulenti sic parabo
la in ore stultorum / et pr(overbiorum) xxix / vi
disti hominem velocem loquendo etc. / Item
et stulticia opationum supplantat / pr(overbiorum) xix
stulticia hominis gressus supplantat
Item in pacientia generat / Eccl(esiastes) vij ira in
sinu stulti requiescit / Item iudicium
rationis turbat / Eccl(esiastes) x in via stultus
ambulans cum ipse stultus sit omnes
stultus estimat / Item inuitet cu
nat / Eccl(esiastes) vij noli te extollere ne for
te eo elidat(ur) vita tua / Item minus
et minus habitat et io / Eccl(esiastes) xxxij
attende ne seductus in stulticia
humilieris / Item que sunt noxia
cupere facit / pr(overbiorum) i / usque quo paruuli
diligitis infantiam et stulticiam et
stulti ea que sunt noxia cupiunt
Item ignorancia inducit / pr(overbiorum) xv / os stul
torum consolatio ignorantia / Item luxuriam
gignit / pr(overbiorum) vij ignorat quod ad vin
cula stultus trahatur / Item parentes
constatur / pr(overbiorum) x filius stultus mesticia etc.


abernaculum vero
quadruplex est
anagogicum alle
goricum litterale
et tropologicum
Anagogicum est
tabernaculum glorie de quo hebr(eos) ix ta
bernaculum non manu factum etc. / ps(almus) xv
domine quis habitabit in tabernaculo
tuo etc. / Item hoc tabernaculum est
opulentum pro dulcedinis vbertate
ys(aie) xxxij sedebit populus in pulchritudine pa
cis et in tabernaculis fiducie et in requie opu
lenta / ys(aie) xxxiij videbunt ciuitatem opu
lentam tabernaculum quod nequaquam tran
sferri poterit / Item eternum pro diuturnitate
luc(e) xvj facite amicos de mamo
na iniquitatis ut recipiant
vos in eterna tabernacula / Item est
tabernaculum allegoricum et hoc est
triplex militantis ecclesie religi
onis sancte et corporis virginis
marie / De primo iudicium bi(blie)? vndata?
tua domino deo tuo in omni taber
naculo iacob tabernaculum iacob
est tabernaculum militantis ecclesie et
non quod illud tabernaculum adiutabo
lo obsidetur / Job xix obsiderunt
in giro tabernaculum meum / Item
a peccatoribus polluitur / ps(almus) lxxiij pollu
erunt tabernaculum nominis tui
Item amistis amicis? / ps(almus) lix? hec re
cordatus sum et effudi in me
animam meam quoniam transibo in locum ta(bernaculi) / Item
a deo figitur et firmatur / Num(eri) xxiiij
quam pulchra tabernacula tua ia
cob et tentoria tua israel ut valles
nemorose et ut orti iuxta fluuios
irrigui et ut tabernacula que fixit
dominus / et nota quatuor que ad hoc ta
bernacula dicuntur quod pulchrum nemo
rosum irriguum et fixum / Primum perti
net ad ecclesie ordinationem secundum ad
personarum ecclesie multiplicitatem seu
fecunditatem / Tertium ad sacramentorum
gratie habundanciam / quartum ad firma
tionem / Item est tabernaculum reli
gionis sancte / Tho(bie) xiij ierusalem ciuitas
dei castigauit te in operibus manuum
tuarum confitere deo in bonis tuis
et benedic deum seculorum et reedifices
in te tabernaculum suum / Job xxxix
cui dedi locum in solitudine et ta
bernaculum in terra salsuginis Et
nota quod in hoc tabernaculo abscon
ditur homo a societate / ps(almus) qui
abscondite me in ta(bernaculo) / Item a contradictione etc.

blasphemancium et detrahencium ps.
protegens eos in tabernaculo tuo a
contradictione linguarum. Item addu-
hoc adducit pertinet et regnum ps.
emitte lucem tuam et veritatem tuam.
Item est tabernaculum virginis
manens dei cum hominibus. Ecclesiastici
qui hoc tabernaculum formavit deus
ps. in sole posuit tabernaculum suum
tabernaculum hoc vocat corpus
virginis marie quod in sole dicitur
posuisse propter excellenciam luminosi-
tatis mundicie. Item sanctificavit
vit ps. sanctificavit tabernaculum
suum altissimus. Item in eo habitavit Ecclesiastici
xxiiii qui creavit me requi-
evit in tabernaculo meo. Item ta-
bernaculum literale. Num. x elevata
est nubes in tabernaculis fe-
deris. Et hic est multiplex quia est
tabernaculum naturale et hoc est ma-
chine mundialis ys. xl qui ex-
tendit celos velut nichil et ex-
pandit eos velut tabernaculum
ad habitandum. Item spirituale ut est mo-
nasterium ps. elegi abiectus esse
in domo dei mei magis quam habi-
tare. Item Num. xvii reperit virgam
aaron in tabernaculo testimo-
nii. Item corporale ut anima Job v
et scias quod pacem habeat tabernaculum
tuum. Et non quod hoc tabernaculum
ministerio angelorum custoditur ps.
non accedat ad te malum etc. Item
supernam mundatum Job xxii si
reversus fueris ad omnipoten-
tem edificaberis et longe facies
iniquitatem a tabernaculo tuo.
Item peregrinum a domo in habitatur
Job xxix quis mihi tribuat ut
sim iuxta menses pristinos et post-
quam deus secreto erat in taberna-
culo meo. Item est tabernaculum
morale ps. inhabitabo in eo etc. Et
hic est triplex in statu culpe pe-
ne. Item de primo ys. in syon omnem
gloriam protectio et tabernaculum dei
absentium contra quod in hoc tabernacu-
lo est vox sancte orationis vox
vox salutis exultacionis solitu-

do et [illegible] asperitatis penitencie. De se-
cundo Prov. xiv tabernacula iustorum germina-
bit. De secundo ps. vox exultationis et salutis
de tertio Job xxix cui dedi locum in soli-
tudine etc. Item est tabernaculum
culpe ps. elegi abiectus esse etc.
et multiplicatur quia est tabernacu-
culum voluptatis carnis Hebr.
xiii habemus altare de quo non habent edere
qui serviunt tabernaculo corporis. Item
cupiditatis Job xii abundant ta-
bernacula predonum. Job xv ignis devo-
rabit tabernacula eorum. Item im-
pietatis Job viii tabernaculum impiorum
non subsistet. Job xviii lux in ipso obte-
nebrescet in tabernaculo eius. Item
est tabernaculum penitencie ps. fiat habita-
cio eorum deserta etc. Et hic triplex natu-
ralis miserie Job xix affligetur
relictus in tabernaculo suo. Item
mortis naturalis ps. et relinquent
alienis divicias suas et sepul-
cra eorum domus illorum in eternum
tabernacula illorum a progenie in
progenie etc. Item pene eterne Job
xviii hec sunt tabernacula viri.

Tabescere multiplex. Nunquam
est mortis. Item non aufe-
ram virum penitus ex te ab al-
tari meo sed ut deficiant ocu-
li tui et tabescat anima tua. Item
iracundie et peccati peccator videbit et
irascetur. Item zeli ps. tabescere
me fecit zelus. Item iusticie ps.
nonne qui te oderunt oderam. Item
doloris Ecclesiastici xxxi datum in disciplina-
nati tabescere faciet oculos. Item
invidie Sap. vi neque cum invidia
tabescente iter habebo. Item timoris
ys. xix cor egipti tabescet in
medio eius. Item mortificatio-
nis carnis ys. xxxi vigilia
honestatis tabefaciet carnes.
Item compassionis Trenorum iii me-
moria memor ero et tabescet in me
anima mea. Item devocionis ys.
lxiv utinam disrumperes celos et des-
cenderes.

Tacere aliquando est tendens etc.
signum perfectionis aliquando sig-
num imperfectionis aliquando est

signum passionis. Est ergo signum
perfectionis et hic quadruplex quia
est signum perfectionis in intellectu. Item
est signum perfectionis in affectu. Item
est signum exterius perfectionis in effectu.
Signum est perfectionis in intellectu et hic
quia sapientie respectu appetendorum
Iob xxix verba tacentibus etc. Item
cautele respectu vitandorum. Hester
ii Mardocheus preceperat ut ta-
ceret etc. Item meditationis
respectu dicendorum vel cogitan-
dorum. Dan. iv Daniel cepit etc. et
Trenorum iii sedebit solitarius et ta-
cebit etc. Item est signum perfectionis
in affectu et hic triplex quia humili-
tatis ad audiendum veritatem. Iob
vi si quid ignoraui instruite etc.
Item letitie ad spiritualem iocun-
ditatem. Neem. viii tacete et
nolite etc. Item consolationis que
temporalem adversitatem. Tho. v ces-
sauit flere et tacuit. Item est
signum perfectionis exterius et hic
multiplex quia in signum mo-
destie pro maioribus. Iob xxix principes
tacebant. Item summum tacere
in signum reverentie magistri.
Iob xi tibi soli tacebunt etc. Item est
in signum verecundie in mulieribus. Eccl.
xxvi mulier sensata et tacita.
Item summum tacere in signum perfecti-
onis in effectu et hic multiplex quia
in signum obedientie respectu
agendorum. Iob xxix qui me audi-
ebant expectabant. Item in signum
patientie respectu sustinendorum. Iob
xvi si tacuero non recedet a me.
Item in signum honestatis in con-
versatione. Eccl. xxi tacitus et sen-
satus homo. Item est signum in
perfectionis et hic triplex quia est signum
infirmitatis. i Cor. xiv mulie-
res in ecclesiis taceant. Item tepidi-
tatis. Ysa. lvi canes muti quia ta-
nipotens conturbavit me. Tertia est

ex spiritualis consolationis subtractio-
ne Ps ad me ipsum anima mea conturbata
est et hec est timoris Job xxiii a fa-
cie eius conturbatus sum et conside-
rans illum timore sollicitor.
Quarta provenit ex consideratione
gratie Luc ultimo conturbati sunt
et perterriti estimabant se spiritum vi-
dere et hec est contemplationis et
ignorantie et sic fuit turbata Maria
cum vidit angelum et audivit illud
verbum Luc i ave gratia plena et Luc i
dicitur apparuit illi angelus domini et ipse
turbatus est Zacharias. Item est
turbatio vituperabilis et hec multi-
plex quia turbatio Eccli xxviii ho-
mo peccator conturbabit amicos. Item
pusillanimitatis ac tedii de quo
Jo xiiii non turbetur cor vestrum neque
que formidet. Item Ps cxviii non
sum turbatus. Item infidelita-
tis et ignorantie Ps turbati sunt
omnes insipientes corde. Item insta-
bilitatis et inconstantie Ps turba-
ti sunt et moti sunt sicut ebrius.
Item est turbatio penalis et hec
multiplicatur quia est turbatio
ex immissione fantasie et hec est
in sompniis Sap xviii visus
sompniorum malorum turbaverunt eos.
Item ex multiplicatione faciendorum
et hec est pene corporalis de qua Luc x
Martha Martha sollicita es et
turbaris etc. Secunda est ex inflic-
tione flagellorum Ps xl conturbat do-
mini etc. Jer xiiii expectavimus
pacem et non est bonum tempus curatio-
nis et ecce turbatio. Tertia est ex
provocatione divine clementie de qua
Ps in ira sua conturbavit eos et hec
erit in consummatione et inmutatione
penarum Ezech vii conturbatio super con-
turbationem veniet et auditus
super auditum etc. Sequitur

Tribulatio tota est duplex est
tribulatio spiritualis et corporalis
spiritualis duplex quedam
bona et quedam mala et quelibet
septem gradibus explicatur.
Prima est tribulatio malorum ad infirm

et hec habet septem gradus. Primus est a causa
ab ignorancia. Gal. i. Miror quod sic
cito transferimini ab eo qui vos
vocavit in gratiam Christi in aliud
evangelium. Secundus est ab ignorancia
ad errorem. Job xxiiii. Alii terminos
transtulerunt et diripuerunt greges.
Isti alii sunt heretici qui terminos
quos posuerunt patres nostri, i. articu-
los fidei transferre presumunt et
ita diripiunt greges, i. simplices
transferendo eos de ignorancia ad
errorem. Secundum Ecclesiastici x. Qui transfert
lapides, i. fidei articulos, affligetur
in eis. Tercius de errore ad
turbacionem sine cordis amaritu-
dine. Isaie xxiiii. Deserta est omnis le-
ticia, translatum est gaudium
cum venit error et venit tercio (?) re-
licta est in urbe solitudo de sim-
plicitate (?), i. ignorancia, sed transfertur
gaudium cum venit gaudium
error et venit adest solicitudo et ipsa
est in corde turbacio sine ama-
ritudo. Quartus a turbacione
ad culpam actualem. Math. xxvii. Ve-
nisse (?) qui coget iudeos ut trans-
ferrent se a patribus et dei legibus
per vias iniquas sine suggestio-
nes que compellunt nos ut
transferamus nos ad minus man-
datis ad culpam actualem. Quintus
est a culpa actuali ad confusionem
quia semper culpam sequitur confusio.
Ieremie (?) xxvii. Vasa que de-
licta sunt in domo domini et in domo
regis Iuda et in Ierusalem transferentur
in Babilonem. Vasa in domo domini
sunt illi qui deberent esse in loco pre-
lacionis; vasa in Ierusalem sunt illi
activi qui in peccato perseveraverunt
transferentur in Babilonem, i. confusionem.
Sextus est a confusione ad ob-
stinacionem. Baruch ii. Statuisti
verba que locutus sum in manibus
prophetarum ut transferentur vasa regum
nostrorum et ossa patrum nostrorum de loco suo
et ecce proiecta sunt in calore solis
et in gelu noctis. Reges principes
seculares patres spirituales prelati

qui hodie proiciuntur ad estum solis
i. in incendium peccati et gelu noctis
i. in gelicidium amoris ex quibus
generatur perversitas obstinacionis.
Septimus gradus est ab obstina-
cione ad gehennam. Job xxiiii. Mons
cadens defluet et saxum transfertur
de loco suo. Montes superbi et qui
cadentes per mortem defluent in ge-
hennam. Saxum est anima obstina-
ta et impenitens que de loco suo,
i. corpore mortali, mortale defe-
rtur in gehenne supplicium. Item
spiritualis translacio bona habet sep-
tem gradus. Primus est a culpa
originali ad innocenciam. Colos. i.
qui eripuit nos de potestate tenebra-
rum et transtulit nos in regnum
filii dilectionis sue. Secundus est
a culpa actuali ad penitenciam. Ps.
Vineam de Egipto transtulisti. i.
i Ioh. iii. Scimus quia translati sumus
de morte ad vitam quia diligimus
fratres. Tercius de prima seculari
que est in precepto ad primam re-
ligiosorum que est in consilio. Act.
vii. Transtulit illum deus in terram
in qua nunc habitatis et non dedit
illi hereditatem in ea nec passum
pedis dicitur de Abraham. Quar-
tus est de religione ad contem-
placionem. Sap. x. Transtulit illos
illum per mare rubrum et transvexit
illos per aquam nimiam. In mari
rubro temptacio adversitatis.
Quintus a temptacione ad con-
solacionem. ii Mach. i. Hiis qui
translati fuerunt sacerdotes appa-
ruit aqua crassa de qua ... et
qui cum eo erant perficiebant
sacrificium. Sextus a consolacione
ad contemplacionem. Eccl. ii. Cogitavi
abstrahere a vino carnem meam
ut animam meam transferrem
ad sapienciam ut viderem quid
esset utile filiis hominum. Hec sunt
introductiones contemplacionis
scilicet abstrahere carnem a vino
voluptatis. Septimus est ut
videant mutaliter sua et aliorum

Septimus est a contemplatione
puri ad beatitudinem Sap. iiii placens
deo etc. Item est translacio corpo-
ralis et hec est triplex. prima est miseri-
cordialis Job x fuissem quasi non esse
de utero translatus ad tumulum. Secunda
est honoris et hec translacio sanctorum
Paralip. transtulit ozia decorum
in altum curru. Tercia beatitudinis
Gen. v Enoch placuit deo et
translatus est. hec triplex translacio
signatur in triplici translacione arche
ii Reg. vi et iii Reg. viii. primo enim
translata fuit de domo Amina-
dab in domum obededom per quam ex-
ponitur prima translacio. Amina-
dab enim interpretatur populus spontaneus
et signat presentem vitam in qua arbi-
trium cuiuslibet est spontaneum ad me-
rendum vel ad demerendum. obededom
interpretatur servus terre et signat locum
in quo caro solvit debitum quo
fuit obligata ex peccato primorum pa-
rentum quibus dictum est terra es et in terram re-
verteris. Secunda translata fuit de do-
mo obededom ad tabernaculum
quod tetenderat ei David ii Reg. vi et signat
secundam translacionem. archa enim signat
corpus cuiuslibet sancti transferendi unde
contentorum continebat enim virgam tabu-
las et manna. archa enim corpus
continet animam cuiuslibet sancti
in qua virga ponitur in operacio-
ne miraculorum. manna devocionis
et tabula divine cognicionis. propter
istam archam fecit deus multa
bona domui obededom quia mul-
tociens propter corpora sanctorum facit mul-
ta beneficia locis sepulture eorum
et miracula et huiusmodi quibus
probatis et visis dicitur transferri ad
tabernaculum David id est ecclesiam. Tercio
translata fuit de tabernaculo ad
templum per quod designatur tercia trans-
lacio que erit in generali resur-
reccione quando transferentur corpora sanctorum
in templo triumphantis ecclesie etc.

Transitus multiplex dei
et hominis. dei duplex miste-
rii et mistici. triplex ...

dicte qualis Eze. xvi transibo per te
et vidi te etc. Item ad decipien-
dum quibus in iudicio Job xiiii quis michi
tribuat ut protegas me donec pertranseat furor
tuus. Item est hominis a divisionis
in gehenna Job xxiiii a nocte diu
pavebit assur niga percussus.
Item est transitus mentis et hoc quo
ad racionabilem ut nos instruat
Paralip. xxiiii perite inquit trans-
sunt spiritus. Item quo ad concupis-
cibilem nos alliciat Cant. v pes-
sulum hostii mei aperui dilecto
meo at ille declinaverat declina-
verat atque transierat. Item quo
ad irascibilem ut timorem incu-
tiat Job iiii et cum spiritus me presente
transiret inhorruerunt pili ca-
pitis mei. Item est transitus
hominis et hic duplex culpe et pe-
ne. pene duplex in presenti et in
futuro. in presenti triplex humane
fragilitatis Job ix dies mei ve-
lociores fuerunt cursore et non vi-
derunt bonum transierunt quasi
naves poma portantes. Item mun-
dane vanitatis Sap. v mane sicut
umbra transeat. Item corporee tribula-
cionis Ysa. xliii cum transieris per
aquas tecum ero. Item est transitus
pene in futuro et hec multiplex
quia est transitus ad iudicium Job
xxxvi si non audierint transibunt
per gladium et ... iudicium. Item a cor-
ruptione ad penam Job xiiii robo-
rasti eum paululum ut in perpe-
tuum transiret. Item a pena ad pe-
nam Job xxiiii transibunt ab aquis
nivium ad calorem nimium. Item est
transitus culpe et hic duplex quia
secundum progressum et secundum gradus primus
culpe. secundum progressum in culpa
duplex quia est transitus a delecta-
cione in consensum Num. vi omni tempore
separacionis sue novacula non ascen-
det super eius vel transibit per nova-
culam temptacio dyaboli per perpetu-
mentis hominis signatur. Item a con-
sensu in opus Judith xi de Nabug-
(odonosor) de quo dicitur quod frumentum cum omni signa

in transitu suo comparari mereretur. Ita Abner.
diabolus est qui in transitu suo .i. cum
transit palmas in stercore fimi et cum
bonarum invenit operum signa .i. anima
per quam transit compari .i. amonet. Item
aptus in consuetudine. Prov. vii consi
dero vecordem iuvenem qui transit
per plateas. Item est transitus secundum
gradus culpe et hic multiplex. quia
est erroris quo ad intellectum. Reg. i. demo
te in collem transierunt .i. de malo
in intellectum maiorem ad maiorem. Item
superbie quo ad effectum. iv Reg. xxx
viii de Manasse qui fecit filios
suos transire per ignem in vallem
Beccon. Item est transitus hominis
bona de pena ad requiem. Ps. transivimus
per ignem et aquam. Item a culpa ad
gratiam et hic est transitus Iacob qui
dixit in baculo meo transivi Ior
danem istum in baculo crucis prius tran
sierunt Iordanis culpe. Item de virtu
te in virtutem. Item ab ignorantia
a ad sapientiam. Eccl. ii transivi ad con
templandam sapientiam. Item ab ac
tione ad contemplationem. Eccl. xxiv
transite ad me omnes qui concupis
citis me. Item a mundo ad gloriam
Io. xiii sciens Ihesus quia venit hora
eius ut transeat etc. Sequitur

Tractatio multiplex est defen
sionis. Prov. xx gubernaculis
tractanda sunt bella. Item
afflictionis. Eccl. xlix tractaverunt il
lum qui in ventre matris consecra
tus est propheta. Item utilitatis. Eccl. x
xxvii cum viro irreligioso tracta
de sanctitate. Item intelligende vita
tis. Eccl. ix cum sapientibus et cogita
tum prudentibus tracta. Item
necessitatis. Prov. xxv causam tuam
tracta cum amico tuo. Item curio
sitatis. Eccl. viii omnia hec tractavi
in corde meo ut intelligerem curi
ose. Item dolositatis. Prov. xxvi labiis
suis intelligitur cum in corde suo
tractaverit dolos etc.

Trahe multiplex est iniquitatis
Ys. v ve qui trahitis iniquita
tem. Item voluptatis. Prov. vii
ignorans quod ad vincula trahatur
et loquitur de pecto carnis. Item dia
bolice illaqueationis. Abacuk i
traxit illud in sagena sua. Item
perverse imitationis. Apoc. xii cauda
eius trahebat terciam partem stel
larum. Item dilationis bene agendi
Eccl. xxix et pro elemosina non tra
has illum. Item penalitatis. Prov. x
xiiii qui trahuntur ad mortem
liberare necesse est. Item sapientie
Iob xxviii trahitur sapientia de oc
cultis. Item gratie. Cant. i trahe me
post te. Item glorie Io. xii cum exalta
tus fuero a terra etc.

Transgressio circa transgressio
nem notandum quod transgreditur quis
peccando. Eccl. xxxi qui po
tuit transgredi. Item idolatrando
Iosue xxii que est ista transgres
sio cur dereliquistis dominum deum
Israel edificantes altare alta
re sacrilegum. Item mentien
do. Ys. lix transgressione concepi
et locuti sumus de corde verba
mendacii. Item Christum occiden
do. Ys. liii peccata multorum tu
lit et pro transgressoribus etc. Item
constitutiones hominum negligen
do. Mat. xv quare discipuli tui
transgrediuntur tra se. Item
legem negligendo. Eccl. x me
lior est homo qui minuitur
sensu et timore dei quam qui
habundat sensu et transgreditur le
gem altissimi etc. Sequitur

Tremor est multiplex
contritionis. Ps. tremor
apprehendit eos ibi dolo
res ut parturientis. Ys. ult. ad quem respi
ciam nisi ad pauperem et contritum
et trementem sermones meos. Item
confessionis. Mar. v cum timore et
tremore confitentem illi. Item
satisfactionis. Ps. servite domino in timore
etc. Item contemplationis. Iob iiii
in horrore visionis nocturne
et postea pavor tenuit me et tremor.
Item inflicte penalitatis. Ys.
xxxiii conterriti sunt in Syon peccatores

possedit tremor ypocritas // Item
reuerencie ps qui respicit terram et
facit eam tremere Item potestatis
humane Gen ix timor vester et terror
ir sit super cuncta animalia Item
pusillitudinis Judith v cum omnes exercitus
decollato olofarne audissent fugit
mens et consilium ab eis solo tremore
Item iudicij maiestatis diuine Eccl
xvj cum conspexit illa deus tre
more concucientur etc De que

Tristicia multiplex lauda
bilis culpabilis penalis
et dampnabilis Laudabi
lis triplex prime ij Cor vij que secundum
deum tristicia stabilem operatur
salutem Item compassionis diuine
Ro ix tristicia michi magna est
et continuus dolor Item correctio
nis fraterne Eccl xxx Si affuerit
ob triste etc Et nota quod tristicia lauda
bilis dat deo gloriam Baruch ij
anima que tristis est super malo et
post dabit gloriam deo Item salu
tem operatur ij Cor vij que enim secundum
deum tristicia est Item spiritualem
adducit sollicitudinem ij Cor vij et
ecce hoc ipsum secundum deum contristari quantam in vo
bis operatur sollicitudinem Item
est tristicia culpabilis et hec duplex
de bono et de malo De bono triplex
accidie Eccl xxx tristiciam longe fac
a te Item inuidie dicit damas
cenus quod inuidia est tristicia de a
lienis bonis et de hac dicitur prou
xij non contristabit iustum quicquid
ei acciderit Item correctionis
sine paciencie ij Cor vij gaudeo
non quia contristati estis ad penitenciam
Item est tristicia culpabilis de
malo et hec multiplex quia est
tristicia simulationis contra caritatem
Mt vj nolite fieri sicut ypocri
te tristes Item infidelitatis contra
fidem Luce ultimo qui sunt hij ser
mones etc Item desperationis contra
spem j Thess iiij non contristemini sicut
ceteri etc Et nota quod hec tristicia cul
pabilis bonos mores dissipat
prou xxv sicut tinea vestimento et vermis

ligno ita tristicia viri nocet cordi
Item sanitatem minuit Eccl xxx tristi
cia cordis flectit ceruicem Item
deuotionem exsufflat prou xvij spiritus
tristis exsiccat ossa Item naturalia
vulnerat Eccl xxv omnis plaga
tristicia cordis est Item inducit
desperationem Eccl xiiij felix qui
non habuit tristiciam et non excidit a spe
sua Item pessimat hominem
Eccl xxxviij ne dederis in tristicia cor tuum
et post metum perierit et tempus pes
simabit Item aduersatur omnibus
bonis Cassiodorus tristicia seculi fugien
da que cunctis bonis aduersatur
Item mortem accelerare facit
Eccl viij a tristicia festinat mors
Item impedimentum est diuine
visionis vij in marcis primi vim
ensa impedimentum cursoris sunt
et tristicia impedimentum est diuine visi
onis Item tristicia penalis et hec
duplex quo ad se et quo ad proximum
quo ad se ipsum et hoc triplex respectu
superioris ut cuiusque tristatur de hoc
quod videt superiorem suum habere aliquid
contra se et ideo dicebat ps quare
tristis es anima mea et quare con
turbas me spera in deo etc Item
respectu paris Ast pvin videntes
qui mei eius contristati sunt Item
respectu inferioris ij Reg xi contrista
tus est dauid etc Item quo ad
se et hoc triplex pene eterne il
late et accepte eterne duplicitur
penalis misere qui gemunt af
fligentis ps tota die contristatus
ingrediebar Item mortis Mt
xxvj tristis est anima mea Item illa
te et hec est duplex vel ab hoste
spirituali Iacobi v tristatur in nobis etc
vel ab hoste carnali vel hec c
propter si quis conscientiam sustinet quis
tristiciam paciens et hec adducit
timorem Luce xxij inuenit eos
dormientes Item accepte et hec est
duplex sollicitudinis temporalis Gen
xl cur tristior est solito facies tua
Item confusionis Mt xix abijt
autem tristis Item est tristicia dampnabilis

et hec duplex scilicet in iudicio et in inferno in iu-
dicio erit tristicia exterior videntis
irati et ex consideracione vulnerum
dampnabitur accusancium conscientia deorsum patebit
iudex iratus subtus infernus chaos
etc. Item in inferno ex carencia visi-
onis dei ut dicit glossa super Apoc. Item
ex igne gehenne punientis et
vermis mordentis consciencie Ysa. ulti-
mo ignis eorum non extinguetur et ver-
mis etc. Item ex perversitate societatis
Sap. xviii persone apparuerunt tristes etc.

Tribulacio Contra tribulacionem nota
quod est tribulacio temptacionis
Ps. parasti in conspectu meo men-
sam adversus eos qui tribulant me
Item adversitatis Ps. posuisti tribu-
laciones in dorso nostro etc. Item correc-
cionis Eccl. iiii cruciabit illum in tri-
bulacione doctrine sue. Item consciencie
remordentis Rom. ii indignacio
et tribulacio et angustia in omnem a-
nimam hominis operantis malum.
Item diei iudicii Sophon. i vox diei
domini amara tribulabitur ibi fortis
Item pene gehennalis Ps. xvii
coronans coronabit te tribulacio-
ne. Item subieccionis sive ex-
pugnacionis iiii Re. xix dies tri-
bulacionis et increpacionis et blas-
phemie dies hec. Item [illegible]
et penitencie Job vii non parcam ori meo
loquar in tribulacione spiritus mei.
Et nota quod est tribulacio peccatoribus
quia a temptacionibus liberantur
Thom. hic licet peccatori omnibus qui co-
lit te quia si vita eius in probacio-
ne fuit coronabitur si in tribulacio-
ne liberabitur. Item quia a peccatis
absolvuntur Eccl. ii misericors est deus
et remittit in die tribulacionis peccata
et in die tribulacionis quia memora-
bitur tui et sicut in sereno glacies
solventur peccata tua. Item quia in bo-
no dilatentur Ps. in tribulacione dila-
tasti michi. Item bona efficien-
tibus quia deum reddit adiutorem
Ps. adiutor in tribulacionibus. Item
consolatorem ii Cor. i benedictus deus
et pater domini nostri Ihesu Christi. Item bona

est proficientibus quod probat Eccl. xxvii va-
sa figuli probat fornax et iustos
homines temptacio tribulacionis
Item gaudium generat ii Cor. vii superha-
bundo gaudio in omni tribulacione
nostra. Bonus est dominus et confor-
tans in die tribulacionis et scien-
dam ad [illegible] etc. Ps. xlii fons
est salvator eorum in omni tribula-
cione eorum etc. Sequitur

Tribune multiplex est tem-
poralis opulencie Ps. xxx
tribuit tantum victum neces-
saria Ps. cantabo domino etc. Item
gracie Job x vitam et misericordiam tribu-
isti mihi [illegible] in domum bonum tri-
buit nobis. Item pietatis et mise-
ricordie in [illegible] [illegible] et fuit [illegible]
tribue. Item liberacionis pene Job
xiii quibus michi tribuat ut etc. Item
honoris et reverencie Prov. xxvi
sicut qui mittit lapidem in
acervum mercurii sic qui tribuit in-
sipienti honorem. Item potestatis
iudicarie Job xxxvi iudicium pau-
peribus tribuet. Item glorie Prov. xxiii?
corona tribuetur [illegible]
et [illegible] Job vi quis michi det
ut veniat peticio mea et quod
expecto tribuat michi dominus etc.

Trinitas Nota quod duplex
est trinitas creata et incre-
ata. Increata est pater et filius
et spiritus sanctus. Creata est noticia
memoria et amor et hec trinitas
facta est et creata ad ymaginem
et similitudinem sanctissime
trinitatis et hoc ut ad eam rever-
tamur et in ea delectemur. Aug.
Unus obiecta trinitas et trinitas
bonitas veritas ad te clamat
anime trinitas memoria racio
et voluntas. Circa trinitatem nota
quod est trinitas que attenditur secundum
statum cadentis quia cum fuit
prius a trinitate increata cecidit
per peccata respicientes sed eius ca-
sum triplicem trinitatem distin-
xerunt que trinitas dei in racionali
irascibili concupiscibili [illegible]

XXXIII

Item est civitas per quam cecidit quia
per superiores delectacionem et consensum
Item est civitas in qua cecidit in
potencia ignorancia immundi-
cia. Cecidit ergo primus parens
ablata civitate in potencia bo-
ni et mali commodi et incommodi
in ignorancia veri et falsi immun-
dicia actus et cogitacionis. Item
est civitas que attenditur secundum
statum resurgentis. Unde sicut
ille qui ablata civitate ceci-
derat per malam civitatem per bonam
surget que adhuc ut de peccato re-
surgamus statim mediante
dicunt sancti hec civitas scilicet con-
tricio confessio satisfactio que sunt
tres partes penitencie quarum quelibet
habet suam civitatem quia contricio
debet fieri de commisso et omisso et
errato. Confessio de culpa gracia
insufficiencia et laude divina.
Item satisfactio suam habet civi-
tatem quia oracione ieiunium
et elemosina et ponitur ista civi-
tas ad destruendam maledicta
civitate de qua dicitur i Joh. ii
omne quod est in mundo etc. quia
oracio ponitur contra superbiam ieiu-
nium contra carnis lasciviam
elemosina contra avariciam.
Item est civitas que attenditur con-
tra statum stantis fides spes
caritas et quelibet istarum suam
habet civitatem quia est fides pro-
missorum fides preceptorum fides sig-
norum sive sacramentorum. Item spes
suam habet civitatem quia est
spes venie impetrande spes gracie
obtinende spes glorie adipiscen-
de. Item caritas habet civitatem
quia sicut dicit apostolus caritas
est ex corde puro dicit ab exclu-
sione culpe mortalis. Item
ex consciencia bona ab exclusione
male in cantacionibus. Item fide
non ficta ab exclusione remissio-

Triticum [illegible] et fictoribus
quod triplex materiale spirituale et
celeste. De primo Gen. xli super

tritici et vinum ante desedo se vvij
quod paleas a tritico dicat dis-
de tercio dicitur Matth. xiii congrega-
te triticum in horrea etc. Primo triti-
co corpus sustentatur. Secundo anima
impinguatur. Tercio celestis curia
delectatur. De primo Gen. xlii audi-
vi quod triticum venundetur in Egypto
descendite et emite nobis necessaria
scilicet ad sustentandam sustentacionem. De secundo
Cant. vii venter tuus sicut acervus
tritici etc. et loquitur ecclesie cuius venter
religio ubi debet esse acervus tri-
tici qui signat aggregacionem virtutum
que debet vallari liliis simpli-
citatis. De tercio dicitur Gen. xli tan-
ta fuit multitudo tritici ut arene
maris coequaretur. Multitudo tritici
signat multitudinem sanctorum que
comparatur arene maris propter in-
numerositatem etc. Sequitur

Tronus triplex est gracie iusticie
et glorie. Tronus gracie est uterus
virginis de quo cantat ecclesia
veni electa mea et ponam in te
tronum meum. Tronus iusticie
est animus iudicis, et de hoc dicitur
Prov. xxv aufer impietatem de vul-
tu regis et firmabitur iusticia
tronus eius. Tronus glorie est
sublimitas celi aut neque per ce-
lum quia thronus eius est. Primus
thronus est eburneus, secundus
est firmus, tercius est excelsus.
De primo dicitur iii Reg. x fecit Sa-
lomon tronum ex ebore grandem
etc. exponit de tercio inter virginalis.
De secundo Prov. xxix rex qui iudicat
in veritate pauperes tronus eius
in eternum firmabitur. De tercio dicitur
Is. vi in excelso trono etc. Super
illo trono sedit cum in carne
valuit. Ecce sedens super tronum
ipius et dominantis dicens. Super
sedem sedebit cum aliis iudica-
bit. Prov. sedens super tronum qui
iudicat iusticiam. Super tronum sede-
bit cum aliis glorificabit. Eze.
ultimo posuit tronum regnum
qui erat per se. Impositio cuius benedicte [illegible]

est glorie glosam in cantacorum. Secundo
tunc debemus per librorum consiliacionem ap
tonem. Tercio adorandus per glorie
magnificenciam. Decimo dicitur
Dan. In videbis eos domine in trono
regni tui. Decimo Dan. vii. Aspici
ebam donec cantatur tronum po
siti sunt etc. Decimo cantatur
in excelso trono etc. et post subditur
quem adorat multitudo angelorum
primum tronum debemus adire
ut misericordiam consequamur. Secundo debe
mus venerari ne ab eo confirmamur
ut illi decipimus. Jer. xliii. Ponam
tronum eius super lapides istos
quos abscondi. Ad tercium debemus
advolare ut cum domino in trono
glorie coronemur. Apoc. iii. Qui vi
cerit dabo ei sedere in trono meo

Vacacio multiplex
est. Luc. x. Secundo
Regum xvii. Filius
ur ... est
et continuat et
incorrupta vita
audie contemptus
et cum cessacionibus
vaca et ...
ps. xlv. Vacaciones potibus et
dantes simbola consumunt. Item
cia cupiditatis. Judith. x. Gar
tus Jordanem quem querebat et dam
natabat ... in manibus
negociacio cupiditatis. Item cla
re curiositatis. Act. xvii. Attenien
ses autem omnes ad nichil aliud
vacabant nisi aut audire aut
dicere quid novum. Item gaudii pre
cordiacione divini beneficii. Hest.
ix. Diem illum constituunt solem
pnem in eo quo animo et demum
vacaret epulis gaudio et col
mis. Item meditacionis. Eccli. xx
xix. A sapientiam omnium antiquorum ex
quirit sapiens et prophetis vacabat et
in parabolis. Prov. ... precepit eciam populo
habitanti in Jerusalem ut darent sacer
dotibus et levitis ut possent vaca
re legi dei. Item devocionis. Eccli.
xvi. Nolite frustrare in vicem

nisi forte ex consensu vacetis
oracioni. Item admiracionis. Ps.
vacate et videte etc.

Vagacio est vagacione non quia
vagatur homo per universitatem
Gen. iiii. Ne vagari incipiam
Item per errorem. Prov. v. Vagi gressus
etc. Item pro duplicitate. Jacob. i. Vir
duplici animo inconstans est
Item per voluptatem
carnalem. Prov. vii. Mulier vaga
et garrula. Item pro mundana cu
piditate. Gen. iiii. Ero vagus et pro
fugus. Item pro elacione. Oze. ix.
Vagi in nacionibus et loquitur
de superbis. Eccli. x. Sedes ducum superbo
rum hec est adversum. Item per ... in
pacem. Jere. xiv. Populus peccavit etc. et
dominus ... Vagi erunt etc. Item
pastoribus seductione. Jer. l. Pastores
seduxerunt etc. Item pastoribus cor
rupta conversacione. Levit. xiii. Si
apparuerint etc. Hec est adversum
Item contra vagacione non quia simplici
de causa sit aliquis vagabundus
per elongacionem a loco segregacione
a toto conversacione cum inquieto
per elongacionem a loco ut nichil enim
quietum in impio. Unde similiter
nec anima neque equam quieta
est sed vaga sicut quem in eo quie
quies suus locus ergo elongata
a deo est vaga per peccatum. Oze. ix.
Abiciet eos deus deus meus
quia non audierunt et erunt vagi
in nacionibus. Item per segrega
cionem a toto ut pote si a lapide
solido et ponderoso resumeratur
atthomus ipsa conferetur omni ven
to qui in continuitate cum ipso a suo
loco ferebatur fuit ad locum suum
naturalem. Item de casibus ab uni
tate ecclesie omni succumbit temp
tacioni qui si esset in unitate ecclesie
feretur in celum in declinacione
devocionis tocius ecclesie qui
igitur ab unitate ecclesie segre
gantur vagi sunt. Item vir que
quaque deliciis dissolutus filia
vaga in dissolucione notatur salutaci

a sociali vinculo caritatis et hanc se-
quitur vagacio iam dicta racione
Item propulsacione cum inquieta-
tur/ potest exponens in navi sedens
quantum in se est non movetur et mo-
vetur actualiter cum navi et ra-
pidissime fertur de loco ad locum
Sic multi per exemplum aliorum
et adherentes illis qui vagi sunt
vagi efficiuntur Judic ix con-
duxit abimelech viros inopes
et vagos secutique sunt eum abi-
melech qui malus fuit typum
gerit malorum quem qui secuntur
vagi efficiuntur Item hunc
igitur triplicem modum fit va-
gans peccatrix anima et hec est quod dicit
Salomon vagi sunt gressus eius etc
Vallare multiplex culpe Gen
xix antequam irent cubi-
tum viri civitatis valla-
verunt domum eius Item pugne
iiij Reg xj vallabitis eum haben-
tes arma in manibus vestris Item
protectionis Job j nonne tu vallas-
ti eum et domum eius Item pene
et angustie Job xv terrebit eum
tribulacio et angustia vallabit
eum Item nature sive divine sa-
piencie Proverbiorum viij quando certa lege et gy-
ro vallabat abissos Item tempe-
rancie Cant vij venter tuus sicut a-
cervus tritici vallatus liliis Item
impugnacionis diabolice Eccl ix erat
civitas parva et pauci venit contra
eam rex magnus et vallavit
Validitas multiplex Item
potencie Exo iij ego scio
quod non dimittet vos rex
egypti nisi per manum validam
Item opulencie Proverbiorum xviij substan-
cia divitis urbs fortitudinis eius
et quasi murus validus circum-
dans eum Item sapiencie Proverbiorum xxiiij
sapiens fortis est et vir doctus
robustus et validus Item sani-
tatis corporalis Eccli xxx salus
anime in sanctitate iusticie meli-
or est omni auro et argento
et corpus validum quam census

in incipiens Item suggestionis
diabolice Mt xiiij videns autem
ventum validum Item iusticie Job
xxx elevasti me et quasi super ventum
ponens allisisti me valide
Vanitas dicitur quod dicit Psalmus
Universa vanitas omnis homo
vivens etc quia habet va-
nitatem nature culpe pene Va-
nitatem nature triplicem in ingressu
ad esse in esse ideo dicit Psalmus Homo va-
nitati similis factus est Item
vanitatem habet in esse quia ad
nichilum tendit nisi conservatore omni-
um manu regente et custodiente
sicut dicit Gregorius ideo dicitur Ro viij
vanitati subiecta est omnis cre-
atura glosa id est homo Item in egres-
su ab esse unde Psalmus Verumtamen in yma-
gine transit homo Item habet
homo vanitatem culpe et hanc tri-
plicem cogitacionis Psalmus dominus scit
cogitaciones hominum quoniam vane
sunt Item locucionis Psalmus vana
locuti sunt unusquisque ad proxi-
mum suum Ysa lix confidunt
in nichilo et loquuntur vanitates
Item operacionis Jer ij ambulave-
runt post vanitatem et vani fac-
ti sunt Jer x sunt opera eorum vana
et risu digna Item habet homo
vanitatem pene in ingressu in
egressu de quibus Job xiiij homo
natus de muliere brevi tempore
Et nota quod vanitas est quia nec
confert plenitudinem gaudii
nec fulcimentum in merito nec fruc-
tum laboranti etc Sequitur
Vas Apostolus distinguit Ro
ix duo genera vasorum vas
in honorem et vas in contu-
meliam vas in honore sunt
boni vas in contumelia sunt
mali e contrario ad bonos non quos
sunt vasa eleccionis per predestinacionem
Act ix vas eleccionis michi est iste
Item vasa misericordie per gratiam aptacionis
renovantis Ro ix ut ostenderet divi-
cias glorie sue in vasis misericordie que
preparavit in gloriam Ro ix Si quis

emundauit se ab istis erit vas in ho
norem sanctificatum et utile domino. E
contrario reprobi dicuntur vasa mor
tis propter multa precienda ad mortem
vasa ire propter iram culpe Ro. ix. sus
tinuit etc. Item contumelie propter penam
apta in interitum. Item contumelie propter
penam Ro. ix. an non habet potestatem
figulus luti ex eadem massa facere
vas aliud quidem vas in honorem
aliud in contumeliam. Hec vasa dis
cernuntur ratione materie et ratione conten
torum. Alii enim secundum materiam dicuntur va
sa aurea ratione caritatis precellen
tis alias virtutes. Unde de mero
caritatiuo dicitur Eccli. l. quasi vas auri so
lidum. Item dicuntur vasa argentea
lucida et sonora per fidem a quibus
removenda est rubigo hesitatio
nis et infidelitatis. Prov. xxv. au
fer rubiginem de argento. Item
enea propter imputribilitatem. Speciem
Reg. iii. De es tulit multum de quo
fecit Salomon vasa enea. Es est
materia splendidi. Dicitur Salomon sapiens
anima vasa meditationis confide
cie. E contrario reprobi sunt vasa
lutea propter carnis fragilitatem
Ps. tamquam vas figuli confringes
eos. Item vasa lignea per fragili
tatem spiritus. Utrumque enim vas ligne
um et luteum fragile est sed differen
ter quia luteum si frangatur non
potest reintegrari quia integri
tas corporis non potest recuperari si a
missa fuerit per carnalem operibus sed
ligneum resarciri potest quia inte
gritas spiritus resarciri potest ut dicit
Hugo de claustro. Leuit. xv. dicitur quod
vas fictile quod tetigerit ille qui pa
titur fluxum seminis confringetur vas
autem ligneum lauabitur aqua quod
si fluxus seminis .i. desiderii car
nis tetigerit corpus quod est vas ficti
le debet confringi ieiuniis si non vas
ligneum .i. spiritus debet aqua compunc
tionis lauari. Item sunt vasa
papirea per ypocrisim. Ys. xviii. Ve
terre cimbalo alarum que est trans
flumina Ethiopie que mittit in

mare legatos suos in vasis pa
piri. Vasa papirea sunt ypo
crite propter apparentem viriditatem
operum quorum durauerunt ale iac
tantia in verbis et in factis. Item
ratione contentorum vasa dicuntur quedam con
tinent oleum, nunc aquam, nunc
incensum devotionis quantum
ad incipientes. Item simila
puritatis sive discretionis vn
guentum pietatis quantum ad proficien
tes. Item vinum zeli butirum de
votionis et manna sancte contempla
tionis quantum ad perficientes. De
primo ait Mt. xxv. prudentes virgines
acceperunt oleum in vasis suis
cum lampadibus quod legitur iiii Reg. iiii de mu
liere que posuit oleum in vasis
vacuis. De secundo Io. ii. implete y
drias aqua. De tertio Num. vii. quod
quilibet princeps obtulit mor
tariolum aureum plenum incenso.
De quarto ibidem quod offerebat quilibet
princeps phialam argenteam
plenam simila. De quinto habetur in
Reg. xi. De sexto in Eccli. quod mulier
obtulit libram unguenti etc.
De septimo Apoc. xvi. de angelis
qui effuderunt phialas ple
nas ire super terram. De octavo
dicitur Iob utinam esse iuxta
dies pristinos quando lauabam pedes
meos butiro. De ultimo Exo.
xvi. sume vas unum et pone in
illud manna. Item vasa re
proborum sunt continentia ab
hominationem quantum ad superbiam quia
abhominabilis est deo omnis super
bia. Unde legitur Apoc. xvii. de
muliere illa que circumdata erat
purpura quod habebat in manu sua
vas plenum abhominatione. Item
sunt continentia cruorem per lu
xuriam. Exo. vii. extende virgam
tuam super aquas Egypti et con
uertentur in sanguinem et sic cruor
in omni terra Egypti peccato carnis
tam in ligneis vasis quam in sa
xeis. Vasa lignea sunt illi qui
sunt in peccato carnis non obstinati

sarcia obstinata Item sunt vasa ag
gregacia rapina p(ro)dicia Mt xx
iij ve vobis pharisei et ypocrite qui
mundatis quod foris est calicis et p
arapsidis Item sunt vasa continen
tia vinum scilicet doctrine demonis fel dra
conum vinum eorum etc hoc est illud
de quo dicitur Jer quod obtulerunt Reca
bitis calices plenos vino at illi
responderunt non bibemus Item con
tinentia mortem per desperacionem iiij
Reg iiij clamaverunt filii prophetarum mors
in olla vir dei mors in olla etc

Ventus multiplex est commo
cio aeris ait bin impat
ventus iniquitatis Ys lxiiii
iniquitates nostre quasi venti abstule
runt nos Item temptacionis de
moniace Mt vij venit flumen
flaverunt venti et irruerunt in domum
illam Item adversitatis et tribula
cionis Jer iiij ventus urens in vijs
que sunt in deserto etc Ps impul
si sunt nec potuerunt stare Item pro
speritatis Job xxx elevasti me et quasi
super ventum ponens allisisti me
valide Item favoris mundani
Oze xij Effraym pascit ventum
Item spiritus sancti Act i Accipie
tis virtutem supervenientis spi
ritus in vobis etc Sequitur

Venit Christus in carne pluribus
modis primo ut spiritualibus
diviciis ditaret Cor viij prop
ter vos egenus factus est cum
esset dives ut illius inopia vos
divites essetis Item
ut medicus ad egrotos ut natu
ram nostram sanaret Mt viij domine
puer meus iacet paraliticus in
domo et male torquetur et ait ille
ihesus veniam et curabo eum Item
ut frater ad fratres ut nos visitaret
Gen xxxvij an fratres tui in pascen
dis gregibus Item venit ut salvator
ad nos ut nobis ministraret Mt
xx filius hominis etc Item tamquam
peccatores vocans Mt ix non veni
vocare etc Item tamquam doctor sim
plices Jo iij a deo venisti magister Item arguens re

belles Jo xv si non venissem et eis
locutus etc Item sicut pastor ad
perditas Mt xv non veni nisi ad
oves etc Item sicut redemptor ad
venditos Gal iiij at ubi ve
nit plenitudo etc Item sicut libe
rator ad incarceratos Ex iij a
vidi afflictionem populi mei in egipto
Item ut misericordie peccata tollet
Jo i vidit ihesum venientem Item ut
venaliter temptamenta demo
num respueret Mt viij si cum venis
set ihesus trans fretum in regionem
gerasenorum etc Item ut desolatos
benigne confortaret Jo xx cum
sero factum esset etc Item de adven
tu in mente quia venit ut lux
illuminans in tenebris Ys lx surge
illuminare ierusalem etc Item ut ignis
ascendens affans purgans et co
roborans unde ignem veni mit
tere Item ut ymber germinans et fru
ctificare faciens effectum Oze vi
quasi ymber temporaneus Item ut a
micus cum amico delectatur Can
veniat dilectus in ortum meum
Item ut hospes cum diligentibus
se permanens Jo x si quis diligit
etc Item de adventu in iudicium
quia veniet cum auctoritate
ut iudex singulorum opera discuciens
Ys iij dominus ad iudicium Item veniet
cum maiestate ut rex ut pecca
tores deterreat Mt xxiiij apparebit
signum filii hominis Item cum ul
cione ut iudex reos peccatores pu
niat Ys xxxv deus in ulcio
ne deducet Item veniet repen
te et improviso ut fur Apoc iij
si non vigilaveris veniam ad te
Item velociter ut fulgur Mt xx
iiij sicut fulgur exit ab orien
te Item veniet aperte ut impetus
tempestatis ut unde Ps deus m
manifeste veniet Item veniet
ut misericors suos amicos libe
rans et salvans Jer xxiij ecce
ego venio Item ut remunerator
mercedem pro labore reddens Ys xl
ecce dominus in fortitudine veniet

zaa

Item ... magnificator / Mat xxv ecce
sponsus venit exite obviam ei
vel dicit quod quadruplex est adven-
tus domini quorum primus est in carne
Mat xxiiii venit filius hominis secundo
hic quod circa huiusmodi adventum
peccavit rex xpi quadrupliciter primo
enim non recognoscendo / sed in
celo Jo i in mundo erat etc. / Secundo eum
non diligendo Joh iii lux venit in
mundum et dilexerunt homines tene-
bras magis quam lucem / Tercio eum
recipiendo Jo i in propria venit etc. et Joh
v ego veni in nomine patris mei etc.
vos non recepistis me / Quarto ipsum
occidendo vel occidi procurando Luc
hic est heres venite occidamus
eum / Secundo quod est quadruplex condi-
cio venientis / Primo enim venit ex-
celsus sive fortis Joh iii qui de ce-
lo venit super omnes est et Mat iii veniet
et fortior me post me / Secundo man-
suetus Joh xii dicite filie syon etc.
Tercio pauper Zach ix exulta satis fi-
lia syon iubila filia ierusalem ecce
rex tuus venit / Quarto sapiens
Joh iii rabbi scimus quia a deo
venisti magister / Secundus adventus
est in mentem Joh xiiii audistis quia
dixi vobis vado et venio ad vos et
hic illuminat Jo iii spiritus ubi vult spi-
rat et vocem eius audis et nescis
unde veniat aut quo vadat / Secundo
inflammat Joh xiiii si quis diligit
sermonem meum servabit etc. deus
enim manens in anima inflammat
eam nec mirum quia ignis est ipse
dicit veni ignem mittere / Tercio conso-
latur Joh xiiii non relinquam vos or-
phanos sed veniam ad vos / Quarto refi-
cit Apoc iii ego sto etc. / Tercius ad-
ventus est in morte Mat xxv ecce
sponsus venit / et hic est subitus
Luc / Luc xii estote parati / Item manifesta-
mus Apoc iii ecce venio cito etc.
et i Thess v cum dixerint pax et secu-
ritas / Item crudelis malis Joh
x fur non venit nisi ut furetur
i Thess v dies domini sicut fur / Item
desiderabilis bonis [illegible]

Apoc xxii ecce venio cito et merces
mea mecum et hic est expectandus
Luc xii quod si dixerit servus ille / Item
ardenter Apoc ... adiutum te
pantadeo ... Apoc ii tene-
te quod habetis donec veniam / Quarto bonum
in augmento continuando Apoc
ultimo qui iustus est iustificetur
adhuc ecce venio cito etc. / Quartus ad-
ventus est ad iudicium i Thess ii que
enim spes nostra et gaudium nonne
quod hic venit illinos ... i Cor iiii
nolite ante tempus iudicare quousque
etc. / Item gloriosus Mat xxv cum venerit
filius hominis in maiestate sua
Item nullam moram faciendo Hebr
x adhuc enim modicum aliquan-
tulum quia qui venturus est ve-
niet et non tardabit / Quarto timen-
dus Apoc i ecce venit cum nubibus etc.

Venacio multiplex est et videbitur etc.
venacio crudelitatis Eccl
xiii venacio leonis onager
in heremo sic pascua divitum pau-
peres / Item prudencie secularis Gen
xxv factus est Esau vir gnarus
venandi / Item gulositatis Gen
xxv Isaac amabat Esau eo quod
de venacionibus eius vescebatur
Item mundane deceptionis Eccl
xxvii leo venacioni insidiatur
semper sic peccata operantibus iniqui-
tatem / Item diabolice suggestio-
nis Thren iii in venacione ceperunt
me quasi avem / Ps anima nostra sicut
passer etc. / Item carnalis volup-
tatis Eccles vii inveni mulierem
morte amariorem que laqueus
venatorum est / Item predicacionis Michee
vii vir fratrem venatur ad mor-
tem / Item predicacionis i Mach iii
similis factus est in operibus suis
leoni et sicut leo rugiens in ve-
nacione sua / Jer xvi mittam ve-
natores et venabuntur eos etc.

Vendicio est iusta Prov ultimo
sindonem fecit et vendidit
et cingulum tradidit chana-
neo / Item occulta Gen xxv vende
michi primogenita etc. / Item predicta

Amos ij super tribus sceleribus
et iiij non convertam eum eo quod ven-
diderit argento quia iustum et pau-
perem pro calciamentis. Item dolosa
Amos viij quibus quas frumen-
ti vendamus. Item luxuriosa
Joelis ij puellam vendiderunt
pro vino ut biberent. Naum iij que
vendit gentes in fornicationibus.

Venter multiplex est. Primus et cetera
innocentie baptismalis
Ysa. xlix Dominus ab utero voca-
vit me. Item anime fervientis Job
xxxij En venter meus quasi mustum
absque spiraculo. Item intel-
ligentie doctrinam sitientis
Prov. xxij appone cor ad doctrinam
que pulchra erit tibi cum serva-
veris eam in ventre tuo. Item
conscientie remordentis Ysa. xvi Super
hoc venter meus quasi cithara ad
Moab sonabit. Eccl. xl In ven-
tre inopis ignis ardebit. Item
caritatis filios spiritualiter generantis
Cant. v Venter meus intremuit
ad tactum eius. Item cupiditatis
Job xx divitias quas devoravit
evomet et de ventre extrahet
eos Deus. Et Prov. xiij iustus comedit
et replet animam suam venter
autem impiorum insaciabilis. Item
carnalitatis concupiscentias generan-
tis Eccl. xxiij aufer a me ventris
concupiscencias. Item pene insa-
ciabiliter cruciantis Eccl. ultio
de altitudine ventris inferi etc.

Velamentum triplex est. Dei
Christi et hominis. Dei triplex.
Protectionis contra malum
culpe vel tribulacionis Ps. In ve-
lamento alarum tuarum etc. Item contra
malum vel temptationis Ps.
inhabitabo in tabernaculo tuo etc.
Item custodie ab estu concupiscentie
Eccl. xiiij statuet filios suos
sub tegmine illius et sub ramis
Item Christi triplex. Sacramenti ob
reverentia summe maiestatis Hebr.
x habentes fratres fiduciam in intro-
itum sanctorum in sanguine Christi quod

initiavit nobis viam novam
et viventem per velamen per carnem.
Item misterii propter profunditatem
summe veritatis Luc. ix at illi ig-
norabant verbum illud et erat ve-
latum ante eos. Item glorie ad im-
mensitate sue bonitatis Hebr. vi
confugimus ad propositam nobis
spem quam sicut anchoram habemus
anime tutam ac firmam incede-
tem ad interiora velaminis. Item
hominis est duplex. Primo quo
ad bonum intus in affectu. i Cor. xi
Si non velatur mulier tondeatur.
Gen. xx Sara dixit Abimelech
ecce dedi mille argenteos fra-
tri tuo hoc erit in velamento oculorum
tuorum etc. Item exterius i Cor. xi
mulier vero gloria est viri si comam
nutriat quoniam capilli pro velamine
dati sunt ei. Item satisfactionis
noctue quantum ad indumentum
Job xxiiij nudos dimittunt
homines indumenta tollentes
quibus non est operimentum in frigore
non habentes velamen. i Thi. vi habentes
alimenta et quibus tegamur. Item
secundo quo ad malum oblivionis
contra memoriam Sap. xvij dum
putant se latere in obscuris
tenebroso oblivionis velamento
dispersi sunt paventes horrende.
Item ignorantie vel cecitatis
contra divinam veritatem ij Cor. iij
usque in hodiernum diem idipsum
velamen positum. Item malicie
quantum ad voluntatem i Petr. ij quasi
liberi non quasi velamen habentes ma-
licie libertatem etc. Sequitur

Velocitas multiplex est nature
Job ix dies mei velociores
fuerunt cursore. Item pene
Tren. iiij velociores fuerunt persecuto-
res nostri aquilis celi. Item culpe
Prov. primo pedes veloces ad cur-
rendum in malum et hoc est in co-
gitando Eccl. v Ne temere quid
loquaris nec cor tuum sit velox.
Item in loquendo Prov. xxix vidisti
hominem velocem ad loquendum

Item in irascendo Eccl. vii ne sis ve-
lox ad irascendum. Item in sanguine
effundendo Prov. i pedes eorum velo-
ces. Item est velocitas gratie Eccl.
xi benedictio dei in mercedem iusti festi-
nat et in honore veloci processus il-
lius fructificat. Et hec est in au-
diendo Iaco. i sit omnis homo ve-
lox ad audiendum etc. Item in operan-
do Prov. xxii vidisti virum velocem
in opere suo. Eccl. xxxiii in omnibus
operibus tuis esto velox. Item in
homines [?] ducendo Ysa. xviii. Item
angeli veloces ad gentem convulsam.
Item in condempnando Malach. iii
accedam ad vos in iudicio et ero tes-
tis velox maleficis et periuris etc.

Ve triplex est ve miserie culpe
et pene eterne. De primo Iob x si
[im]pius fuero ve mi. Misero quia addidit
dominus dolorem dolori meo etc. De secundo
Ysa. i ve genti peccatrici. De tertio Eze.
ii in libro erant scripte lamentatio-
nes carmine et ve. Est ergo ve mi-
serie de quo Ier. xv a ve michi ma-
ter quare me genuisti virum
rixe et virum discordie. Et hoc ve
multiplicatur quia est ve mise-
rie propter defectum societatis suble-
vantis Eccl. iiii ve soli quia cum ceci-
derit non habet sublevantem se. Item
propter defectum pastoris gubernantis
Eccl. x ve tibi terra cuius rex puer
est. Item propter defectum scientie dirigentis
Ysa. v ve qui dicitis malum bonum.
Item propter defectum prosperitatis Ier. iiii
ve nobis quia vastati sumus. Item
propter habundantiam penalitatis Ier. x
ve mi super contritione mea pessima
plaga mea. Ysa. xxix ve Ariel civi-
tas quam expugnavit David.
Item propter defectum gaudii interioris
Ier. iiii ve mi quia defecit anima
mea propter interfectos. Ier. vi ve nobis
quia declinavit dies [?] gaudii
interioris. Item propter timorem iudicii
Ier. xxx ligium [?] offensionibus an-
rum [?] facientium ve illis qui sec-
tantur illud. Ysa. v ve qui tra-
hitis iniquitatem in funiculis

vanitatis. Est istud ve duplex
quia est ve subditis et est ve pre-
latis. De primo Mich. ii ve qui
cogitatis etc. Et hoc ve multi-
plicatur quia est ve culpe sub-
ditis propter peccatum ebrietatis et gule
Ysa. v ve qui potentes estis ad
bibendum vinum et ibidem ve qui
consurgitis mane. Prov. xxiii cui
cui ve cuius patri ve cui
oculorum cui nonne causa vulne-
ra nonne his qui commorantur
in vino. Item cupiditatis et ava-
ritie Ysa. v ve qui coniungitis domum
ad domum. Ysa. xxxiii ve qui predaris
nonne et ipse predaberis. Abacuc ii
ve qui congregatis avaritiam
malam domui sue. Item ela-
tionis et superbie Ysa. xxviii ve co-
rone superbie ebriis Effraym.
Ysa. v ve qui sapientes estis in
oculis vestris. Item maledic-
tionis Ysa. xlv ve qui contradicit fic-
tori suo. Item adulationis Eze.
xiii ve qui consuunt pulvillos
sub omni cubito manus et pul-
villi sunt pulvini [?] et cetera mol-
lia que sub omni cubito consu-
Item vivunt viventes vite gratie mor-
dinacione quo ad proximum. primo si
sit in equitate iudicii. Deut. xvi. Non
accipies personam in iudicio. Iuste quod
iustum est exequeris ut vivas. Item
modo bone fame. ii Cor. ii. Bonus
odor Christi sumus. Item in elemosinarum
erogacione. Tob. iiii. In pane pauperibus diuidas
etc. Item in edificacione proximi. ii Cor.
in sermonibus quod turbati sumus. Item
in iusticia. Eccl. xxxii. procul. Item
vivunt viventes vita gratie iordina-
cione quo ad deum et hoc in fidei cog-
nicione. Abacuk ii. Iustus ex fide
vivit. Item magnificando cum reveren-
cia. Ad Philip. i. magnificabi-
tur Christus in corpore meo. Ecc. i. Sus-
tine sustentaciones dei et iungere deo
et sustine ut crescat vita tua in
novissimo. Item in diligendo. Deut.
xxx. Omni vita tua dilige illum
qui te fecit. Item in custodiendo
cordis. Prov. iiii. Omni custodia custo-
di cor tuum. Item est vita glorie. Bap-
tista iusti autem in perpetuum vivent. Item
est vita culpe. i Tim. v. Vidua que
in deliciis est mortua est. Item pene
His veniat mors super illos etc.

Virtus multiplex est humilitatis.
Iud. ix. Respondebat vitis.
Numquid absque tamen vinum
quod letificat deum et homines. Item vitis cum flec-
tit ramos et significat humilitate cuius
est flectere ramos affectionum suarum
et operacionum per suum contemptum. Sed quia
activa que in providia et contemplativa
que per veritatem secure habitat. De hac vite
Iudic. ix. Venerunt ligna silvarum
etc. Ibi introducuntur tria ligna que renu-
unt principatum: oliva, ficus et vitis.
Quod oliva est quia nequit deserere
pinguedinem suam. Sed ficus quia
non vult deserere dulcedinem suam.
Sed vitis quia non vult deserere
iocunditatem suam. Oliva est anima
penitens aspirans deliciarum huius

cum amaritudine et radice quam post
contricionem in suavitate virtuositatis
et fructu vite primo relinquatur
oleum. Sic penitens in principio habet
aliquantulum temptacionis amari-
tudine que per modum convertitur in sua-
vitate divine consolacionis per suam
multitudinem. Job xxix. petra
in prime dulcia fundebat mihi
rivos olei. Pinguedo olei est con-
solacio spiritus sancti quam non potest
deserere anima penitens ut fiat
ligna silve infructuosa, id est car-
nales seculares, promoveatur.
Ficus est anima pauper contempta
diviciarum dulcedo huius ficus est
dulcedo quam parit paupertas que
tanta est quod non potest pro modo cum ali-
qua adiligere tibi mittuntur. Vi-
tis est anima humilis que sic no-
cetur ad honorem inducet quod non potest
visibile deserere vinum spiritualis de-
vocionis quod letificat deum et homines.
Item est vitis virginitatis. Zach. ix.
quid est pulchrum nisi frumentum
electorum et vinum germinans virgines
et de hac Eccl. xxiiii. Ego quasi vitis
fructificavi quod exponitur de vir-
gine Maria. Item est vitis cari-
tatis in qua radicantur palmi-
tes bone operacionis si loquimur
de caritate creata vel palmites
sunt predicatores quia in deo quod est
caritas increata deum radicantur
sicut palmites in vite nisi illud
in caritate radicati etc. et de hac
Iohannes xv. Ego sum vitis etc.
Item vitis dulcedinis spiritualis
de qua Mat. xxvi. Non bibam de hoc
genimine vitis etc. Item vitis
contradicionis. Osee x. vitis frondosa
Israel. Deut. xxxii. De vinea Sodomorum vinea eorum
quia dixit Ier. ii. Non est una in vitibus.
Item est vitis silvestris. Ier. ii.
Quomodo conversa es in vitem silvestrem et significat vo-
luptate deliciarum mundi que cum
ponitur in mollia filiorum et filiarum
in corda religiosorum generant mor-
tem conscientie remordentis. Item est
vitis ypocrisis que expectata ut

faciet uvas bone operationis fecit
labruscas prave simulationis. Ysa.
v. Hic est de qua queritur dominus Eze.
xv. quid fiet de ligno vitis ex q
de utraque partem consumpsit ignis
et post exponit quo lignum vitis
inter ligna silvarum quod dedi igni
ad devorandum sic tradam habita-
tores Ierusalem. Item est unius mun-
dane vanitatis Gen. xl. Vide-
bam coram me vitem in qua erant
tres propagines crescere in gemmas
et post flores uvas maturescere. Pin-
cerna pharaonis qui videt hic est pec-
cator qui tenetur in carcere istius
visiones et somnia sunt cogi-
tationes multe cum cogitat pec-
cator et disponit sed sicut expecta-
tus dormiens nichil invenient
vitis est mundana vanitas in qua
tenguntur visiones et cogitationes
peccatori tres propagines tres con-
cupiscencie carnis oculorum et sup-
bie vite crescunt in gemmas car-
nalitates et incipiunt magni-
ficare flores oriuntur flagran-
tes multo odore odor cum huius
valde suavis est maturescunt
uve in perpetratione temporalium divi-
ciarum delicarum et tunc expectant
in manibus in operibus exprimentur in
vindicta malitie pharaonis et cetera.

Visitatio multiplex est dei et
angelorum hominis et diaboli.
Dei multiplex quia est vi-
sitatio parvulis pietatis de qua
Ps. Visita nos in salutari tuo
et hic in presentia inde et cetera. Item
per gratiam Ps. quid est homo quod
memor es eius. Item propterea
inflictionem et hoc erit in iudicio
de qua Sap. vi. secundum magnitudi-
nem operis eorum sit visitatio eorum.
Item per gratiam Iob x. Pena visi-
tatione tua pacis. Secundo quia prima
visitatio quatuor bona facit. Pri-
mo virginem beatam inebriat Ps. Vi-
sitasti terram et cetera. Secundo humanum
genus profunt propter quod dicebat Ps. Re-
spice de celo et vide et visita vineam
istam. Tercio diabolum destruit Ysa.
xxvii. in die illa visitabit dominus
super leviathan. Quarto ad ymaginem
imitantur vii. Luc. xix. legitur dominus
flevisse super Ierusalem eo quod non cognovit
tempus visitationis sue que designat
adventum Christi in carne. Secundo visi-
tatio quatuor bona facit. Primum
est liberatio a peccato quod mirabiliter
operatur Eccli. xxxiiii. sicut parturien-
tis cor tuum fantasias patitur
nisi ab altissimo fuerit inmissa vi-
sitatio. Secundum est bonorum multipli-
catio Gen. xxi. visitavit dominus Saram
et concepit et peperit filium sancta anima
filii bona opera. Tercium est custodia cus-
todiendo Iob x. visitatio tua custodivit spiri-
tum meum. Quartum est magnificatio
Iob vii. quid est homo quod magnificas
eum. Et etiam in visitatione no-
tanda causa modus et tempus. Causa
est peccatum transgressionis Ier. vi. confu-
si sunt qui abhominationes fece-
runt ideo cadent in tempore visita-
tionis sue. Modus autem visitatio-
nis erit crudelis Ps. Et visitabo
in virga iniquitates eorum. Tempus
autem visitationis erit in brevi
Ioel iii. cito velociter reddam vobis
vicissitudinem in capud vestrum et cetera.
Et notandum hic quod visitat dominus animam
peccatricem multipliciter in tempore
ut dicit glosa super illud Luc.
xix. eo quod non cognovisti tempus visi-
tationis tue que dicit propterea animam
visitet dominus aliquando precepto aliquando
flagello aliquando miraculis. Cer-
ta visitatio enim domino facit pacifi-
ficat et exaltat. De primo Iob x.
Pena visitatio tua pacis. De secundo
i. Pet. v. humiliamini sub potenti ma-
nu dei ut vos exaltet in tempore
visitationis. Item est visitatio
angelorum et hoc fit propter nos propter
deum propter seipsos. Unde Bernardus de ex-
celso celorum habitaculo ad conso-
landos ad visitandos ad adiu-
vandos nos trahunt scilicet enim
nos caritas angelorum propter deum
propter nos propter seipsos propter deum enim

erga nos visitacio nunc senciamus ut demum mittant apostolos quos ordines restaurando ex nobis desideratis prestolantur. Tercia visitacio diaboli. prov. per timorem domini ad vitam et in plenitudine commorabitur absque visitacione pessima. Quarta visitacio est hominis et huius triplex quia debet visitare templum domini. ps. vitam peti a domino etc. Item scripturam. Job x visitacio tua custodivit. Item proximum consolando bona gracia sua largiendo et si opus fuit corrigendo. Primo Job ii. Cum audissent tres amici Job qui dixerunt ut pariter venientes visitarent Job et consolarentur. De secundo ysa. lviii frange esurienti panem tuum. Notandum quod hec visitacio confirmat a peccato Job v visitans speciem tuam non peccabis. Item religiosum facit. Jac. i religio munda et inmaculata hec est visitare etc. Tercio confirmat in dileccione. Ecc. vii non te pigeat visitare infirmum ex hiis enim in dileccione firmaberis. Item homo visitat se ipsum puniendo. Sophonie i scrutabor ierusalem in lucernis et visitabo super viros. Notandum quod hec visitacio proprie pertinet ad prelatum qui benigne debet visitare quantum ad inquisicionem tua pater. Item velociter quantum ad descensionem. Ioel iii ecce reddam vobis vicissitudinem in capud vestrum. Item iuste puniendo. ps. secundum magnitudinem operis visitacio eorum. Notandum quod visitacio talium debet esse super superbos ysa. x visitabo super fructum magnifici cordis regis assur et super gloriam altitudinis oculorum eius. Item super mendaces Jere ix sagitta vulnerans lingua eorum dolum locuta est ore suo pacem cum amico etc. et post numquid super hiis visitabo. Item super avaros ysa. x ve qui condunt leges iniquas et propter parum ut essent

in direpcionem eorum et pupillos diripiunt in die visitacionis. Item super luxuriosos Jere v visitabo super omnem equum licet iam cissum hinnientem. Item super gulosos Jer v incrassati sunt et impinguati et propter parum numquid super hiis non visitabo. Ysa x in predicione adduces super eam tempus visitacionis tue. Item super accidiosos et desides. Sophon. i visitabo super viros defixos in fecibus etc. sunt etc.

Vivificacio. Circa vivificacionem nota qualiter dominus et quos vivificat dominus et que faciunt ad vivificacionem. Circa primum notandum quod est vivificacio a morte nature. Johannis v sicut enim pater suscitat mortuos et vivificat etc. Item a morte culpe. Ez. xviii cum averterit se impius ab impietate sua quam operatus est et fecerit iudicium et iusticiam animam suam vivificabit. Johannis vi spiritus est qui vivificat. Prima vivificacio fuit potencie et hec est gracie. Item est vivificacio noticie. Abacuk iii domine opus tuum in medio annorum vivifica illud. Hec moralis intelligencie. ii Cor. iii littera occidit etc. Item est vivificacio adamplacione. ps. vocem meam secundum misericordiam tuam audi domine et secundum iudicium tuum vivifica me. Item iusticie. Gal. iii si enim data esset lex que posset vivificare iam ex lege esset iusticia. Circa secundum notandum quod vivificat dominus a vanitate se avertentes ps. averte oculos meos. Item misericordes. ps. beatus qui intelligit et propter dominus conservet eum et vivificet. Item penitentes i Reg. ii dominus mortificat et vivificat. Et Job xxxiii spiritus domini fecit et spiraculum intelligencie vivificavit me. Item vivificat se desiderantes. ps. ecce concupivi mandata tua in equitate tua vivifica me. Item humiles. ps. vide quoniam domine vivifica me et ins

Rom. viii. Hec dicit dominus habitans cum q(ui)-
eto et humili spiritu ut vivificet spiritum
humilium et ut vivificet cor q(ue)-
torum. Item carne mortificates
i Pet. iii. Christus pro nobis mortu-
us est iustus pro iniustis etc. Et
non ecclesia hic quod dominum moneunt
ad hoc quod vivificet castitas munda
et vitas equitas expedit et pro-
marum attencione munda attendit
orphanorum miseriam et divinam
pietatem utilitas sufficienter operatorum
principum et dei iusticia de primo
pec(ca)to secundum iudicium tuum vivifica me.

Vocat homo vocat et me
deus. Vocacio hominis ex(em)plo
est quia vocat aliquem ad p(e)c-
catorum ebrietatem. Pro. ix. quod mulier
stulta et clamosa plena q(ue) ille-
cebris et nil omnino sciens sedet
in foribus domus sue ut vocet
transeuntes per viam. Item vocat ad
malum faciendum. Job i. vocabat
tres sorores suas ut comederent
etc. ii Reg. xiii. vocavit Absolon
omnes filios regis. Item ad consilium
accipiendum. Judith ii a. vocavit
Nabuchodonosor omnes maiores
natu omnesque duces bellatores
suos et habuit cum eis misterium con-
silii sui. Item vocat deus. Et modo
quo vocat peccatores proficientes p(re)si-
dentes et contemplantes. Peccatores
ab immundicia ad sanctificacionem.
i Thess. iiii. Non enim vocavit nos
deus in immundiciam sed iustificatos.
Item a peccato ad penitenciam. Mat. ix. Non
veni vocare iustos sed peccatores ad
penitenciam. Item a curiositate et soli-
citudine ad graciam. Mat. iiii. vidit
duos fratres Iacobum et Iohannem refi-
cientes recia sua et vocavit
eos etc. Item vocavit dominus penite(n)-
tes et sic proficit vocat enim eos
ab ignorancia ad cognicionem.
Mat. xx. Ecce duo ceci etc. et vocavit
eos et dixit quid vultis ut faciam
vobis etc. i Pet. ii. qui de tenebris
vocavit vos in admirabile lu-
men suum. Item vocat penitentes

a negligencia ad sollicitudinem. Exo. iii.
vocavit eum dominus de medio rubi
et ait Moyses qui respondit assum
et ait ne appropies huc solve calci-
amentum de pedibus tuis etc.
et post agitur de missione eius
ad pharaonem. Et vere qui vult co(n)-
vocatus domino debet vocari de me-
dio rubi mundi huius et debet eciam
removere calciamenta et negli-
gencias et pigricias de pedibus
affectuum suarum. Item vocat ab im-
prudencia ad prudenciam sive
providenciam. Exo. v. vocavit nos
deus ut eamus viam trium dierum
in solitudinem et sacrificemus deo nostro
ne forte accidat pestis aut gla-
dius. Item vocat deus proficien-
tes a gaudio ad dolorem. Ys. xx-
ii. In die illa vocavit dominus ad fle-
tum et planctum etc. Sed dr. Pro. i. voca-
vi et renuistis. Item ab oriente
prosperitatis mundane ad paupertate(m).
Ys. xli. quis suscitavit ab orien-
te iustum vocavit eum ut seque-
retur se. Item ab inhonestate ad
conversacionem sanctitatis. i Pet. i. Quasi
filii obediencie non configurati
prioribus ignorancie vestre deside-
riis sed secundum eum qui vocavit
vos sanctum et ipsi in omni conversacione
sancti sitis. Item vocat proficien-
tes ab impaciencia ad paciencia(m). i Pe.
ii. Si bene facientes pacienter
sustinetis hec est gracia apud deum
in hoc enim vocati estis quia Christus
passus pro nobis. Item a dolore
ad delectacionem. Luc. xiiii. homo qui-
dam fecit cenam magnam. Item
ab infirmitate ad sanacionem. Luc.
xiii. ecce mulier que habebat spiritum
infirmitatis etc. quam cum vidisset
Ihesus vocavit eam ad se et ait mu-
lier dimissa es ab infirmitate.
Item vocat deus presidentes ad
tradenda eis sua talenta. Mat. xxv.
Homo quidam peregre proficis-
cens vocavit servos suos et
dedit quibus talenta etc. Item ad red-
dendam racionem de villicacione sibi

commissa. Luc. xvi. Erat quidam homo
diues qui habebat villicum et post
sequitur et vocauit illum et ait redde
de racionem villicacionis. Item
ad eternum lucrum gaudium presta iusti
cia ysa. xlii Ego dominus vocaui te in
iusticia et apprehendi manum tuam
et saluaui te et dedi te in fedus
populi in lucem gencium. Item vocat
dominus contemplantes ab imperfectione
Gal. i Segregauit me ex utero
matris mee et vocauit per graciam
suam ut reuelaret filium suum
in me. Item a turbacione ad pa
cem. i Cor. vii In pace autem vocauit
nos deus. Item a pena ad gloriam
Apoc. xix Beati qui vocati sunt
ad nupcias etc. Sequitur agni

Voluntas ut nullius excusa
cione habeat de ignorancia adi
mne voluntatis dominus in
sinuauit suam omnibus omnibus et hoc
omni statui hominum videlicet pecca
toribus penitentibus siue religio
sis peccatoribus incipientibus profi
cientibus perficientibus religiosis
perfectis religiosis et hoc explicite secundum
ea que debent esse in vita religio
sorum et eciam in perfectis manifestat
igitur dominus suam voluntatem pecca
toribus ipsis que est ut conuertantur
ad penitenciam. Ezech. xxxiii Nolo mortem
peccatoris sed ut conuertatur. Item perficien
tibus siue religiosis et hoc explici
te secundum ea que debent esse in vero
religioso scilicet paciencia in aduersis vera
obediencia in preceptis et abstinen
cia ab illicitis. Prima voluntate
qua vult dominus virum religiosum
sine perficientem habere pacienciam in aduersis
dicitur ad Hebr. x Paciencia vobis est necessaria
ut voluntatem dei facientes re
portetis promissionem. i Petri iiii
qui paciuntur secundum voluntatem
dei fideli commendant animas su
as. Secunda que est ad verum obe
diendum i Petri ii subditi estote
omni humane creature propter deum
et post sequitur quia sic est voluntas
dei. Tercia voluntate qua vult deus

abstinere hominem ab illicitis. i Thess. iiii
quod quadruplex est videlicet quantum
ad abstinenciam gule et luxurie
Prima dicitur Eph. v Nolite fieri impru
dentes sed intelligentes que sit
voluntas dei etc. Et sequitur Noli
te inebriari vino in quo est lu
xuria. Secunda que est luxurie i Pe
tri iiii Qui passus est in carne desi
it a peccatis ut iam non hominum deside
riis sed voluntate dei quod reliquum
est in carne viuat etc. Sic ergo
manifestat dominus voluntatem
suam ipsis peccatoribus et eciam profi
cientibus siue penitentibus. Item
Item manifestat eam ipsis
perfectis ut perseuerent viriliter
in bonis inceptis de ista volun
tate. Ad Col. iiii sollicitus pro
vobis in oracionibus meis ut ste
tis perfecti et pleni in omni volun
tate dei. In hoc quod dicit stetis
notatur finalis perseuerancia
et isti sunt explicite secundum ea que con
ueniunt homini perfecto. Primum est
continua gratiarum accio de victoria
inimicorum in via secundum quod dicitur
i Cor. xv Gratias agentes deo et
patri qui dedit nobis victoriam
Secundum est continua oracio ne ca
dat in temptaciones et laqueos
diaboli et ideo dicit dominus ipsis
apostolis in passione vigilate
et orate ne intretis in tempta
cionem. Tercium est gaudium mentis
in dulcedine contemplacionis. Sic
dicit apostolus Phil. iiii Gaudete
in domino semper. Item quod in istis tribus
sit voluntas dei quantum ad viros
perfectos ostendit apostolus i Thess. v
Semper in quid gaudete sine inter
missione orate in omnibus
gratias agite. Hec enim voluntas
in proposito gaudete mentis per
contemplacionem sine intermissione
orate ad vincendum temptacionem
in omnibus gratias agite propter victori
am sic agitur manifestat dominus
omnibus voluntatem suam. De ista
triplici voluntate dicitur in qualibet Ro. xii

Nolite inquit apostolus conformari huic seculo sed reformamini in novitate sensus vestri ut probetis que sit voluntas dei bona beneplacens et perfecta. Bona dicitur divina voluntas in admissione peccatoris bonitate cum dei prima queritur peccator. Ro. ii ignoras quod benignitas dei ad penitentiam te adducit. Ibi glossa origenis copiosa dei bonitas que multa peccantibus bona ministrat blandiens ut ad penitentiam te attrahat. Beneplacens dei quantum ad penitentes qui iam vivunt in timore dei secundum quod dicit ps. beneplacitum est domino super timentes eum. Perfecta dicitur quo ad perfectos qui volunt adimplere verbum domini dicentis mat. v estote perfecti sicut pater vester perfectus est etc. Et nota quod triplex voluntas que non est facienda scilicet diaboli carnis et voluntas propria. Voluntatem diaboli faciunt obstinati contra veritatem de qua dicitur ii Thi. ii ubi loquitur diabolus de obviantibus veritati nequando det illis deus penitentiam ad cognoscendam veritatem et resipiscant diaboli laqueis a quo captivi tenentur ad ipsius voluntatem. Voluntatem carnis faciunt gulosi et luxuriosi de qua dicitur i pe. iiii sufficit enim preteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam his qui ambulaverunt in luxuriis et desideriis vinolentiis comessationibus et potationibus et ebrietate. Voluntatem propriam faciunt superbi et de ista dicitur Eccl. viii cum audace non eas in via et presumit ipse enim secundum voluntatem suam vadit etc. Hec triplex mala voluntas fugienda est. Et divina voluntas facienda et propter tria commoda que inde sequuntur. Primum est evitatio pene quia sicut dicit Luc. xii servus sciens etc. ergo a contrario servus sciens et faciens non vapulabit. Secundum est collatio gratie Jo. ix ps. qui facit voluntatem meam vivet mecum scilicet vita gratie. Tertium est adeptio glorie future. De hoc ait Mat. vii non omnis qui dicit domine etc. Sequitur

Volare multiplex est. Est enim volare ad penitentiam. Ps. liv dabit pennas mihi sicut columbe et volaret. Unde sequitur. Item ad devotionem in oratione. Ysa. lx qui sunt isti qui ut nubes volant. Item ad altius mundationem. Ysa. vi advolavit ad me unus de seraphin. Item ad timoris incussionem. Apo. viii audivi vocem unius angeli volantis per medium celi et dicentis voce magna ve ve ve. Item ad consolationem. Apo. xiiii vidi alterum angelum volantem per medium celi habentem ewangelium eternum. Item ad malorum punitionem. Abacuk i volabunt quasi aquila festinans festinans ad comedendum. Item ad contemplationem. Job v homo nascitur ad laborem etc. Item ad gloriam ii Reg. xxii et ascendit super cherubim et volavit.

Voluptas multiplex. Clamet etc. est ut prosperitatis. Eze. xxxi emulata sunt eum omnia ligna voluptatis que erant in paradiso dei. Item delectationis temporalis. Gen. ii plantaverat dominus temporalis paradisum voluptatis a principio. Item pene voluntatis. Jer. ii ubi erunt in voluptatibus suis et in pravitate cordis sui. Item inordinationis oris tenerum qui vestiebant voluptuose interierunt. Item pene operationis. Mich. vi custodisti precepta Amri et omne opus domus Achab et ambulasti in voluntatibus eorum. Item lascivie carnis. Gen. xviii postquam senui et dominus meus vetulus est voluptati operam dabo. Item mundane vanitatis. ii Pet. ii voluptatem existimantes diei delicias. Item gratie delectantis. Gen. ii egrediebatur fluvius de loco voluptatis. Item glorie reficientis. Ps. torrente voluptatis tue potabis eos etc. Sequitur

Vulnus est culpabile, laudabile et penale. Culpabile triplex: detractionis. Ps. lxiiii: Sagitta vulnerantes etc. Item dyabolice temptationis. Job xvi: Convulneravit lumbos meos. Item mortalis culpe. Pro. vii: Multos vulneratos deiecit, et loquitur de meretrice. Item est vulnus laudabile triplex: correctionis gro- sc. Job v: Vulnerat et medetur. Item discipline. Pro. xxvii: Meliora sunt diligentis vulnera. Item dilectionis, igitur Cant. iiii: Vulnerasti cor meum soror mea sponsa. Item est vulnus penale triplex: quia pene corporee. Gen. iiii: Occidi virum in vulnus meum. Item pene spiritualis. Luc. x: Homo quidam descendebat etc. Item pene eterne. Ps. sit dor. ise etc.

Ubi querit homo proximi quedam dicto et quedam querit Deus de homine. De eo homo querit tamen primum ubi sit, et hec questio pertinet ad incipientes qui debent querere Dominum ubi sit. Sic venerunt ad Dominum oblaturi aurum caritatis, thus devotionis, mirram satisfactionis. Mt. ii. Secunda questio est ubi habitet, et hoc proficientium qui hoc querunt ut veniant apud eum, et maneant. Sic Jo. i: Magister ubi habitas? Tertia questio est ubi pascat, et hec perfectorum qui hic querunt ut veniant ad eum refectionem amplexaturi. Cant. i: Indica mihi ubi pascas. Item querit Deus de homine Gen. iii, et hoc triplicat: primo ordinatione ad se. Adam ubi es? ad que tamen debet homo ordinari de ordinatione ad se, quia Deus proponit quia ipsa relinquit et cognito corporis adscripti. Secundo querit tamen causam. Genus miseria insignum primi querit angelus ab Agar Gen. xvi: Unde venis et quo vadis? q. d. que est causa inobedientie et peccati qua dominam tuam relinquis. Insignum secundi quesivit Dominus ad Caym: Quid fecisti? Vox sanguinis fratris tui clamat. Ecce in quo genere culpe peccasti. Insignum tertii quesivit Dominus ab Adam post peccatum. Gen. iii: Ubi es, id est in qua miseria es tu. Item querit Dominus de ordine ad proximum, et secundum hoc querit de tribus: primo de corporis conservatione, et sic quesivit a Caym. Gen. iiii: Ubi est Abel frater tuus? Item de debita ei fidelitate, et sic quesivit Abraham. Gen. xviii: Ubi est Sara uxor tua? Item de commissa in eum iniquitate, et secundum hoc quesivit ab Eva que redimpit Adam: Quare hoc fecisti? Item querit Deus ab homine ut respondeant ei de ordine ad Deum, triplicat: primo de commissione infidelitatis gerat cum sint de contemptu beneficiorum suorum, et sic quesivit Luc. xvii: Nonne decem mundati sunt? Novem etc. Secundo de contemplatione rerum creaturarum. Job xxxviii: Ubi eras quando appendebam fundamenta terre? Tertio querit de gratiarum actione pro beneficiis collatis. Job eodem: Ubi eras cum me laudarent astra matutina et iubilarent filii Dei? Hec omnia queret Deus a quolibet in iudicio cum dicet: Redde rationem villicationis tue etc.

Ubera in scriptura leguntur ubera vino fragrantia, et hec sunt doctrine que tamen generant leticiam in corde pulchritudine meditatione, fragrantia in opinione. De primo Cant. i: Exultabimus et letabimur in te memores uberum tuorum super vinum. De secundo Cant. iiii: Pulchriora sunt ubera tua vino. De tertio Cant. i: Meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Item sunt arentia ubera, et hec sunt negligentie. Osee ix: Da eis Domine ubera sine liberis arentia.

Prov. v. Exponite nos et confundimur
acuti genere lumbos nostros super ube-
ra. Item sunt ubera lac effun-
dencia et hec multiplicantur,
quia sunt ubera culpe, gratie et glorie.
De primis Osee ii: auferat forni-
cationes suas a facie sua et ad-
ulteria sua de medio uberum
suorum. Et hec minuescunt per
superbiam. Ezech. xvi: ubera tua in-
tumuerunt, et pilus tuus ger-
minavit. Item inebriant pana-
riciam. Prov. v: sub figura boni
inebrietur uberibus, dixit illa
stulta mulier, que designat
prosperitatem mundanam. Item
confringuntur per luxuriam. Ezech.
xxiii: In adolescencia sua for-
nicati sunt, ibi subacta sunt
ubera earum et fracte sunt pu-
bertates earum. Et in eodem: confregerunt
ubera pubertatis earum et effude-
runt fornicationem suam super
eam. Ab istis uberibus debent ablac-
tari qui volunt accedere ad doctri-
nam seu gratiam. Et ideo dicebat
dominus Ysa. xxviii: Quem docebit scientiam
et quem intelligere faciet audi-
tum? Ablactatos a lacte,
avulsos ab uberibus. Item sunt
ubera gratie. Cant. viii: Quis det
fratrem meum sugentem ubera
matris mee. Et hec diffundunt
lac devocionis, butirum dul-
cedinis spiritualis, vinum iocun-
ditatis celestis. De primis duo-
bus Prov. xxx: Qui fortiter premit
ubera ad eliciendum lac, expri-
mit butirum. De tercio dicitur
Cant. vii: Erunt ubera tua sicut
botri vinee. Prov. v: Ubera eius
inebriant te. Item sunt ubera
glorie. Cant. iv: Duo ubera tua
sicut duo hinnuli, et hec sunt
deitatis et humanitatis, de
quibus Ysa. ult.: Ad ubera porta-
bimini et super genua blandien-
tur vobis. Et hec replent quantum
defectum, consolantur quantum luc-
tum, delectant contra fastidium.

de istis tribus Ysa. ultimo: Ut su-
gatis et repleamini ab uberibus
consolationis eius etc.

Ubertas multiplex est pro-
speritatis mundane. Osee
x: Iuxta ubertatem terre sue
exuberavit simulacris. Item
Ysa. v: Deserta in ubertate versa ad-
vene comedent. Ysa. xxx: Dabitur
pluvia semini tuo ubicumque semi-
naveris, et terra et panis frugum
terre erit uberrimus et pinguis. Ier.
xi: Olivam uberem, pulchram,
fructiferam, speciosam vocavit
dominus nomen tuum. Item glorie. Ps.:
Inebriabuntur ab ubertate domus tue.

Unguentum. Eccl.: unguenta no-
[?] sunt unguenta bona
et mala. Bona multipli-
cia, quia est unguentum penitencie,
de quo I Paral. ix: Filii sacer-
dotum unguenta ex aromati-
bus conficiebant. Hec sunt
unguenta penitencie, que conficiun-
tur ex illis aromatibus de qui-
bus Exod. xxx: Sume aroma-
ta, mirre primo etc. Et ibi distin-
guuntur quatuor species, quarum
prima est mirra, que est amara,
et ideo affectionibus [?]. Cant.
v: Manus mee distillaverunt
mirram primam. Secunda est cala-
mus, quo scribitur, et signat
confessionem, iuxta illud Ps.:
Lingua mea calamus scribe.
Tercia est cinnamomum, quo sig-
natur odor bone opinionis, que
surgens ex operibus satisfactio-
nis, iuxta illud Eccl. xxiv:
Sicut cinnamomum et balsamum
etc. Verba sunt satisfacientis.
Quarta est cassia, que crescit
in aquis et signat fidem, que
oritur in sacramentis et post ponitur
oleum caritatis. Hec enim sunt
in unguento penitencie: contricio, con-
fessio, satisfactio, fides et caritas,
fides operans per dilectionem. Item
est unguentum pietatis. Ps.: Sicut
unguentum in capite, quod desc[endit].

i. quod [illegible] fingebant

i. unguentum calami [?] cassie [?] oleo de [illegible]

1. 2 [illegible] plena [?] [illegible]

[?] mirra et [illegible] et cassia a [illegible]

unguentum in capite pietas in quo
quod a diuis de manu debet et ideo dicitur
quod ascendit et de hoc Ecclesiastici xxxviii un-
guentarius pigmenta faciet sua-
uitatis. Proverbiorum xxvii unguento et va-
riis odoribus delectatur cor et bo-
nis amici consiliis anima dul-
coratur consulere cum pietatis
est. Item est unguentum deuocio-
nis Ysaie lxi spiritus domini super me eo quod
quod hic triplex unguentum fuit ad
ungendum Christi quia ungen-
dum pietatis ad ungendum
pedes. Pedes Christi sunt unctio
pedum reuelacio miserarum
pauperum. Secundum unguentum
deuocionis fuit ad ungendum
caput. Caput Christi est qui ei
ungitur cum deuocione orationis
delectatur. Unde dicitur quod oracio deum lenit
lacrima cogit, hec ungit, illa pun-
git. Tercium unguentum fuit sine
mortificacionis carnis et hoc
fuit ad ungendum corpus post
mortem ut conseruaretur corpus
ab omni putredine et fuit ibi
mirra in qua signatur morti-
ficacio carnis. Item est unguen-
tum leticie spiritualis. Psalmus Unxit
te deus tuus oleo leticie. Hoc
unguentum est in tempore aduersitatis.
Mathei vi tu autem cum ieiunas unge ca-
put tuum oleo. Et Iudith x lana-
re et ungere et induere cultiori-
bus vestimentis. Item est unge-
tum spiritualis pietatis. Iacobi v un-
gentes eum oleo sancto. Item dis-
crecionis. Libro xl spiritus domini super
me eo quod et in honoris signum unguntur
sacerdotes ut patet in Exodo per
totum et reges. i Regum xvi surge
et unge eum oleo. Sexto quod hec
sunt unguenta Christi que sunt
odorifera. Cantica i in odore unguen-
torum tuorum curremus. Item attrahencia
Cantica i in odorem unguentorum
tuorum. Item optima. Cantica i meli-
ora sunt ubera tua vino et cetera.
Item sunt unguenta mala et
hec sunt multiplicia quia est un-

guentum luxurie. Proverbiorum vii pallium po-
suit asa super lectum suum pre-
ciosa aromatibus et unguentis in-
fectis. Sapiencie ii vino precio-
so et unguentis nos impleamus.
Item auaricie. Iob xli feruescere
facit quasi ollam profundum mare quasi cum un-
guenta bulliunt. Profundum mare
vocat cor auari. Item est unge-
tum superbie. Ysaie lvii ornasti te
unguento vario et regio. Item
adulacionis. Ezechielis xvi filiabus meis
facit fornicacionis et unguentis
meis. Vel potest dici quod est ungen-
tum contra ignoranciam et est un-
guentum ad roboracionem et est un-
guentum ad sanctitatem et unctionem
et secundum hoc legimus triplicem
unctionem. Est igitur ungu-
entum contra ignoranciam,
sed quia triplex est ignorancia: una
que prouenit ex vicio negligencie,
alia ex imbecillitate defectus
naturalis potencie, alia que
prouenit ex dampnacione ma-
licie. Ideo legimus triplicem uncio-
nem. Ex luto Iohannis ix illinita
sunt oculi ceci nati qui designat
primam ignoranciam. Ex collirio Apocalypsis
iii collirio inunge oculos tuos
et hoc est contra secundam ignoranciam
ut patet quia ibi agitur de negli-
gencia prelati Laodicie ecclesie. Ex
felle: fel enim valet ad ungen-
dum oculos. Thobie vi et hec est
hec unctio contra terciam ignoranciam.
Item est unctio ad roboracionem,
sed quia triplex roboracio ne-
cessaria est contra passiones
temptaciones et eciam ad ungen-
das actiones ideo legimus
triplicem unctionem datam ad
robur: ex sanguine, ex oleo, ex spiritu
sancto. De prima Exodi xxix ubi agi-
tur de angelo perciciete sangui-
nem liniet super liminare ut-
riusque pedis. Pedes non sunt in-
tellectus et affectus. Super liminaria
sunt cogitaciones et affectiones
que deberent liniri sanguine passionis

De secunda que est ad roboracionem contra
temptaciones. Iudicum j abiectus est
clipeus fortium clipeus saul qua-
si non esset unctus. Et ps. Unxit te
deus deus tuus oleo leticie. De
tercia Luc. iiij. Spiritus domini super me eo quod
unxit me. Ad sanctitatem que expleta
est consecracione. Unctio mortifica-
cionis carnis pulchre consa-
cionis. Et ideo triplicem unctionem
legimus. De prima Joh. xij. Maria
accepit libram unguenti nardi
pistici et significat sanctitatem conscien-
cie. Nardus enim humilis est her-
ba et callida et significat humilitatem
calore inflammatam. Item ex
mirra Judit x. unxit se un-
guento mirra optima. Mirra ama-
ra est et ideo mortificacionis
carnis signativa est. Item ex smig-
mate Dan. xiij. afferte michi oleum
et smigmata et significat sanitatem
conservacionis. Smigmata enim fit
ex palleis ordei et valet ad orna-
tum cutis et ad odorem contra
sudores etc. Sequitur

Vnitas quadruplex est. Prima
quo ad incipientes. Secunda
quo ad proficientes. Tercia quo
ad perficientes. Quarta quo ad spiritus
celestes. De prima Act. iiij. multi-
tudinis credencium etc. De secunda
ps. Ecce quam bonum et quam iocun-
dum. De tercia Act. j. hii omnes erant
perseverantes unanimiter. De
quarta Esdre iij. erat omnis populus
congregatus quasi vir unus in
Jerusalem. Item ad primam requiritur
unitas in credendo. Ephe. iiij. una
fides etc. Item affectionis in volen-
do ibidem solliciti servare unita-
tem spiritus in vinculo pacis. Un-
de Ephes. et unus spiritus glosa ut
idem velimus et idem nolimus
cum fratribus. Item est unitas
in agendo ibidem unus deus
pater omnium qui super omnes et per omnes
et in omnibus nobis. Item unitas
susceptionis in supportando in-
vicem in caritate glosa talis actio

est nec fungitur negociis nec fri-
gida est ocio nec marcida nec
avida nec fugax nec perplex nec
iacens. Item unitas spei in gau-
dendo ibidem vocati estis in una
spe vocacionis vestre. Hec quoque notantur
Ro. xv. Prima ibi quecunque scrip-
ta sunt. Ecce unitas fidei que
probatur in hoc quod ipse faciat se-
cum eis dicens in unum. Secunda
ibi deus autem pacis et solacii. Ecce
unitas per hoc quod dicit in alterutrum.
Tercia ibi unanimes. Quarta ibi
suscipite invicem. Quinta ibi
deus autem spei ubi ponitur quoque
actus eius. Primum est quod letificat
quo ad concupiscibilem. Unde dicit
repleat vos omni gaudio. Secundum
est quod pacificat quo ad irascibilem.
Unde subdit et pace. Tercium est quod certificat
quo ad racionabilem. Unde subdit in
credendo. Quartum quod elevat ad su-
perna. Unde dicit habundetis in spe.
Quintum quod roborat contra adversa.
Propter hoc subdit in virtute spiritus
sancti. Item est unitas quo
ad proficientes ad quam quoque sunt
necessaria compassio respectu inferiorum
fraternitatis dileccio respectu bonorum
misericordie subvencio respectu pauperum
modestie humiliacio respectu contra-
riorum omnibus querimonie iniu-
riis deposicio respectu adversari-
orum. Quoque i Petr. iij. in unanimes
estote et post specificat dicens
compacientes fraternitatis ama-
tores. Item est unitas quo ad
perficientes et ad hanc quinque
requiruntur. Superbie exclusio ad
emulacionem? invicem caritacio ma-
iorum supportacio et superhabun-
dans admiracio? terre? [illegible]
solicitudo ad impensionem pe-
ne beneficii. Conformis in passi-
one tribulacio quo ad augmen-
tum. Imitacionis de bono con-
gratulacio quo ad animacionem gau-
dii de omnibus. i Cor. xij. ubi agi-
tur de corpore Christi mistico per
comparacionem humanam corporis

unde ibi dicitur omnes nos in unum cor
pus baptizati sumus et post specifi
cat ista quinque sicut per dictum oculus
manum etc. Ecce quinque eclipsis superbie et
post que inhonesta sunt nec alium
honorat. Ecce in filiorum supportacio
inhonesta vocat in filiorum membres in
corpore christi mistico et pro quo se invicem
solicita sunt membra. Ecce soli
citudo sequitur et si quid patitur
unum membrum etc. Ecce quinque con
tribulacio. Item est unitas quoad
glorificatos et ad hanc requiritur
quinque unitas leticie quo ad animo
mam concordiorem. Unitas ardo
ris quo ad iocunditatem mutuore
delicijs cantat. Ecce ubi nec dolor
luctus nec gemitus. Item unitas etiam
inhabitacionis quo ad sanctitatem
et iocundam societatem. Item est
unitas unionis quo ad intellectus
perfectionem. Item est unitas fru
icionis quo ad habundantissimam
affectus dilectionem. Psalmus habundancia
suavitatis tue eructabunt s
sancti. Et delicijs eius per unam
petij a domino hanc requiram ut
inhabitem in domo domini omnibus
diebus vite mee. Ecce primum ut
videam voluntatem domini. Ecce
secundum et visitem templum eius. Ecce
tercium visitacio hic dicitur fruicio etc.

Utile quatuor sunt utilia
homini dimissio iniquitatis
sive malicie ipsius. 2 Thi. 2
si quis mundaverit se erit vas in
honorem sanctificatum et utile
domino ad omne opus paratum. Item
compassio respectu miserie aliene
1 Thi. 4 exerce te ad pietatem
nam exercitacio corporis parum valet
vel ad modicum valet pietas
autem ad omnia utilis est habens pro
missionem etc. Item erudicio doctri
ne 2 Thi. 3 omnis doctrina divi
nitus inspirata utilis est ad doctrinam.
Item profectus in operibus vite 2 Cor.
8 consilium in hoc do hoc enim
vobis est. Thi. ultimo volo te
confirmare ut curent bonis operibus
preesse. Hec enim sunt bona et utilia
hominibus etc. Sequitur capitulum de z

Zelus multiplex
est malus. Sap.
1 nolite zelare
mortem in erro
re vite vestre. Et
hic est multiplex
quia est zelus in
vidie. Eccl. 30 qui docet filium
in zelum mittit inimicum. Item
livoris. Ezech. 8 erat ibi ydolum
zeli ad provocandum. Item ama
ricie. Eccl. 9 noli zelare gloriam et opes
peccatoris. Item iracundie. Eccl. 30
zelus et iracundia minuunt
dies et hic generat carnalitatem
1 Cor. 3 cum enim zelus et con
tencio sit inter vos nonne carna
les estis. Item inconstancie
Jac. 3 ubi zelus et contencio ibi
inconstancia et omne opus pravum.
Item fictam operacionem ut ibidem
dicitur. Item mortem. Eccl. 30 zelus
et iracundia minuunt dies. Iste
est zelus bonus hominis. Psalmus zelus
domus tue comedit me etc.
Et hic triplex nunc Ysa. 63 ubi
est zelus tuus et fortitudo
tua multitudo viscerum tuorum
et multitudo miseracionum tu
arum continuerunt super me. Item
amicicie. Psalmus zelavi super iniquos
etc. Item iusticie. 1 Machab. 2 Helias
dum zelat zelum legis receptus
est in celum et hec deum
placat. Num. 25 Phinees fi
lius Eleazari filii Aaron sacer
dotis avertit iram meam a filiis
Israel quia zelo commotus. Item
graciam prestat. 1 Machab. 2 Helias
dum zelat etc. Item est zelus
dei. Psalmus vide quo domine misereris
etc. Et hic triplex in carna
cione. Ysa. 9 zelus domini exercituum
faciet hoc. Item caritatis ig
nee in spiritus sancti missione.
Soph. 1 in igne zeli mei
etc. Item iusticie in sentencie
iudicialis diffinicione. Psalmus

zelus et fervorem non habet iustic-
ie iudicate etc. Vide cingitur zona

Zona multiplex est prima est
zeli ubi accingetur zona
etc. Item iusticie Ysaie xi
circumcinxit cum zona iusticie
Item penitencie Marci i ipse autem
habebat vestimentum de pilis
et zonam pelliceam iiii Regum i vir
pilosus et zona pellicea accinc-
tus renibus Item carnalis las-
civie Ysaie iii erit et pro zona funi-
culus Item carnalis pene Acta-
rum xxi Agabus cum venisset ad nos
tulit zonam Pauli Item
pene eterne Psalmus fiat illi sicut ves-
timentum quo operitur etc.
Item glorie Apocalipsis xv exierunt
septem angeli habentes septem
plagas de templo et vestiti la-
pide candido et mundo et precincti
circa pectora zona aurea et cetera

[illegible]

Anno millesimo cccc° vicesimo sexto

In nomine Amen hee sunt indulgencie frat[rum] ordinis [sa]ncte marie de domo teuthonica confirmate et approbate etc. II

Inprimis

Honorius papa ... quinque annos et quinque karenas
Honorius papa ... C dies ... ad anum valentes
Urbanus papa ... XL dies ... in una karena
Clemens papa
Alexander papa ... tertiam partem de iniuncta penitencie relaxavit
Bonifacius papa
Gregorius papa
Innocencius papa

Innocencius IV ... VII partem de iniunctis penitenciis relaxavit
Honorius IV
Clemens V

Iudices apostolice appellatis ... unum annum et XL dies de penitencia eis iniuncta
visitantibus
Clemens V ... VII partem penitencie relaxavit
dederunt ... Honorius

... omni die preterita annum ecclesias ... appellatas XL dies

Fratres presentes ... mundi illi qui inscripti sunt ... in purgatorio ... de penitencia iniuncta ... et ... centum dies

Johannes papa ... festum ... dat XX annos et XX karenas

Indulgencias quas habuerunt templarii ... crucis

Indulgencias quas habent fratres de ordine ... et sunt hee confirmate et approbate

... mortales

Honorius papa

C dies ... una karena ... VII ... partem de ...

Indulgencias ... dat ...

Iohannes ... dies ... C dies

Iohannes papa vicesimus secundus XX annos XX karenas

(left margin column, partly cut off:) ...educacione, ...vitatis, ...the, ...ensio, ...ensionis, ...athen..., ...tum Aug..., ...fieri..., ...natiui..., ...purcacionis, ...sce..., ...trinitatis, ...aldonis, ...zabeth, ...inis bap[tiste], ...um ..., ...pauli, ...spitum, ...nnunciacione Domini, ...sumptionis Domini, ...ste ... , ...ma..., ...resurrectione, ...recollecti, ...die ..., ...ancte, ...ancte crucis, ...ancte marie magdalene, ...ugustini, ...regorii, ...mbrosii, ...rinini, ...ethari, ...ctoris, ...icolai, ...artini, ...ucionis